



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatus De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo Libros Distributus

Antonelli, Giovanni Carlo

Velitris, 1650

Pars Secvnda.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11401

TRACTATUS
DE
REGIMINE
ECCLESIAE
EPISCOPALIS
PARS SECVNDA.

AUCTORE

IO. CAROLO ANTONELLO

SAC. THEOL. AC I. V. DOCT. VELITERNO

Prothonotario Apostolico, eiusdemque Ciuitatis

ARCHIPRESBYTERO.



VELITRIS, Apud Carolum Bilancionum. M. DCL.

SVPERIORVM LICENTIA.

TRAGTAVS
DE

REGIMINE

Imprimatur.
Si videbitur D. Canonico Deputar
Ant. de Federicis Vic. Gener.

EPISCOPO
PARS SECVND A
ACTOR

IO. CAROLO ANTONIILLO

Imprimatur.
Prohonoris Apollonio, cathedralis
Ioannes Baptista Catelina Canonicus Prohonor. Apost. & pro
Reuerendiss. P. Mag. S. P. Apost. Deput.



VELUTIS. Apud Cuiusdam Bibliothecam. M DC L
SVEVIAE & PADERBORNIAE



EMINENTISSIMO PRINCIPI
MARCELLO
LANTI
S. R. E. CARDINALI
AMPLISSIMO
EPISCOPO OSTIENSI,
ET VELITERNO,
SACRI COLLEGII DECANO.



IO. CAROLVS ANTONELLVS F.



OSTREMA hæc Operis pars, ubi de
recto subditorum tractatur regimine, in
publicam proditura lucem, tuo potissi-
mum debuit, & commendari patrocinio,
& nomini dedicari. Sanè in te nihil desi-
deratur, quod optimus Pastor præstare
debet: tu iustitiæ rigorem clementia, ac mansuetudine tem-
peras, pietatem, humanitatemque in omnes exerces, pau-
perum

perum inopiam tua liberalitate ditas, cæterisque ad eccle-
siam rectè administrandam spectatibus, vigilantissimè pro-
uides altitudine ingenij tui, diuturna rerum experientia,
atque admirabili peritia gubernandi. Quapropter eadem
tua, qua omnes respicis, benignitas, me quoque excitavit
ad lucubrationem hanc consecrandam tibi; quod etiam
suasit singularis beneuolentia, qua me semper prosequutus
es, ac luculenta humanitatis tuæ argumenta, quibus me
præ cæteris obstrinxisti, ut propterea diù optauerim, aliquod
tibi memoris, ac grati animi indicium offerre. Hoc igitur
opus meæ in te obseruantia pignus quantumuis exiguum,
& grati animi quaecunq. testimonium benignus excipias,
atque solitis tuæ virtutis radijs lustrare nè dedigneris.

Vale. Velitris Idib. Augusti 1650.





IO. CAROLI ANTONELLI

SAC. THEOL. AC I. V. D. VELITERNI.

LIBER QUINTVS



DE IVDICIIS CIVILIBVS.

S V M M A R I V M:



Causae spirituales, seu concernentes animam, fidem, vel Religionem ad ecclesiasticum iudicem spectant.

2. Causas matrimoniales nullo modo potest Iudex laicus cognoscere, etiam si tantum de possessorio agatur.

3. Questio natalium, seu legitimationis filiorum incidens in causa civili hereditatis, qua vertitur coram seculari iudice, ad Episcopum est remittenda.

4. An iudex ecclesiasticus cognoscere possit inter laicos de causa dotis:

5. Quando agitur de processibus, aliisque actibus pietatis, Iudex

tantum ecclesiasticus est competens:

6. Item causa, in quibus agitur de iure decimarum, de iure praesentandi, aut de titulo beneficii, ad Iudicem ecclesiasticum spectant:

7. An Iudex laicus agere possit contra laicum turbantem Clericos in possessione beneficii, aut iuris decimarum:

8. An Iudex laicus compellere possit ad fidem sponsalium servandam:



CAP. I.

De causis spiritualibus, seu ecclesiasticis.

Ndubitata est inris cō-
clusio, quod causae spi-
rituales, seu concer-
nentes animam,
seu fidem, vel religio-
nem ad solum ecclesiasticum iu-
dicem spectant, etiamsi inter lai-
cos agitentur c. 2. de iudic: cap. tuā
de ord. cognit. Layman. in theol.
mor. lib. 4. tract. 9. cap. 2. num. 2. & 3.
3. Marant. de ord. iudic: par. 4. dist.
11. n. 8. & 27. Barbof. de offic. & pot.
Episc: par. 3. all. 107. nu. 32. & alij
comuniter.

2. Ex quo infertur 1. quod causa
matrimoniales ita sunt proprie
Episcopalis fori, ut nullo modo
possit iudex laicus cognoscere c.
multorum 35. q. 6. cap. 1. de consan-
guin. & affinit. cap. accedentibus de
excess. Pralat. Conc. Tridentinum
sess. 24. de Sacram. matr. can. 12. etiā
si tantum de possessorio agatur:
quia hoc possessorium non est si-
cut cetera; non enim sufficit so-
la possessio, sed probandus est
etiam titulus, hoc est legitima de-
sponsatio, de qua laicus iudex cō-
gnoscere non potest cap. ex trans-
missa, ubi glos. singularis in ver.
& ab eo cognita cap. ex parte de
Reslit. spol. Thesaur. dec. 117. Bor-
rell. in sum. omn. decis. tom. 1. tit. 43.
num. 104. Sperell. decis. 9. num. 22.
Vincent. de Franch. decis. 36. nu. 1.
Guttier. canon. lib. 1. cap. 34. nu. 26.

vers. & in terminis Valasc. consult.
93. num. 2. ad med. vers. in causa
matrimoniali, & alij quos refert,
& sequitur Barbof. dict. parte 3.
allegatione 84. numero. 34. Riccius
in collect. decis. 1767. quibus
adde Dian. par. 7. tract. 1. ref. 24. ubi
dicit; hoc procedere non solum
quatenus matrimonium esse sa-
cramētum, sed quatenus est etiam
contractus civilis: quia cum talis
contractus à Christo Domino ele-
uatus fuerit ad esse sacramentale,
in rem sacram transiit iuxta cō-
munem omnium Doctorum senten-
tiam.

3. Infertur 2. quod quæstio nata-
lium, seu legitimisationis filiorum
incidens in causa civili heredita-
tis, quæ vertitur coram seculari
iudice, ad Episcopum est remit-
tenda cap. lator. 5. cap. causam que
8. Qui fil. sint. leg. d. ci. tuam de ord.
cognit. & ibi Doctores comuniter,
ita ut neque summarie de illa
cognoscere possit iudex secularis,
quia non potest discutere, nec deci-
di causa legitimisationis, seu nataliū,
nisi etiam agatur de iuribus, &
validitate matrimonij, ex quo pē-
det Barbof. d. par. 3. all. 84. nu. 27. &
32. ubi citat Ioan. Andr. in addit.
ad specul. tit. qui fil. sint legitimi. §.
1. vers. comperit. Dec. in cap. 2. de iu-
dic. num. 24. vers. tertio fallit.

4. Addunt alij Doctores, ad iudi-
cem ecclesiasticum non solum
pertinere quæstionem de fœdere
matrimonij, sed etiam de dote,
aliisque illius accessorijs, quæ spi-
ritualia non sunt, ut decisum re-
fert Robertus lib. 3. rerum iudica-
tar. decis. 5. quem refert Ricc. in
Co.

colleat. 1767.p.5. hoc tamen procedit, quando de dote incidenter agitur; & ideo delegatus ad causam matrimonij si ferat sententiam diuortij, pronunciare etiam debet, dorem restitui, ut in cap. de prudentia de Donat. int. vir. & uxor. secus si principaliter de dote agatur inter laicos: tunc enim ad iudicem secularem est deferenda, veluti quando dos petitur a viro, tamquam promissa, vel quando constante matrimonio mulier agit ex capite inopie, ad quam vergit maritus, vel quando repetitur mortuo viro glos. in d. cap. de prudentia ver. incidens accessorie, & ibi etiam Barbof. nu. 3. & de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 84. n. 29. & 30. & alij apud Bonacin. de contract. disp. 3. q. 11. pun. 13. nu. 1. nisi dos in testamento relicta sit puellæ pauperi: tunc enim non Iudex seularis, sed ecclesiasticus erit competens contra laicum etiam principaliter, & ad instantiam partis Dian. par. 1. tract. 2. ref. 117. ubi citat Bobadill. in Polit. 10. 1. lib. 2. cap. 17. num. 10. in. fin. & in glos. litt. C. Gutier. pract. qq. lib. 3. q. 29. num. 30. Cened. in canon. q. q. 37. num. 7. Ceual. in tract. de Cognit. per viam violent. par. 2. q. 13. numero 4.

5 Inferitur 3. quod quando agitur de processionibus, defunctis sepeliendis, alijsque actibus pietatis Iudex tantum ecclesiasticus est competens cap. 2. de iudic. Nauar. conf. 3. num. 6. de for. compet. Marcell. Vulp. in Prax. iudic. cap. 11. numero 10.

6 Inferitur 4. solum iudicem ec-

clesiasticum esse competentem, quando agitur de iure decimarum, de iure presentandi, aut de titulo beneficii ecclesiastici, videlicet an Titius sit canonicè institutus: an ius decimarum, vel presentandi competat: tunc enim solius ecclesiastici Iudicis est cognoscere, & iudicare cap. 2. & 3. de Iudic. cap. causam 2. Qui fil. suis leg. clem. dispendios. in eod. tit. de Iud. si vero agitur de solo facto laici turbantis clericum in possessione beneficii, aut iuris decimarum, etiam coram Iudice seulari agi potest contra laicum turbantem interdicto retinendæ, vel recuperandæ secundum Gutier. lib. 2. can. qq. cap. 34. num. 22. Garc. de Benef. par. 1. cap. 2. nu. 59. Mart. de iurisd. par. 2. cap. 43. num. 18. quos refert, & sequitur Layman. lib. 4. tract. 9. cap. 2. num. 13. immo posse etiam Iudicem secularem compellere ad fidem sponsalium seruandam, quando certa sunt, tradunt Doctores apud Dian. p. 1. tr. 2. ref. 131.


S V M M A R I V M.

- 1 Quando sponsalia sunt iuramento firmata, potest iudex ecclesiasticus sponfos compellere ad matrimonium contrahendum.
- 2 Antequam ad coactionem procedatur, constare debet de sponsalibus antea contractis.
- 3 Qualiter cogendi sint sponsi ad contrahendum matrimonium.
- 4 Si sponsalia iurata non fuerint, in foro contentioso non est locus coactioni.
- 5 Quando difficilis exitus proba-

- biliter timetur, vel aliqua rationabilis causa subest, Iudex ecclesiasticus abstinere debet à coactione.
- 6 Diffensus Parentum inter iustas causas non numeratur.
- 7 Quid si ultra sponsalia sponsus cum sponsa copulam habuerit, & ob id inter eos, & consanguineos inimicitia exorta fuerint.
- 8 Et quid si sponsus pluries accesserit ad domum sponse.
- 9 An possit cogi qui absque iuramento promissit, se contracturum matrimonium cum una & deinde iurauit, se contracturum cum alia.
- 10 Quid si primum contraxit sponsalia cum aliqua, & deinde matrimonium cum cognata eius.
- 11 Et quid si cum secunda copulam habuit.
- 12 An impedimentum publica honestatis duret dissolutis sponsalibus per mutuum consensum, vel per mortem.
- 13 An cogi possit deprehensus in actu pro, qui metu mortis, vel ne prodatur iustitia, promittit, se cum muliere matrimonium contracturum.

CAP. II.

An Sponsus ad contrahendum matrimonium possit compelli.

 I sponsalia iuramento fuerint confirmata, omnes concedunt, posse Iudicem ecclesiasticum

cenfuris compellere sponsum, siue sponsam ad contrahendum. matrimonium iuxta cap: ex litteris 2. de sponsal. & matr. seruata tamen forma Concilij Tridentini sess: 25. de ref. cap. 3. vt scilicet precedat executio realis, & personalis, vt notat etiam Ricc. in Prax. for. eccles. par. 4. ref. 406: nec propterea diceretur matrimonium in tali casu inuis liberum, quia non dicitur inuitus qui propter voluntariam promissionem vrgetur ad promissi solutionem; quoadmodum nec vim pati dicitur, qui propter iam susceptum beneficium ad ordines vrgetur, cum sponte susceperit beneficium, vt dicit glos. in cap. requisit eod. tit.

2 Obserua tamen, quod antequam ad coactionem procedatur, constare debet de sponsalibus antea contractis Rot. coram Card. Caualer. dec. 421.

3 Obserua 2. sponfos posse quidem carcerari, & excommunicari, vt metu carcerationis, & censurae ecclesiasticae ad contrahendum. matrimonium inducantur, non tamen debet precise cogi ad illud contrahendum, ne consensus ad matrimonium requisitus deficiat: presertim quia coactiones difficiles pariunt exitus d. c. requisit eod. tit. de sponsal: & ideo si carcerari, & excommunicati pertinaciter recusent, debent relaxari, & absolui, etiam si non petant Grass. decis. aur. par. 1. lib. 2. c. 90. num. 8. Mantio. de Tacit. & ambig. conueni. lib. 3. tit. 17. nu. 10 Ric.

in Prax. for. eccles. par. 4. ref. 406:

422. Si verò sponsalia iurata non fue-

4 rint, in foro contentioso non est locus coactioni, sed pro peccato iniungitur pœnitentia, ut post S. Tho. dicit Sylu. in ver. Sponsalia nu. 4. Leo in Thef. for. eccles. par. 2. cap. 9. num. 27. & alij apud Mart. d. lib. 3. tit. 17. nu. 6. & 7. ubi dicit hanc esse magis communem quam sequuta fuit Rota dec. 1468. nu. 3. coram Card. Cavaler.

5 Idem dicendum, ubi difficilis exitus probabiliter timetur, vel aliqua rationalis causa subest: tunc enim iudex ecclesiasticus abstinere debet à coactione, etiã si iuramentum interuenerit. cap. requisit. de spons. & matr. puta

8 si superueniat odium capitale, vel timor exheredationis, scandali, inimicitia, adulterij, vel homicidij, vel alterius maioris mali glos. in cap. cum in tua ver.

scandalo de spons. & matr. Mant. d. lib. 3. tit. 17. nu. 13. & seq. ubi dicit, hanc præsumptionem futu-

rorum malorum vehementem esse oportere Nau. in man. cap. 16

num. 18. Layman. in Theol. moral. lib. 5. tr. 10. cap. 1. num. 14. Bonacin.

de matrim. q. 4. pu. 17. numer. 26. Ricc. in Prax. ut supra p. 4. ref. 406.

410. Rot. coram Card. Cavaler. dec. 447. Beltram. ad Greg. dec. 376.

6 dissensus verò parentum inter iustas causas non numeratur, quia

de iure canonico talis consensus non requiritur Concil. Tridentin.

10 s. ff. 24. de ref. matr. cap. 1. in princ. Cavaler. dec. 415. nu. 4.

7 Verum si ultra sponsalia spon-

sus cum sponsa copulam habuerit, & ob id inter eos, & consanguineos odium, & inimicitia exortæ fuerint, tunc iudex à coactione, & censuris abstinere non debet: quia magis verisimile est, quod ex nuptijs sequatur reconciliatio: & nisi sponsus compellatur, ex dolo suo commodum reportaret, tum quia sponsam deflorauit, tum quia fidem non adimpleuit Mant. de Tacit. d. lib. 3. tit. 17. num. 15. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 4. ref. 418. & 424. qui referunt ita fuisse decisum in Valent. matrimonij die 6. Februarij 1579. coram Clemente VIII. tunc temporis sacri Palatii Apostolici Auditore.

8 Idem dicendum, si sponsus pluries accesserit ad domum sponsæ ita, ut dissolutio sponsalium non sine mulieris iniuria, & periculo scandali sit futura Greg. dec. 376. num. 7.

9 Sed quæres, an sit cogendus qui absque iuramento promisit, se

contracturum matrimonium eum una, & deinde iurauit, se contra-

cturum cum alia? Resp. quod ex neutra promissione cogi potest:

non quidem ex prima, quia non fuit iurata: neque ex secunda

iurata, quia in hoc casu iuramentum directè contrarium primæ promissioni temerarium est, &

idedò minime obligat cap. veniens de Iureiur. Gr. ff. decis. aur. par. 8.

lib. 2. cap. 79. nu. 4.

10 Qui verò primum contrahit sponsalia cum aliqua, & deinde

matrimonium cum cognata eius in primogradu, priorē debet acci-

accipere, quia matrimonium cum secunda propter impedimentum publicæ honestatis nullum fuit; sed si cum secunda rem habuit, neutram habere potest; non secundam, propter dictum impedimentum; non priorem, propter impedimentum affinitatis, ut dicunt Doctores communiter in cap. litteras de Desponsim pub. & in c. ex litteris de eo qui cogn. consang. uxor.

12 Hoc autem impedimentum publicæ honestatis durat etiam solutis sponsalibus, siue soluantur per mutuum consensum iuxta c. 2. de spons. siue per mortem Layman. in Theol. mor. lib. 5. tr. 10. cap. 9. num. 3. Bonacin. de Matrim. q. 3. p. n. 11. num. 7. ubi refert declarationem Sac. Congregationis, dummodò sponsalia pura sint, & valida: ex sponsalibus enim conditionatis nullum oritur impedimentum ante conditionis eventum, ut dicit Layman. loco citato num. 4. quemadmodum nec oritur ex sponsalibus inualidis ex Cono. Tridentino sess. 24. de ref. matr. c. 3. ex quo infert Layman. ubi supra d. num. 4. quod ex secundis sponsalibus non oritur impedimentum publicæ honestatis, si contra fidem priorum sponsalium contracta fuerint: quia in tali casu ipso iure irrita sunt ex cap. sicut de sponsal.

13 Quæres 2. an cogi possit deprehensus in stupro, qui metu mortis sibi à mulieris consanguineis inferendæ promittit, se cum illa matrimonium contracturum? Resp. negatiuè: quia talis metus

iniuste inferitur, cum non possint consanguinei iuste occidere, sed tantum comprehendere, & Iudici prodere; ideo stuprator in tali casu non tenetur præcisè matrimonium contrahere, sed vel stupratam ducere in uxorem, vel illam competenter dotare, iuxta textum, & Doctores in cap. 1. de Adult. secus esset, si stuprator offerat matrimonium, ne accusetur, seu prodatur iustitiæ, quod consanguinei iuste facere poterant: tunc enim cogendus est, ut iniuria compensetur. Dian. par. 3. tr. 4. res. 228. ubi citat Basil. Pontium de Matrim. lib. 4. c. 19. num. 10.

S V M M A R I V M.

- 1 Clericus pro re sua, vel ecclesie potest laicum coram ecclesiastico Iudice conuenire.
- 2 Quid si laicus neget rem esse Ecclesie.
- 3 Clericus etiam pro fructibus ex re sua, vel ecclesie prouenientibus potest laicum trahere ad forum ecclesiasticum.
- 4 Clericus potest suos colonos conuenire coram ordinario.
- 5 Item emphiteutam ecclesie.
- 6 Laici, vel Clerici ratione feudi coram Domino feudi conueniuntur: sed contra clericum non potest fieri executio personalis, nec potest Dominus feudi cognoscere de aliquo delicto Clerici, & num. 7.
- 7 Si Clericus agat contra laicum ad rescissionem contractus, vel contra inuadentes, aut usurpan-

- res bona ecclesie, vel ipsius cleri-
ci, ecclesiasticus iudex est com-
petens.
- 9 Qui administravit bona ecclesie
in eadem curia ecclesiastica con-
uenitur.
- 10 An Clericus venditor in iudicio
nominatus ab emptore laico te-
neatur sequi forum emptoris,
& num. 11.
- 12 Quid si laicus conuentus nullū
in re ius habet, puta si sit colo-
nus, Inquilinus, aut operarius
- 13 Quomodo procedendum sit in
causa operarij conducti ab alio
in alieno fundo, vel domo.

C. A. P. III.

An Clericus pro re sua, vel
ecclesie, possit laicum co-
ram ecclesiastico lu-
dice conue-
nire.



Communis est conclu-
sio, quod potest Cle-
ricus pro re sua, vel
ecclesie laicum corā
Iudice ecclesiastico
conuenire, siue agatur actione
reali, siue personali, siue mixta
cap. si clericus laicum. & ibi Do-
ctores de for. compet. Gutier. canon.
qq. lib. 1. cap. 34. num. 13. ubi dicit
hanc esse magis communem Dian.
par. 5. tr. 1. ref. 7. & alij, quos refert
& sequitur Bell. Disquis. Cleric.
par. 1. tit. de fauor. Cleric. real. l. 5.
num. 2. & seq. Ricc. in Prax. for. ec-
cles. par. 3. ref. 541. Gratian. discept.
238. num. 17. sufficit autem in libello

allegare hanc qualitatem, vt iu-
diciū inchoetur tamquam corā
competente Felin. in d. cap. si cle-
ricus num. 2. Ricc. in Prax. p. 1. ref. 556.
vbi etiam dicunt, quod non est
necessè illam allegare, si probata
fuerit in actis. Si verò laicus ne-
get, rem esse ecclesie, vel cleri-
ci, premiti debet summaria cog-
nitiō de veritate huius qualita-
tis. Iudex enim, cuius iurisdictio
negatur, potest de iure cognosce-
re, an sua sit iurisdictio cap. cum
persona de priuileg. in 6. non tamen
sufficit sola negatio, si non esset
verisimilis, & cum probabili ra-
tione, vt in d. cap. si clericus. & di-
xit Gratian. discept. 238. num. 17.
vel si haberet contra se iuris pre-
sumptionem Felin. in d. cap. si cle-
ricus sub tit. 1. Dian. par. 5. tr. 1.
ref. 7. vers. est at mod. Vnde si no-
torium esset, rem esse ecclesiasti-
cam, talis probatio non requiri-
tur cap. super eo de vestib. cog. alias
dispositio dicti textus posset faci-
liter reddi inutilis, & frustratoria,
cum quilibet possit negare, rem
esse ecclesie Abb. in d. cap. si cleri-
cus num. 15. quem refert Ricc. in
Prax. p. 3. ref. 541. Quare si iudex
ecclesiasticus cognouerit iurisdic-
tionem esse suam, ad vltiora
procedet: si verò viderit, non
esse suam, clericum actorem co-
demnabit in expensis, & causam
remittet ad iudicem suum Abb. in
cap. cum sit generale num. 14. de
for. compet. Ricc. in Prax. par. 3. ref.
578. in casu verò dubij Iudex ec-
clesiasticus potest cognoscere ex-
ceptione non obtante l. sunt per-
sona ff. de Relig. & sumpt. iur. c.
iure.

- iuscenis de sponsal. & matr. cap. illud de Cler. excom. Abb. in cap. cū sit generale num. 14. de for. compet. 6 & tunc spectanda est consuetudo Gabr. cons. 37 num. 12. vol. 2. Sperell. dec. 41. num. 31. vol. 1. ill. 5. 6. 7.
- 3 Ex dictis infertur primò, quod Clericus potest laicum in Curia ecclesiastica conuenire etiam pro fructibus ex eisdem bonis prouenientibus: rei enim appellatione veniunt etiam fructus rei, & ibi Doctores ff. de ven. sign. Gabr. cons. 37 num. 10. vol. 2. Vnde si clericus præbendam suam, aut alia patrimonialia bona laico locauerit, potest eundem in Curia ecclesiastica conuenire Bellett. d. 9. nu. 8. Dian. par. 5. tr. 1. ref. 8. Gratian. discept. 238. num. 17.
- 4 Infertur 2. quod Clerici possunt conuenire coram ordinario suos colonos ratione cultura: quia cum agatur de societate, & contractu inito super rebus clericorum, vel Ecclesie, Episcopus est iudex competens, ut notatur in e. indicatam 89. dist. 6. in cap. 2. de for. compet. Gabr. cons. 37. n. 10. vol. 2. Sperell. dec. 41. num. 31.
- 5 Infertur 3. quod emphiteuta ecclesie coram Iudice ecclesiastico potest conueniri, siue agatur pro canone ex re ecclesie debito. ut dicit Abb. in d. cap. si clericus laicum num. 13. de for. compet. Valsc. de Iur. emphit. q. 39. numer. 14. Borgnin. dec. 45. num. 68. par. 1. siue pro laudemio, quod soluitur in signum recognitionis directi dominij Dian. loco cit. Bellett. d. 9. numer. 10. siue agatur ad rescindendam rem emphiteoticam, ut decisum refert. Ricc. in Collect. dec. 451. par. 2.
- 6 Idem dicendum est in causa feudali: quia etiam propter feudum, quod laicus habet, & tenet ab Ecclesia, conuenitur coram Iudice ecclesiastico: quemadmodum in feudo, quod clericus habet a laico, coram Iudice laico conuenitur cap. ceterum de Iudic. cap. verum, ubi Doctores de for. compet.
- 7 Obserua tamen, quod licet Clericus ratione feudi cogatur litigare coram Domino feudi, non tamen potest contra eum fieri executio personalis, sed tantum realis Abb. in d. cap. verum nu. 23. de for. compet. nec potest Dominus feudi cognoscere de aliquo delicto clerici, nec eum condemnare, siue agatur de delicto criminaliter, siue ciuiler: sed tunc solus Iudex ecclesiasticus cognoscit Vulp. in Prax. iudic. cap. 43. nu. 2. ubi citat. Ioan. Andr. Innoc. Foller. & alios.
- 8 Infertur 4. Iudicem ecclesiasticum esse competentem, ubi Clericus ageret contra laicum ad rescissionem contractus Marant. de ord. Iudic. par. 4. dist. 11. nu. 16. Ricc. in Prax. for. Eccl. p. 3. ref. 541. vel si ageret contra inuadentes, aut usurpantes bona Ecclesie, vel ipsius Clerici Vulp. loco cit. cap. 41. num. 43. Barbos. in cap. si clericus laicum num. 2. & 5. de for. compet. Marant. loco cit. d. dist. 11. num. 6. & alij communiter.
- 9 Infertur 5. quod is, qui bona ecclesie administrat, in eadem Curia ecclesiastica conuenitur

Socin.

Socin. in rubr. de for. compet. in princ. vers. primo ratione administrationis, & statuit etiam Concilium Tridentinum sess. 22. de ref. cap. 9.

10 His adde, quod Clericus venditor in iudicio nominatus ab emptore laico, non tenetur iudicium suscipere in foro emptoris, sed potest trahere causam ad forum ecclesiasticum *Boer. decif. 69. Capyc. decif. 87. Ann. sing. 45. Nouar. in Prax. elect. & variat. for. sect. 1. quest. 3. l. n. 4. quos refert, & sequitur Ricc. in Collect. dec. 2283. par. 6. & hanc esse veriore, & communiorem sententiam dicit Grammat. dec. 21. nu. 10. Socin. Lun. conf. 40. numer. 10. lib. 1. ratio est, quia huiusmodi causa censetur indiuidua, & prejudicium in clericum redudat; & ideo coram Iudice ecclesiastico est agitanda: quia in indiuiduis socius utitur priuilegio socij l. 1. & 2. C. si vn. ex plur. l. si comunem ff. Quemad. seruit. amitt. vnde tota causa remittitur ad Iudicem ecclesiasticum, vti digniorem *Bart. in l. precipimus §. eodem obseruando C. de Appell. Boss. in tit. de for. compet. num. 116. Clar. §. fin. q. 36 vers. euenit plerunque Socin. Sen. consil. 82. num. 9. ver. nona conclusio vol. 3. Couar. pp. qq. c. 34. n. 2. ita etiam quando agitur contra emptorem fisci, causa remittitur ad Procuratorem Caesaris iuxta l. 2. vbi glos. in ver. procuratorem meum. C. si aduers. fisci. l. ad fiscum C. vbi caus. fiscal. Capyc. dec. 197. per tot.**

11 Contrarium tamen tenet alij Doctores, quia cum laicus in tali

casu habeat ius in re, iudicium dirigitur principaliter contra possessorem nomine proprio, non ante contra clericum; & ideo putant, non posse Clericum venditorem declinare forum emptoris, & hanc communem dicit *Viu. decif. 49. nu. 8. & alij plures apud Grammat. d. decif. 21. per tot. vbi etiam dicit, quod in Regno Sac. Consilium clericum authorem laudatum remittit ad forum ecclesiasticum, & contra emptorem ab eo causam habentem procedit, & in sententia referunt ius laico contra Clericum, vt obseruat etiam *Vulp. in Prax. iudic. cap. 43. n. 13. & seq.**

12 Omnes autem concedunt, quod si laicus conuentus nullam in re ius habeat, & clericum nominet in iudicio, puta si sit colonus, inquilinus, aut operarius, tunc si compareat Clericus vti necessarius defensor, huiusmodi causa cognoscenda tantum est a Iudice ecclesiastico propter ius Clerici, ita Doctores in capit. quoniam frequenter §. quod si sauer vt lit. non contest. l. 2. C. vbi in rem act. *Socin. Sen. conf. 91. nu. 13. vol. 3. Natt. conf. 324. nu. 4. vol. 2. Mart. de Iurisf. par. 4. cas. 112. num. 10. Grammat. d. decif. 21. nu. 3. Capyc. decif. 197. nu. 4. Viui. d. dec. 49. n. 8. vers. sed vbiunque. & tunc laicus conuentus absoluendus est ab obseruatione Iudicij, & nouus libellus contra nominatum dari debet *Bart. in l. 2. nu. 19. C. vbi in rem act. Socin. Lun. conf. 46. num. 5. & 9. lib. 1.**

13 Ex his constat, quomodo proceden-

C c c

cedendū fit in causa operarij cō-
ducti ab alio in alieno fundo, vel
domo: hic enim semper excusa-
tur propter ignorantiam, ex quo
putare poterat, bona legitimè pos-
fideri per illum, qui conduxit, si
res non sapiat delictum, vt agrum
colere, segetes secare Bart. in
l. in rem actio §. tignum ff. de rei
vendic surd. corf. 22. num. 40. lib. I.
secus si possessor, vel Dominus ip-
si operario denunciauerit, vel pro-
restatus fuerit, nè id faceret, vel
si nocte accesserit ad laborandū:
tunc enim videtur esse in dolo, &
ideò non excusatur, vt dicit Clar.
§. fin. q. 60. vers. solet dubitari, &
alij communiter.

S. V. M. M. A. R. I. V. M.

1. Miserabiles persona habent ele-
ctionem fori tam in causis ciui-
libus, quam in criminalibus.
2. Hoc priuilegio uti nequeunt cō-
tra alias personas aequè priuile-
giatas.
3. Miserabiles consentur qui pau-
peres sunt.
4. Qui dicantur pauperes in hoc
casu.
5. Pupillus dicitur, qui cum im-
pubes esset, desijt esse in Patris
potestate.
6. Quae dicatur Vidua.
7. Priuilegium non datur mulie-
ribus impudicis.
8. Inter personas miserabiles nu-
meratur etiam Hospitale, Semi-
narium puerorum, vniuersitas,
seu Ciuitas.
9. Quando inter litis cōsortes adest
aliquis habens priuilegium ele-

ctionis fori, omnes ratione con-
nexitatis eodem gaudent priui-
legio.

10. Si inter plures coharedes esset
aliquis clericus, omnes pro eadē
causa communi conueniendi sūt
coram Iudice ecclesiastico, alias
processus est nullus.

11. Quid si causa esset diuidua.

12. Collegium, in quo sunt plures
laici, quam Clerici, coram quo
Iudice conueniri debeat.

13. Vidua, & pupilli diuites in
defectum iustitiae secularis pos-
sunt laicos coram ecclesiastico iu-
dice conuenire.

14. Pupilli, & Vidua tam pauperes,
quam diuites possunt implorare
iudicium ecclesiae in possessorio,
vel ubi agitur de iniuria, vel
violentia eis illata.

C A P. IV.

An in causis miserabilium
personarum ecclesiasti-
cus sit iudex cō-
petens.

Affirmatiuè respondēt
Doctores commu-
niter: quia huiusmo-
di personae habent
electionem fori. 1.
& 2. dist. 87. cap. ex parte de for.
compet. cap. super quibusdam de
verbor. signif. & hoc priuilegio
vti possunt, etiam si captum sit
iudicium coram iudice laico Vr-
sill. ad Afflict. decis. 257. sub num. 2.
Nonar. in Prax. elect. for. q. 6. sect. 2.
Giurb. decis. 82. & alij, quos refert,
& sequitur Ricc. in collect. decis.
2156.

2136. par. 6. ubi refert, ita fuisse
decisum in magna curia Vicaria,
& in senatu Sabaudia. quod pro-
cedit non solum in causis ciuili-
bus, sed etiam in criminalibus,
vt post *Vin. decis. 65. dicit idē Ricc.*
in collect. decis. 1. par. 1. Vulp. in
2 *Prax. iudic. for. eccles. cap. 47. nu. 4.*
& seq. hoc tamen priuilegio vt
nequeunt contra alias personas
æquè priuilegiatas *Ricc. in collect.*
decis. 300. par. 2. Quemadmodum
neque filiusfam. potest vti Mace-
doniano contra alium filiumfam.
nec potest ecclesia cogere alterā
ecclesiam, vt vendat eius domum
pro ipsius ecclesiæ ampliacione,
idem Ricc. in collect. decis. 348. p. 2.
& *decis. 2308. par. 6.*
- 3 Miserabiles verò censentur qui
pauperes sunt *DD. in cap. signifi-*
cantibus de offic. deleg. Vin. dec. 22.
que in refert *idem Ricc. in collect.*
decis. 226. par. 1. vnde Vidua, & pu-
pilli diuites ab hoc priuilegio ex-
cluduntur, vt in *d. cap. signifi-*
cantibus Marant. de ord. iudic. par. 4.
dist. 9. nu. 79. & alij apud Bellett.
Disquis. cleric. tit. de fauor. Cleric.
real. l. 5. num. 33. Dian. par. 4. tr. 1.
4 *ref. 90. pauperes autem in hoc ca-*
su illi etiam dicuntur, qui licet
habeant necessaria ad vitam ser-
uandam, non tamen ad se decen-
ter pro sua qualitate sustentan-
dum *c. probanda, & c. consideran-*
da dist. 86. Nauar. in tract. de redit.
eccles. q. 1. mon. 27. num. 3. Vnde il-
laq. Angliæ Regina, de qua in cap.
ex parte de for. compet. inspecta,
tunc qualitate sua dicebatur mi-
serabilis, & idè agere poterat
coram iudice ecclesiastico con-

tra laicum, vt d. *Bellett. loco cit. n.*
39. *Barbos. in d. cap. ex parte nu. 9.*
hoc autem arbitrio Iudicis relin-
quitur *cap. de causis ex. de offic. de-*
leg. Bart. in l. vn. C. Quan. Imper. in-
ter pup. vel Vid. Guid. Pap. dec. 566.
& communem dicit *Vrsill. loco ci-*
tato num. 2. contrarium tenet Me-
noch. de Arbitr. cas. 66. num. 4. Bor-
vell. in sum. Decis. tit. 56. à numer. 9.
Gratian. discept. 182. num. 3. Vin-
cent. de Fransb. decis. 100. num. 19.
Vin. decis. 459. num. 12. & dec. 521.
à num. 7. Ihesaur. decis. 177. nu. 3.
Couar. pract. cap. 6. num. 2. & alij
apud Barbos. in d. cap. signifi-
cantibus num. 3. de offic. deleg. qui putat,
etiam Viduas ac pupillos diuites
inter personas miserabiles annu-
merandos esse; sed hæc opinio
procedere potest de iure ciuili
iuxta *l. vn. C. Quan. Imper. int. pup.*
& *Vid. quæ generaliter loquitur:*
non autem de iure Canonico pro-
pter *tex. expressum in d. cap. signifi-*
cantibus.

5 Obserua tamen, quod pupillus
dicitur qui cum impubes esset,
desijt in Patris potestate esse *l. pu-*
pillus ff. de verb. sign. glos. in d. l. vn.
ver. contra pupillos. Ricc. in collect.
decis. 1. par. 1. vbi etiam dicit, quod
pupillus, qui est sub potestate
Aui, hoc priuilegio non gaudet.

6 Obserua 2. quod Vidua dicitur,
quæ nunquam habuit virum,
vel quæ viram amisit, vel quæ ha-
bet virum inutilem *Bart. in d. l.*
vn. num. 5. Guid. Pap. dec. 566. Gra-
tian. discept. 666. num. 19. dummo-
dò honestam vitam agat: quia
priuilegium non datur mulie-
ribus impudicis. *l. his solis C. de*

- Reuoc. donat. & post Bald. fel. & alios dicit Belleit. loco cit. d. 5. nu. 40. Vnde virgo stuprata hoc priuilegio non gaudet, nisi contra stuprantem Ricc. in d. collect. decis. 1. & dec. 137. par. 1. ubi citat Vinc. de Franch. dec. 599. & idem ab hoc priuilegio multo magis excluduntur meretrices, ut in d. l. his solis ubi glos. & Doctores C. de reuoc. donat.
- 8 Obserua 3. quod inter personas miserabiles numeratur etiam Hospitale, quod re vera nihil aliud est, quam ipse miserabiles persona: item Seminarium puero- rum, in quo pauperum filij recipiendi sunt iuxta Concilium Tri- dentinum sess. 23. de ref. cap. 18. ac cetera loca pia Ricc. in Prax. for. eccl. par. 2. ref. 317. & par. 3. resol. 413. & alij communiter. Item vni- uersitas, seu Ciuitas secundum Alex. conf. 122. vol. 4. quem refert Vrsill. ad Afflict. d. decis. 257. nu. 2. ubi dicit, quod bene potest iudex arbitrari ex causa sibi visa, vniuer- sitatem habere istud priuilegium, cum ipsa Ciuitas pupillos, Vi- duas, & alias personas miserabi- les comprehendat.
- 9 Obserua 4. quod quando inter licis consortes adest aliquis habes priuilegiu electionis fori, omnes ratione connexitatis eodem gau- dent priuilegio Vin. decis. 521. nu. 21. Gratian. discept. 641. num. 1. & seq. Couar. pract. cap. 34. nu. 2. Vnde si inter plures coheredes esset aliquis clericus, omnes pro ea- dem causa communi conuenien- di sunt coram Iudice ecclesiasti- co Bart. in l. precipimus §. eodem
- obseruando C. de Appell. & in l. so- lent in fin. ff. de Alim. & cib. leg. fe- lin. in cap. 1. nu. 6. de Prescript. Maran. de ord. Iudic. par. 4. dist. 11. num. 2. alias, etiam si non oppo- natur, iudicium est nullum, nec processus sustineri potest etiam quoad ipsos laicos Seraphin. decis. 957. per tot. Gratian. d. discept. 641. num. 19. & 20. Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 11. num. 24. in hoc enim ca- su vnus tantum Iudex est aduen- dus, & non plures l. 1. ff. de quib. reb. ad eum d. Iud. sat. Afflict. decis. 354. nu. 3. Menosh. de Arbitr. iud. lib. 2. cas. 371. num. 11. Boss. in tit. de for. compet. num. 116. Vnde si pra- dicti heredes in diuisione facien- da discrepant, per Iudicem ec- clesiasticum: esset dirimenda con- trouersia Car. de Grass. de effect. Cler. off. 1. num. 520. quod procedit etiam si essent plures laici, qua- m Clerici Scacc. loco cit. d. cap. 11. nu. 24. Socin. sen. conf. 12. num. 17. lib. 1.
- 12 Hæc tamen conclusio limita- tur, quando causa esset diuidua: tunc enim quilibet potest conueniri coram Iudice suo Bart. in d. l. precipimus §. eodem obseruando Maran. loco cit. num. 24. Vnde si- deiussor clericus coram iudice lai- co conueniri potest, etiam si esset in solidum obligatus cum clerico Boss. in tit. de for. compet. n. 116.
- 12 Alij etiam limitant in Collegio, in quo sint plures laici, quam Clerici: tunc enim putant esse conueniendum coram iudice sa- culari; quia collegium accipit de nominationem a maiori parte Bart. in l. sodales num. 15. ff. de Col- leg. illie. Socin. sen. conf. 12. nu. 17. lib.

lib. 1. Marant. d. dist. 11. numer. 23: Scacc. de Iudic. lib. 1. cap. 11. nu. 25. diuina enim conuenitur collegium non dicuntur conueniri singuli de Collegio l. sed si hac d. qui manumittitur ff. de in ius voc.

Sed contrarium mihi videtur verius: quia etiam in tali casu collegium dicitur ecclesiasticum, quamuis minor pars sit Clericorum, cum hæc minor pars sit dignior; & ideo coram Iudice ecclesiastico conueniri debet, vt d. Ant. Burg. in cap. cum dilecti n. 14. de empt. & vend. quem refert. Couar. pract. cap. 34. num. 1. quod eo magis procederet, quando par esset numerus clericorum, & laicorum Bart. in d. l. Modales nu. 15. Couar. ubi supra.

13 Obserua 5. quod Vidue, & pupilli diuites in defectum iustitiæ secularis possunt laicos coram ecclesiastico Iudice conuenire, cap. ex tenore ubi DD. de for. comp. quamuis enim huiusmodi causæ primario spectent ad iudicium, seculare iuxta cap. regum 23. q. 5. secundario tamen etiam ad ecclesiam spectant, quando scilicet Index seularis est negligens c. administratores ead. q. 5. vt dicunt DD. quos refert, & sequitur Bellet. tit. de fauor. cleric. real. d. 5. nu. 34. è contra verò causæ pupillorum, & Viduarum pauperum, & aliarum personarum miserabilium principaliter ad ecclesiam spectant cap. 1. dist. 87. & ideo possunt huiusmodi personæ laicos trahere ad Ecclesiasticum tribunal, etiãsi coram seculari iudice iusticiam consequi possint cap. super qui-

busdam de verb. sign. cap. significantiibus de offic. & pot. Iud. deleg. capit. ex parte de for. compet. ubi id notat glos. in ver. exceptionibus vers. item est arg. & ibidem Barb. num. 6. & ita etiam videtur sentire Bellett. loco cit. nu. 32. & seq. 14 His adde, quod pupilli, & Vidua siue pauperes, siue diuites possunt implorare Iudicium ecclesie in possessorio, vel vbi agitur de iniuria, siue de violentiâ eis illata cap. si quis de potentibus 24. q. 3. glos. in d. c. significantiibus ver. pauperem & in d. cap. ex tenore ver. iniustitia, & hanc esse communem dicit Barbof. in d. cap. ex parte num. 6.

S V M M A R I V M:

- 1 In causis prophanis laici regulariter conueniendi sunt in foro seculari, limitatur nu. 2. 3. 4. 5. & 6.
- 7 Impediens Iudices ecclesiasticos ne sua iurisdictione utantur, quam poenam incurrat.
- 8 Quando Iudex Ecclesiasticus in causis civilibus procedere possit ad censuras.
- 9 Potest Curia ecclesiastica habere familiam armatam.
- 10 Concessa iurisdictione omnia intelliguntur concessa, que ad illam conseruandam sunt necessaria.
- 11 An Ordinarius, vel Auditor Camera possit interdicare Prouinciam, Ciuitatem, castrum, vel alium locum.
- 12 Quando in causis criminalibus Iudex ecclesiasticus possit reos

accusare

excommunicare.

- 13 An valeat excommunicatio hu-
iusmodi non seruato ordine cō-
cilij Tridentini.

CAP. V

An in causis prophanis laici con-
ueniri possint coram Iudi-
ce Ecclesiastico.

Negatiuè respondent
Doctores, quia re-
gulariter actor se-
quitur forum rei. *La-*
etor C. ubi in rem
act. cap. cum sit generale de for.
compet.

Hec tamen regula limitatur 1.
vbi adesset consuetudo conueni-
endi laicos coram Iudice ec-
clesiastico etiam in causis pro-
phanis: quia tunc est seruanda
cap. licet ex suscepto, vbi Doctores
de for. compet. cap. si quis Pres-
byter 2. q. 5. Bellett. tit. Ide fauor.
Cleric. real. l. 5. num. 4. Barbof. in
cap. si Clericus laicum num. 5. de
for. compet. Rot. decis. 793. num. 1. p.
1. Diuers. Capyc. deo. 161. n. 3. Ricc.
decis. 217. num. 5. & seq. par. 2. &
ita seruari in Hispania. & in alijs
Curijs Ecclesiasticis testatur Ferz
qq. mor. par. 1. q. 102. num. 5. Leo in
thes. for. Eccles. par. 2. cap. 13. n. 39.
& seq.

- 2 Secundò in defectum iustitiæ in
foro sæculari, *DD. in cap. licet 1.*
de for. compet. potest enim negli-
gentia Iudicis sæcularis in admi-
nistranda iustitia suppleri per ec-
clesiasticum, sed non è contra
cap. clericum 11. q. 1. cap. si diligen-

ti de for. compet. nec obstat textus
in cap. filijs, vel nepotibus 16. q. 7.
quia ibi solum statuitur, vt Epif-
copo negligente, vel renuente,
ad Regem causa deferatur, non
vt ipse Rex causam iudicet, sed
vt moneat reuenter Superio-
rem, vt notat *Diana par. 3. tr. 1. ref.*
25. vbi etiam dicit, quod hoc ius
sublatum fuit ab Innocentio III.
in cap. qualiter, & quando de Iu-
dic.

3 Tertiò ratione iuramenti, vide-
licet quando debitor est obliga-
tus per instrumentum iuratum;
tunc enim conueniri potest coram
Iudice ecclesiastico pro obser-
uantia iuramenti *cap. fin. de for.*
compet. in 6. quod procedit etiã
in iuramentis Iudæorum, & here-
ticorum *secundùm Ricc. in Praxi.*
for. Eccles. par. 3. ref. 225. in fin. ex
quo fit, vt si quis petat absolutio-
nem à iuramento coram Iudice
Ecclesiastico, potest coram eodẽ
Iudice de tota causa litigare;
quia qui fuit Iudex causę præpa-
rantis, & sic absolutionis à iura-
mento, erit etiam Iudex cau-
sę præparatæ *Marant. de ordin.*
Judic. par. 4. dist. 11. num. 14. vbi
num. 17. addit, quod quando co-
ram Iudice sæculari vertitur du-
bium super validitate iuramenti,
videlicet vtrum liget, vel non,
tunc Iudex sæcularis non potest
de hoc cognoscere, sed debet
causam remittere ad Iudicem
ecclesiasticum.

Obserua tamen, quod textus
in d. cap. fin. de for. compet. in 6. ha-
ber tantum locum contra ipsum
iurantem, non autem cõtra eius
here-

- hæredes : quia cum iuramentum sit personale , non transit in hæredem , *vt dicunt Doctores apud Ricc. in prax. for. eccles. par. 2. ref. 484. & par. 3. ref. 225.* vbi ex hoc concludit , quod hæres iurantis non potest conueniri coram Iudice ecclesiastico .
- 4 Quartò obligati in forma Camere possunt coram Iudice ecclesiastico conueniri *l. episcopale iudiciũ C. de Episc. aud. Couar. pp. qq. cap. 35. num. 2. vers. Quinto non video Sperell. dec. 41. nu. 29. in fin.*
- 5 Quintò apparitores Curie ecclesiasticæ coram eodem ecclesiastico Iudice tam ciuilibus , quàm criminaliter conueniuntur *l. z. C. de offic. mag. mil. & hoc est regulare in omni ministro , & officiali , vt sub eo magistratu , & Præside conueniatur , ad cuius prouidentiam , & iudiciũ illius ministerium , & officium noscitur pertinere , nè videatur ab eius ministerio abstrahi , cuius obsequio deputatus est , vt dicit Luc. de Penna. in rubr. C. de Apparitor. Præf. Vrb. lib. 12.*
- 6 Sextò cognoscit index ecclesiasticus inter laicos , vbiunque aliquis detinet rem alienam cũ peccato , & est tale debitum , ad quod nulla competit actio de iure ciuili , & sic non potest aliquo remedio recuperari in Curia seculari *Marant. de ord. Iudic. p. 4. dist. 11. num. 12.*
- 7 Qui verò impedit Iudices ecclesiasticos ordinarios , nè sua iurisdictione ecclesiastica vrantur , secundum quod Canones , & sa-

cræ cõstitutiones ecclesiasticæ , ac decreta Cõciliorum generalium , & præsertim Tridentini statuunt , incidit in excommunicationem Bullæ Cœnæ can. 16. quam adimpedientes eosdem iudices in causis ad forum ecclesiasticum etiam ex consuetudine spectantibus extendit *Filliuc. tract. 16. cap. 10. q. 10. nu. 280. quem refert Bonacin. de censur. in partic. disp. 1. q. 17. pñ. 1. nu. 18.* quia huiusmodi consuetudines videntur approbata in cap. licet ex suscepto , ibi , sicut hætenus seruatum est , vt tradunt ibi Doctores communiter :

- 8 Notandum verò est , quod Episcopus in causis ciuilibus , vbi executio realis , vel personalis per suos proprios , aut alienos exequutores fieri poterit , debet à censuris abstinere , *vt præcipit Concilium Tridentinum sess. 25. de ref. cap. 3.* ex quo textu clarè colligitur , quod potest curia ecclesiastica habere familiam armatã , idemque de iure antiquo statutum fuerat *in cap. attendendum. & cap. si quis contumax & c. seq. 17. q. 4. & in cap. contra idolorum. vbi glos. 26. q. 5. vt notat Genuens. in Prax. Archiep. cap. 13. numer. 3. Mart. de Iurisd. par. 2. cap. 29. n. 7. Vgolin. de offic. & pot. Episc. par. 2. cap. 56. num. 3. Barbosa. eod. tract. p. 3. all. 107. a. nu. 2. vers. altera vsque ad nu. 9. Mastrill. decis. 68. num. 4. Bellett. in Disquis. cleric. tit. de fauor. cleric. real. 9. n. 103. Decian. tract. crim. to. 1. lib. 4. cap. 26. nu. 1. & communem dicit Sperell. dec. 4. n. 3. 8. & 9. & 14. Guazin. Defens. reor. 1. cap. 8. nu. 28. latè Io. Franc. Leo*

Leo in *Theſſon. eccleſ. par. 1. cap. 9.*
num. 16. & ſeq. *Dian. p. 1. tr. 2. reſol.*
89. *Ricc. in Prax. par. 1. reſ. 483.* cō-
ceſſa enim iurisdictione omnia
intelliguntur conceſſa, quę ad il-
lam tuendam, & conſeruandam
ſunt neceſſaria arg. l. 2. ff. de iuriſd.
omn. Iud.

11 Addit Leo loco cit. p. 3. c. 8. n. 92.
& ſeq. quod nec ordinarius, nec
Auditor Camera potest abſq; licē-
tia Summi Pōtificis Prouinciā, Ci-
uitatem, Caſtrum, vel alium lo-
cum eccleſiaſtico ſupponere in-
terdicto pro debito pecuniario,
ita prohibente Bonifacio VIII. in
extrau. prouidē de ſent. excom.

12 In cauſis quoque criminalibus
nō licet Iudici eccleſiaſtico reos
excommunicare, niſi in ſubſidiū,
videlicet quando exequutio rea-
lis, vel perſonalis fieri non pote-
rit: & tunc ſi delicti qualitas id
expoſcat, præcedere debet bina
ſaltem monitio etiam per edictū
ex diſpoſitione eiufdem Concilij lo-
co cit. d. cap. 3.

13 Obſeruant tamen nonnulli re-
centiores, Concilium d. c. 3. tra-
dere inſtrudionem, non autem
imponere formam, & ideo vale-
re excommunicationem non ſer-
uato dicto ordine Concilij, ita
Ricc. in Prax. ſor. eccleſ. par. 4. reſol.
202. num. 4. ubi citat *Maceratenſ.*
var. reſol. lib. 1. reſol. 112. caſ. 75. in
ſin. verſ. in ſuper.

S V M M A R I V M.

1 Relaxatio iuramenti non ad ſa-
cularem, ſed ad eccleſiaſticum in-
dicem ſpectat.

2 Capitulum ſede vacante, & alij
Prælati inferiores habentes iurisdictionem episcopalem, vel
quaſi relaxare poſſunt iuramē-
tum.

3 Quę requirantur ad relaxatio-
nem iuramenti.

4 Quando Episcopus poſſit periurum
abſoluere à reatu periurij.

5 Tot requiruntur abſolutiones,
quot ſunt iuramenta.

6 An requiratur ſpecialia manda-
tum ad impetrandam huiusmo-
di abſolutionem.

C A P. VI.

An, & quando poſſit iudex
eccleſiaſticus abſolue-
re à iuramento.



Relaxatio iuramenti nō
ad poteſtatem ſacu-
larem, ſed ad Episco-
pum ſpectat cap. noxi-
t de iudic. cap. venerabilem ſ. idem
etiam de elect. S. Th. 2. 2. q. 89. art. 9.
ad 3. *Laym. in Theol. mor. lib. 4. tr.*
3. cap. 11. num. 9. & alij communi-
ter: etiam ſi Episcopus ſit tantum
electus, & confirmatus, licet non-
dum conſecratus *Dian. par. 7. tr. 2.*
2. reſ. 1. idemque dicendum de Ca-
pitulo ſede vacante, & alijs Præla-
tis inferioribus habentibus iurif-
dictionem Episcopalem, vel qua-
ſi, ut notant Doctores apud *Barb.*
de off. & pot. Episc. par. 2. all. 36.
nu. 9. & ſeq. *Bonacin. de legib. diſp.*
4. q. 1. pun. 17. num. 9.

3 Ad huiusmodi verò relaxatio-
nem

nem requiritur 1. iusta causa, puta si in contractu interuenerit dolus, metus, læsio, aut quid simile cap. Abbas, ubi glos. in ver. coactus de ijs, quæ met. caus. cap. verum de iureiur. S. Th. 2. 2. d. q. 89. art. 7. ad 7. & art. 9. ad 3. Barbof. in d. cap. verum num. 2. & alij.

Secundò vt iurans sit subditus Episcopi absoluentis Barbof. dict. parte 2. allegat. 36. num. 17. & seq. Genuens. in Prax. Archiepisc. c. 4. num. 9. ubi dicit, hanc esse magis communem: quamuis alij teneant, quod absolutio à iuramento peti, & concedi potest ab ordinario, in cuius Diocesi reperitur is, qui iurauit, licet contractus alibi sit celebratus: quia tractatur de favore animæ, quæ non circumscribitur loco, ita Doctores, quos refert, & sequitur Vulp. in Prax. iudic. cap. 30. num. 5. & 6. quorum opinio admitti potest, quando necessitas hoc postulet, vel si talis adsit consuetudo Dian. par. 8. tr. 3. ref. 47. Genuens. in Prax. d. cap. 4. num. 10. ubi dicit, quod in Curia Archiep. Neap. ex antiquissima obseruatiã absoluuntur omnes exteri à iuramentis præstitis, etiam extra Regnum, quando adeunt Ciuitatem Neapolitanam animo litigandi in curia seculari:

Tertiò quod absolutio petatur ante incursum periurium: & ideo obtinenda est, antequam adueniat tempus solutionis; quia termino elapso Episcopus absolutionem concedere non potest, sed recurrendum est ad Papam Vulp. d. cap. 30. num. 9. & seq. ubi alios refert, & de communi testatur Ricc.

in Prax. fore. eccles. par. 1. ref. 309. immò in pœnam periurij debitor cogitur soluere, licet possit deinde repetere c. debitores de iureiur. glos. in cap. Abbas ver. coactus de his quæ met. caus. Grass. decis. aur. p. 1. lib. 2. cap. 18. num. 34.

4 Notandum est autem, quod periurus potest à reatu periurij etiam ab Episcopo absolui, citata tamen parte, ac probata læsione vel metu, alijsque legitimis exceptionibus Genuens. d. cap. 4. num. 3. Vulp. ubi supra cap. 30. nu. 11. Vrsill. ad Afflict. dec. 30. num. 5.

5 Obserua tamen, quod qui petit absolutionem, omnia iuramenta specificè exprimere debet; & ideo si duo instrumenta super alia qua re fiant, non sufficit petere absolutionem à iuramentis contentis in vno, alias contraueniens non excusatur à periurio, vt dicit Nouar. apud Ricc. in collect. dec. 3186. par. 7. Vnde si quis impetrauit absolutionem à iuramento ad effectum agendi, & non fecit mentionem, se inrasse non petere absolutionem à iuramento, non censetur habilitatus, vt possit agere, nisi prius absoluat à iuramento de non petenda huiusmodi absolutione, quia tot requiruntur absolutiones, quot sunt iuramenta Afflict. decis. 220. num. 12. Vulp. d. cap. 30. nu. 7. ubi n. 15. addit, quod

6 procurator non potest petere absolutionem à iuramento per suum principalem præstito absque speciali mandato: quia cum tractetur de obligatione spirituali, specialis consensus requiritur: sed contrarium tenet Rebuff. in Prax.

benefic. in tit. de Different. inter re-
script. gratia, & iustit. num. 16. &
in tit. de Dispensat. num. 13. Nau.
conf. 4. de Rescript. & alij, quos re-
fert, & sequitur Barbof. in cap. in-
notuit. num. 16. de elect. vbi dicit,
quod nec speciale, nec generale
mandatum desideratur ad dispē-
sationes, & quæuis alia priuile-
gia impetranda, sed possunt vali-
dè impetrari eo, cui impetran-
tur, ignorante iuxta tex. in
capit. si tibi de Præb. in 6. vnde
hæc verior videtur opinio. rati-
ficatio tamen debet fieri in tem-
pore hoc est intra terminum præ-
fixum ad soluendum, alias incur-
ritur in periculum, ut post Rom.
conf. 427. & alios notat Genuens.
d. cap. 4. nu. 11.

S V M M A R I V M.

- 1 De iure civili Iudex ordinarius non potest penitus recusari, se-
cus de iure canonico.
- 2 Delegatus tam de iure canonico quam civili recusari potest.
Quid si sit delegatus ad vniuersi-
tatem causarum.
- 3 Huiusmodi recusatio ante litis
ingressum proponenda est, &
ante omnes dilatorias.
- 4 Quando post litem contestatam
recusatio proponi possit.
- 5 In libello recusationis debet ex-
primi legitima, seu probabilis
causa suspicionis.
- 6 Si proponatur causa non legiti-
ma, potest Iudex recusatus ad
ulteriora procedere.
- 7 Appellationi Friuola non est de-
serenda.
- 8 Iudex tam ordinarius, quam de-
legatus Papa compellit partes
ad eligendum arbitros, qui de
causis suspicionis cognoscant.
- 9 Quando possit Iudex recusatus
ad ulteriora procedere.
- 10 Declaratur tex. in cap. legitima
de appell. in 6. & cap. suspicionis
ex. de offic. deleg.
- 11 Arbitri possunt eligi etiam alibi,
quam in loco Iudicis recusati.
- 12 Potest etiam Iudex recusatus co-
gere partes ad eligendum ter-
tium, si arbitri non sint concor-
des.
- 13 Quid si partes in ipsos arbitros,
aut in tertium eligendum non
conueniant.
- 14 Recusato Episcopo ut suspecto, ex
eadem causa Vicarius ipsius
recusari potest, limitatur nu. 15.
- 15 In recusatione Vicarij generalis,
vel delegati ab Episcopo non
eliguntur arbitri, sed causa su-
spicionis coram Episcopo sunt
proponenda.
- 16 Quid si suspicio concerneret ipsi
Episcopum.
- 17 Similiter ad Capitulum recurritur
in casu recusationis Vicarij
Capitularis.
- 18 Item Delegatus Papa cognoscit
de causis recusationis sui subde-
legati.
- 19 Quid si vnus ex duobus delega-
tis Papa recusetur ut suspectus.
- 20 Si Episcopus esset in remotis, &
Vicarius recusetur, tunc de
recusatione illius cognoscant ar-
bitri, limitatur num. 22.
- 21 Vicarius Episcopi cognoscit de
causis suspicionis delegati ab
Episcopo existente in remotis.

- 24 De stilo Signatura Vicarij non allegantur suspecti, sed dantur illis adiuncti.
- 25 Iudex ordinarius potest statim ac recusatur causam alteri partibus non suspecto committere.
- 26 Quid si recusationis causa coram Arbitris probata fuerit.
- 27 Quando Delegatus Papa possit causam alteri subdelegare.
- 28 An delegatus Principis possit recusari si causa commissa fuerit recusatione remota.
- 29 Duo tantum Iudices recusari possunt.
- 30 An procurator absque speciali mandato possit Iudicē recusare.
- 31 Quid si procuratores ambarum partium de communi consensu Iudicem in Romana Curia impetrauerint.
- 32 Processus factus post interpositā recusationem est ipso iure nullus.
- 33 An Episcopus visitans possit ut suspectus recusari.
Quomodo in causis visitationis procedatur, ibidem.
- 34 An possit Episcopus in actu visitationis procedere contra Capitulares absque adiunctis.
- 35 An contra Coadiutorem cum futura successione teneatur Episcopus procedere cum huiusmodi adiunctis.
- 36 Quid si totum Capitulum delinquat.
- 37 Ad quem sit appellandum, si Iudex veniat admittere legitimā recusationem.
- 38 Si Iudex esset inimicus capitali inimicitia, potest subditus petere à Principe, se excipi cum tota

familia à iurisdictione talis Iudicis.

C A P. VII.

An, & quando Iudex possit ut suspectus recusari.

E iure civili Iudex ordinarius regulariter non potest penitus recusari, sed illi associatur Episcopus, vel alius vir honestus, & integræ opinionis iuxta auth. *ne verò iuncta glos. C. de Iud. & est communis opinio, ut d. M. Grass. relat. in Syntag. opin. commun. tit. de Iud. cap. 20. de iure verò canonico Iudex ordinarius in totum recusari potest, siue sit Episcopus, siue eius Vicarius cap. si quis contra de for. compet. cap. cum speciali, & ibi glos. ex. de Appell. quod ex dispositione vtriusque iuris procedit in delegato etiam à Principe l. apertissimi C. de Iud. e. Iudex de offic. deleg. in 6. nisi sit delegatus ad vniuersitatem causarum: quia neque tunc de iure civili in totum recusatur, sed illi similiter adiungitur Episcopus iuxta glos. in l. fin. ver. cum specialis C. de Iud. Marant. de ord. Iud. par. 4. dist. 5. num. 40. secus de iure canonico: quia tunc etiam in totum recusari potest: ut de Conservatore Religionum, seu Regularium personarū dicit Barbof. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 106. num. 32. Lezan. in Sum. qq. regul. to. 2. cap. 10. num. 74. & alij.*

3 Observant autem Doctores, huiusmodi recusationem tam de

Ddd 2 iu.

inre canonico, quam civili ante 5
litis ingressum proponendam esse,
cum sit dilatoria *iuxta tex. in d.l.*
apertissimi & cap. inter monasterium
de sent. & re iud. Ricc. in collect. de-
ret. 445. par. 2. vel saltem intra ter-
minum statutum à iudice ad dila-
torias proponendas glos. in cap. se-
cundo requiris & tertio postulas
ver. coram eodem de Appell. contra
Villal. relatum in Syntag. opin. com-
mun. tit. de iudic. cap. 20. vers. de
iure regio, ubi dicit, quod de iu-
re civili in quacunque parte litis
recusatio huiusmodi proponi po-
test.

Debet autem proponi ante
omnes dilatorias, quia si opponi-
tur alia dilatoria, censetur pro-
uocari Iudex, vt super ea pronun-
ciat, & sic inducitur consensus in
iudicem; vnde postea non posset
recusari *Marcell. Vulp. in Prax.*
iudic. cap. 25. nu. 4. & 5. nisi post li-
tem contestatam superuenerit ali-
qua noua causa suspicionis, ut di-
cit glos. communiter recepta in her-
ror. ver. facti C. de Iur. & fact.
ignor. Vulp. loco cit. in hoc tamen
non creditur recusanti absque iu-
ramento Ricc. in Prax. for. e. cclef.
p. 4. ref. 515. ubi etiam dicit, quod
si in causa ecclesie, vel minoris
lapsum fuerit tempus ad propo-
nendam recusationem, conce-
denda est restitutio; idem dicen-
dum, si causa suspicionis post litē
contestatam perueniret ad noti-
tiam recusantis, quia tunc etiam
opponi potest praestito huius igno-
rantiæ iuramento M. Grass. rela-
tus in Syntag. opin. comun. tit. de iud.
cap. 20. ver. limita.

6 Observant 2. quod debet exprimi
in libello recusationis legiti-
ma, seu probabilis causa suspicio-
nis coram iudice, qui recusatur,
vt notatur in cap. si contra de offic.
deleg. in 6. siue iudex recusatus sit
ordinarius, vt in d. cap. cum specia-
li, siue sit delegatus, d. cap. secundo
requiris & tertio postulas, ubi glos.
ver. coram eodem; quod etiam pro-
cedere de iure civili tenet Ricc.
in Prax. par. 2. ref. 400. ubi dicit,
ita communiter sentire Doctores in
d.l. apertissimi C. de Iudic. quam-
uis in hoc contrarium asserat Ma-
rant. d. par. 4. dist. 5. num. 40. & alij
relati in Syntag. opin. comun. tit. de
Iudic. cap. 20. vers. an autem cum
seq. ex quo fit, vt si allegaretur
causa, quæ si esset probata, legiti-
ma non reputaretur, posset tunc
iudex recusatus ad vltiora pro-
cedere cap. inter monasterium de
sent. & re iud. glos. in d. & tertio
postulas ver. coram eodem Vulp. lo-
co cit. cap. 25. num. 28. Marant. d.
dist. 5. nu. 40. Barbof. in cap. super
questioni & eius ergo de offic. iud.
deleg. quemadmodum appellationis
notorie friuolæ non est deferen-
dum cap. cum appellationibus de
Appell. in 6. Gennens. in Prax. Ar-
chiep. cap. 55. numero 8.

8 Iudex autem tam ordinarius,
quam delegatus Papæ in tali ca-
su compellit partes ad eligendum
arbitros, qui de causis suspicio-
nis cognoscere, & iudicare de-
bent, vt in d. & tertio postulas &
d. cap. cum speciali de Appell. ipsi-
que arbitris competentem termi-
num præfigit, intra quem in idē
conueniant, vel tertium concor-
di-

- alter aduocent, cum quo ambo, vel alter eorum negotium suspicionis terminare debent, alias illo transacto, & causa suspicionis coram ipsis non probata, ad vltiora procedere poterit *d. cap. sū speciali, & cap. legitima de Appell. in 6. per quem textum corrigitur cap. suspicionis de offic. deleg. secundum glos. in d. cap. secundo requiris. S. tertio postulas ver. terminam. competentem. quamquam* 10 *pro-*
- 10 *babilius videtur, quod d. cap. suspicionis, non fuerit correctum per cit. cap. legitima. illud enim loquitur in termino parti assignando ad probandam causam suspicionis, qui proculdubio ab arbitris assignari debet: hoc autem loquitur in termino assignando arbitris ad causam recusationis finiendam, quem non arbitri, sed index recusatus debet præfigere, ut dicit glos. in d. cap. legitima ver. per Iudicem Barbof. in d. cap. suspicionis num. 5. de offic. deleg. Ricc. in Prax. for. eccles. ref. 400. p. 2.*
- 11 *Arbitri verò possunt eligi etiã alibi, quam in loco Iudicis recusati, dummodò non in loco valde remoto, idest vltra dietam legalẽ Vulp. in Prax. iudic. cap. 25. nu. 14. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 4. resol. 519. Barbof. de offic. & pot. Episc. p. 3. all. 54. num. 150. vers. quando Episcopus.*
- 12 *Potest etiam Index recusatus cogere partes ad eligendum tertium, si arbitri iam electi non fuerunt concordēs Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 101. num. 27. Barbof. in d. cap. suspicionis num. 3.*
- 13 *Si verò partes in ipsos arbitros, aut in tertium eligendum non conueniant, tunc ad infinitatem vitandam electio deuoluitur ad iudicem recusatum Nexizan. cõf. 55. in fin. Scacc. d. cap. 101. num. 27. verum si per arbitros fuerit pronunciatum, causas suspicionis, vel aliquam earum legitimas esse, causa deuoluitur ad superiorem, Barbof. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 54. num. 150.*
- 14 *Observant 3: quod recusato Episcopo vt suspecto, ex eadẽ causa Vicarius ipsius recusari potest: quia vbi superior est suspectus, sunt quoque suspecti eius officiales cap. in sinuante de offic. deleg. itã etiam si allegetur suspectus Gubernator, consentur etiam eius Auditores, & officiales suspecti, vt decisum refert Ricc. in collect. decis. 83. par. 1. quod procedit, etiam si Vicarius seorsim ab Episcopo habitet, vel causam cognoscat vt delegatus ab Episcopo, vel à Papa: quia semper poterit ab Episcopo renocari, seu ab officio remoueri; & ideò est verisimile, quod Vicarius trahatur in sententiã Episcopi Rip. in cap. 1. nu. 44. de iudic. quicquid dicat Vulp. in Prax. iudic. cap. 25. num. 15. & alij.*
- 15 *nisi Vicarius Episcopi sit confirmatus à Papa, siue ab alio superiore: tunc enim non poterit recusari ex eo, quod Episcopus sit suspectus, quia tunc non potest per Episcopum remoueri Rip. loco cit. Barbof. d. par. 3. all. 54. n. 150.*
- 16 *Observant 4: quod in recusatione Vicarij generalis, vel delegati ab Episcopo non eliguntur arbitri ad cognoscendas causas suspicio-*

- nis, sed illæ debent proponi coram Episcopo, si presens est in Diœcesi, vel non multum absens *cap. si contra de offic. Iud. deleg. in 6. dummodò suspicio non concernat ipsum Episcopum*, quia tunc Episcopus de causa recusationis non cognoscet, sed eius cognitionem alicui alteri confidenti committit *ut post Gemin. dicit Sbrozz. de Vic. Episc. lib. 3. q. 16. num. 3. & 8. Ricc. in Prax. par. 2. ref. 400. Barbof. d. all. 54. num. 150. vers. nota tamen.*
- 17 Idem dicendum est de Vicario capitulari, quia similiter ad Capitulum recurritur in casu recusationis, & tunc Capitulum potest cognoscere causas suspensionis sui Vicarij, quemadmodum Episcopus *cap. si contra de offic. deleg. in 6. Sbrozz. d. lib. 3. q. 16. num. 1. & 9. Vulp. in Prax. iudic. cap. 44. nu. 29. quæ si veræ sint, poterit Capitulum causam à Vicario auferre, & alteri committere Quarant. in ver. Capitulum sede vacante num 5.*
- 18 Ita etiam si subdelegatus delegati Summi Pontificis recusetur, non eliguntur arbitri, sed causæ recusationis sunt proponendæ coram ipso delegato Papæ *et super questionem d. eius ergo de offic. deleg. Ricc. in Prax. ut supra par. 4. ref. 517.*
- 19 Neque eligendi sunt arbitri, quando duobus iudicibus à Papæ delegatis cum clausula, *quod si ambo interesse non possunt, alter eorum in causa procedat*, causa suspensionis contra vnum proponitur: tunc enim causa ipsa suspensionis coram non recusato conuicte probari, & ab eo expediri
- debet *d. cap. si contra de offic. deleg. in 6.*
- 20 Si verò Episcopus esset in remotis, & Vicarius recusetur, tunc de recusatione illius cognoscent arbitri, sicut cognoscerent de recusatione Episcopi *Sbrozz. d. lib. 3. q. 16. num. 6. Vulp. in Prax. iudic. cap. 25 num. 18. nisi adsit alter*
- 21 Vicarius, quia tunc ad illum pertinebit huiusmodi cognitio, *ut post Gemin. Franch. & Lap. declarat Sbrozz. loco cit. num. 7. quod videtur probari ex d. cap. si contra de offic. deleg. in 6. & in tali casu si delegatus Episcopi suspectus allegetur, Vicarius eiusdem Episcopi cognoscat de huiusmodi suspensione Sbrozz. d. q. 16. num. 5.*
- 22 Notandum tamen est, quod de filo signaturæ Vicarij non allegantur suspecti, sed dantur illis adiuncti, *ut post Staphil. & alios dicit Sbrozz. ubi supra d. lib. 3. q. 14. num. 15.*
- 23 Obseruant 5. posse iudicem ordinarium statim ac recusetur, causam alteri partibus non suspecto committere etiam absque partium consensu *cap. si quis contra, & ibi Abb. num. 14. de for. cõpet. Capis. dec. 137. num. 10. si verò recusationis causa coram arbitris iam electis probata fuerit, tunc non potest alteri causam committere, nisi de vtriusque partis consensu: & si partes non concorderint, adhuc poterit iudex causam committere alicui personæ, quæ neutri parti suspecta sit, vel illam remittere ad superiorem d. cap. cum specialis, ubi glos. in ver. de recusatoris ex. de appell. glos. in d. c.*

d. cap. si quis contra ver. actor. de for. compet.

- 27 Obseruant 6. posse similiter iudicem delegatum à Papa causam alteri in totum subdelegare, si coram eo recusatio proposita non fuerit; secus si proposita iam fuit; quia tunc non potest alteri committere, nisi de consensu recusatoris *cap. Iudex de offi. deleg. in 6.* quod intellige, vt de consensu vtriusque partis in tali casu causam committat, vt dicit *glos. in d. cap. cum speciali ven. de recusatoris de Appell.* si verò pronunciatum fuerit super recusatione, tunc non potest alteri committere etiam de partium consensu, sed causa remittenda est ad suum superiorem: quia eo casu non est amplius iudex *d. e. iudex in fin. Mirant. d. dist. 5. num. 41. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 4. ref. 516.*
- 28 Obseruant 7. quod si Princeps delegasset aliquam causam recusatione remota, adhuc posset recusari iudex delegatus: quia illa verba sunt intelligenda de friuola recusatione; quemadmodum si causa committatur appellatione remota, adhuc esset locus appellationi: quia hæc clausula auferit solum friuolas, non autem legitimas appellationes, vt dicunt Doctores, quos refert, & sequitur *Vulp. in Prax. iudic. cap. 25 num. 11.* hoc tamen limitatur, quâdo iudex exequutor procedit in causa ex commissione Pape cum clausula, appellatione, seu recusatione remota; tunc enim iudex procedere potest in
- causa ad vteriora non obstante recusatione *secundum Ricc. in Prax. for. eccles. par. 4. ref. 513.*
- 29 Obseruant 8. quod non nisi duo Iudices recusari possunt, vt *decisum refert Ricc. in Collect. dec. 445. par. 2.* nec potest procurator absque speciali mandato Iudicem recusare, cum ad eum non spectet absconditam sui principalis voluntatem declarare *Alex. conf. 26. num. 6. Felin. in cap. 1. de lit. nõ cont. & alij apud Vulp. in Prax. iudic. cap. 25. num. 7.*
- 31 Adde, quod si procuratores ambarum partium de communi consensu Iudicem in Romana Curia impetrauerint, principales in partibus illum recusare non possunt *iuxta text. in cap. cũ olim de caus. poss. & propriet. nisi nouam causam superuenisse probarent, vt d. Vulp. loco cit. nu. 8.*
- 32 Obseruant 9. processum factum post interpositam recusationem esse ipso iure nullum, etiam si non fuerit appellatum à non admissa recusatione, seu à processu ad vteriora, quia recusatio non minus suspendit Iudicis iurisdictionem, quam appellatio, vt dicunt Doctores relati in *Syntag. opin. cõtit. de Iudic. cap. 20. vers. recusatio Iudicis cum seq. & decisum refert Ricc. in Prax. for. eccles. par. 4. ref. 513. & in Collect. dec. 83. par. 1.* idque probat ex Concilio Tridentino *sess. 14. de ref. cap. 5. ibi, nequam in causa procedatur.*
- 33 Obseruant 10. Episcopum visitantem, vel alium, cui id legitime competit, nõ posse vti suspectum recusari, vt *declarauit Paulus*

lus V. teste Vulp. in Prax. iudic. cap. 25. num. 14. quemadmodum nec appellatio admittitur in ijs, quæ ad visitationem, & morum correctionem spectant ex Concilio Tridentino *sess. 24. de ref. cap. 10.* saltem quoad effectum suspensuum, nam iuxta declarationem Sac. Congregationis, quam refert *Piassec. in Prax. Episc. par. 2. cap. 3. num. 61.* Concilium loco citato non abstulit appellationem quoad effectum deuolutiuum.

Hoc tamen secundum eiusdem Sac. Congregationis declarationem procedit, dummodò Episcopus processum non compleat, & se intra visitationis terminos contineat, ut refert *Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 73. nu. 38. Farinac. dec. 153. p. 4. Diuers. in causis enim visitationis est procedendum de plano, nulla seruata forma iudicij cap. cum olim de Accus. nec potest visitans pœnas delictorū ordinarias imponere, sed tantū extraordinarias, quæ magis morū emendatione, accorrectionem, quam ordinariam delicti vindictam respiciant, ut cœsuis etiam Sac. Congregatio apud eundem *Farinac. d. par. 4. Diuers. dec. 178.* quia visitatio potius fit per modum fori pœnitentialis, quam contentiosi: nec in ea præcisè puniendi finis intendendus est, sed corrigendi, & salutare pœnitentias iniungendi, ut post *Imol. in cap. Romana de Censib. in 6. dicit Piassec. d. par. 2. cap. 3. num. 61.* vnde si Episcopus procedat compilato processu, vel modum in visitando excedat, poterit*

recusari suspectus, & ab eolice appellatur, iuxta S. Congregationis declarationem, quam refert *Leo in Thes. for. eccles. par. 2. cap. 2. num. 77. Barbos. d. all. 73. nu. 32. & seq.*

34 Quæres, an possit Episcopus procedere contra Capitulares absque adiunctis in actu visitationis? affirmatiuè respōdet *Barbos. d. all. 73. nu. 13. ubi citat Armandar. tit. 6. de Visitat. num. 30.* quod probatur ex *Con. Tridentino sess. 6. de ref. cap. 4.* extra visitationem verò non potest Episcopus procedere contra aliquem ex capitularibus absque adiutorum consilio, & assensu tam in formando processu, quam in ceteris omnibus actibus vsque ad finem causæ inclusiuè iuxta formam eiusdem Concilij *sess. 25. de ref. cap. 6.* cuius dispositionem procedere tantum in Capitulis exemptis censuit *Sac. Congreg. ac Rota Romana dec. 308. par. 2. Diuers. & coram Seraphin. dec. 743. Barbos. de offic. & pot. Episc. p. 3. d. all. 73. n. 4. Ricc. in Prax. for. Eccl. p. 4. ref. 592.*

35 Notandum tamen est, quod contra Coadiutores cum futura successione non tenetur Episcopus cū huiusmodi adiunctis procedere, nisi ex forma Coadiutoria colligatur, ipsi Coadiutori concessa fuisse omnia priuilegia, quæ habent Canonici, ut resoluit *Sac. Congreg. teste Ricc. in Prax. for. eccles. par. 4. ref. 599.*

36 Addunt etiam Doctores, quod si totum Capitulum delinquat nemine ex capitularibus excepto iurisdictio deuoluitur ad Episcopum

pum, cum nulli supersint Canonici, cum quibus Episcopus possit procedere seruata forma Concilij, glossa in cap. irrefragabilis: excessus ver: per capitulum de officio: ord: Rota in Burgen: concordia 12: Nouembris 1593: coram Seraphino, quam refert Ricc: in Prax: for. Eccles: par: 4: ref: 600: vbi id limitat, quando totum Capitulum delinqueret contra Episcopum: tunc enim cognitio deuoluitur ad superiorem, ne videatur Episcopus esse Iudex in causa propria contra text: in l. vn: C. Ne quis in sua caus:

37 Queres 2. ad quem sit appellandum, si Iudex renuat admittere legitimam recusationem? Resp. ad Papam esse appellandum, siue appelleretur a Iudice delegato, vt in cap: super questionum 9. eius ergo de officio: deleg: Barbof: d: p. 3: all: 106. n: 4: Lezanuin Sum: qq: reg: 10. 2: cap: 10: num: 75: siue appelleretur ab ordinario: quia cum hec appellatio non sit a diffinitiuā, sed ab interlocutoria, vt d: Abb: in d: cap: cum speciali 9: porro num: 9. de appell. de ea Metropolitanus, aut alius Superior non potest cognoscere, ita prohibente Conc. Trid. sess: 24: de ref: cap: 20: nec obstat cap: 1: de officio: leg: quia illud procedit, quando appellatur a diffinitiuā: tunc enim appellari potest ab Episcopo ad Metropolitanū, seu legatum, aut Nuntium apostolicum, & ita sentiunt Doctores communiter.

38 His adde, quod si Iudex esset inimicus capitali inimicitia, potest subditus perere a Principe, se

eximi cum tota sua familia a Iurisdictione talis Iudicis l. vn. vbi Bart. & alij C: si quacun. prad. potest. & dicit Bellac: relatus in Syntag. opin. com. tit. de Iudic. cap. 20. vers. fallit quando.

S V M M A R I V M:

- 1 Iudex ordinarius potest causas delegare.
Item delegatus ad vniuersitatem causarum potest causas subdelegare, ibidem.
- 2 A Vicario foraneo ad Episcopū, vel Vicarium generalem appellatur.
- 3 Vicarius generalis in Ciuitate tantum constitutus verē generalis non est, sed foraneus.
- 4 Iudex ordinarius ad modicum tempus ex iusta causa potest alium in sui locum substituere.
- 5 Talis substitutus dicitur ordinarius.
- 6 Quando talis substitutus possit expedire causas meri, & mixti imperij.
- 7 Talis substitutus nō potest subdelegare ipsam vniuersitatē causarum.
- 8 An per mortem substituentis expiret potestas Vicarij substituti.
- 9 An iurisdictio ordinarij expiret per mortem Superioris constituentis.
- 10 Quando expiret iurisdictio Iudicis delegati.
- 11 Quando Iudex possit cognoscere de nullitate suae sententiae.
- 12 An Archipresbyter possit alium substituere in cura animarum Archipresbyter ecclesiae cathedralis

Ecc les

lis est Vicarius episcopi in spiri-
tualibus, ibidem.

C A P. VIII.

An, & quando Iudex ordi-
narius possit causas de-
legare.

Dico 1. Iudicem ordinariū,
qualis est Vicarius Epi-
copi, vel Capituli sede
vacante, p̄ses, aut Rector Ci-
uitatis, vel alterius loci non so-
lum posse aliquem articulum
causæ alteri delegare, ut d. glos:
in cap. super questionum ver. qui-
cunq; ex. de off. & pot. Iud. deleg. sed
etiam totā causā l. cognitio ff. de
off. eius l. more maiorū ff. de iurisd.
omn. iud. & dicunt Doctores apud
Barbos. de off. & pot. Episc. par. 3.
all. 54. num. 101. idem dicendum
est in Delegato ad vniuersitatem
causarum, qui etiam causas sub-
delegare potest l. solus Prator, &
l. seq. ff. de iurisd. omn. iud. Bart. in l.
1. §. ab eo ff. quis & à quo appell. il-
le verò dicitur delegatus ad vni-
uersitatem causarum, cui p̄ses
Prouinciæ, vel Episcopus commi-
sit iurisdictionem in tali castro,
vel loco, ut d. glos. communiter re-
cepta in d. §. ab eo in princ. & hic
non inter iudices ordinarios, sed
inter alios delegatos numerāus
est, quamuis ordinario quoad po-
testatem subdelegandi comparet
iuxta glos. communiter appro-
batam in cap. cum causam ver. de-
legatus ex. de Appell. Maran. par. 4.
dist. 5. num. 14. 27. & 47. Vnde à
Vicario foraneo ad ipsum Episco-

2 pum, vel Vicarium generalem
appellatur glos. in Clem. 2. ver. fora-
neo de Rescript. Sbrozz. de Vic. Epi-
sc. §. 2. num. 15. lib. 3. idemque pro-
3 cedit in Vicario generali in Ciui-
tate tantum constituto: quia iste
verè generalis non est, sed fora-
neus propriè dici potest, nisi ge-
neraliter ad totius Diocesis causas
deputetur in loco, vbi Episcopus
sedem habet Garc. de benef. par. 5.
cap. 8. num. 33. quem refert Barb.
de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 54.
num. 24. & 127.

4 Dico 2. quod Iudex ordinarius
ad modicum tempus ex iusta
causa, puta infirmitatis, vel ab-
sentie, alium in sui locum substi-
tuere potest §. ad hæc prohibemus
in Auth. de Collat. Bart. in l. obser-
uare nu. 3. & 5. ff. de offic. proconf.
Vulp. in Prax. iudic. cap. 44. nu. 17.
Marant. de ord. iudic. par. 4. dist. 5:
num. 17. & 22. Ricc. in Prax. for. ec-
cles. par. 2. res. 113. & in collect. dec.
1599. par. 5. Barbos. de offic. & pot.
Episc. par. 3. all. 54. num. 100. & de
Vicario Capituli sede vacante di-
cit Quarant. in ver. Capitulum se-
de vacante num. 10. & alij apud
Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. resol.
511. & alij communiter. quamuis
ad longum tempus, & iusta causa
non concurrente id facere non
possit cap. Clericos de offic. Vic. d. §.
ad hæc prohibemus.

5 Talis autem substitutus dicitur
ordinarius: quia lex permittens
eum substitui, videtur ei dare or-
dinariam iurisdictionem, ut d. idē
Bart. in l. nec quicquam §. vbi de-
cretum in prima lect. num. 5. ff. de
off. Proconf. Marant. d. par. 4. dist. 5.
num.

6 *nn. 17. & per consequens potest ipse etiam causas particulares subdelegare Marant. loco cit. num. 58. & omnia potest facere, que potest principalis officialis, exceptis cau-*
 7 *sis, in quibus imponenda esset pena mortis, aut membrorum mutilatio Bart. in d. l. obseruare nu. 3. nisi fuerit subrogatus in locum ordinarij absentis, vel infirmi ab ipsomet Principe, seu alio Superiore habente facultatem constituendi Iudicem ordinarium; quia tunc potest expedire omnes causas etiam meri, & mixti imperij vsque ad mortem, & membrorum abscissionem inclusiue, ut de comuni testatur Marant. d. dist. 5. n. 20. & 21. & potest in tali casu exequi commissa ipsimet ordinario substituenti Ricc. in Collect. decis. 1599. par. 5.*
 8 *Observa tamen quod talis substitutus non potest subdelegare ipsam vniuersitatem causarum, ut d. glos. in l. 1. §. ab eo ff. quis & a quo appell. quemadmodum neque id possunt ceteri delegati ad vniuersitatem causarum Marant. d. par. 4. dist. 5. num. 51. & alij apud Sbrozz. de Vic. Episc. lib. 2. q. 66. numero 20.*
 9 *Observa 2. quod per mortem substituents non expiraret potestas Vicarij substituti, quando substituens habuit facultatem substituendi ab Episcopo, vel a Principe, aut ab alio superiore: quia tunc substitutus non accipit auctoritatem a Vicario, sed a superiore per ministerium substituents, litem*

cis. 1599. par. 5. & in Prax. for. eccles. par. 1. ref. 512. & par. 2. ref. 113. Sbrozz. de Vicar. Episc. lib. 2. q. 92. num. 3.

10 *Queres, vtrum iurisdicctio ordinarij expiret per mortem superioris constituentis? Resp. negatiue cap. legatos de off. leg. in 6. nisi vna iurisdicctio ordinaria cohereat alteri ordinariæ, vt accessoria, sicut dicimus in Vicario Episcopi, qui licet sit ordinarius, tamen eius iurisdicctio finitur morte Episcopi clem. fin. iuncta glos. in ver. contestata de procur. Sbrozz. lib. 3. q. 44. num. 1. Marant. part. 4. dist. 5. nu. 57. Iurisdicctio vero delegati non expirat per mortem mandantis, nisi re integra l. & quis ff. de iurisd. omn. iud. cap. licet vndique de off. deleg. vnde ad perpetuandam eius iurisdicctionem, sufficeret vna citatio facta ante mortem delegantis cap. gratum de off. deleg. quod procedit etiam in delegato ad vniuersitatem causarum, ut d. Marant. de ord. Iudic. par. 4. dist. 5. num. 56. & alij communiter.*

Ex quo infertur, quod cum plures iudices, vel exequutores ab apostolica sede deputantur sub illa forma, vt omnes, aut duo, vel vnus eorum mandatum apostolicum exequatur, tunc si iurisdicctio perpetuetur quoad vnam, censetur etiam perpetuata quoad alios: & ideo illo impedito, vel defuncto poterunt alij procedere cap. cum plures de offic. deleg. in 6.

11 *Queres 2. vtrum delegatus ad vniuersitatem causarum possit cognoscere de nullitate sue senten-*

E e e 2 tia?

etiam affirmatiue respondent DD. quos refert, & sequitur Ricc. in Prax. for. ecclesi. par. 1. ref. 428. & ref. 582. talis enim Delegatus in hoc etiam comparatur ordinario, cui id conceditur in l. si Praeses, ubi Bart. C. Quom. & quan. Iudex l. 1. C. de sentent. & interlo. cut. omn. Iud. l. si accusatoribus C. de Accusat. & Inscript. cap. qualiter, & quando 17. ubi glos. in ver. obseruari de Accusat. secus dicendum est in delegato ad vnam causam tantum, qui cum semel functus est officio suo, non potest amplius se ingerere cap. in litteris de off. Iud. deleg. nisi protrulerit sententiam nullam ex defectu formae mandati: tunc enim poterit de nullitate cognoscere: quia si non seruauit formam mandati, non videtur pronunciaffe, ut d. idem Ricc. d. ref. 428. ubi etiam addit, quod Arbitrarius sententiarum potest, si non seruauit formam compromissi.

12 Ultimo obseruat Sylu. in ver. Vicarius nu. 5. quod Archipresbyter Ecclesiae Cathedralis, qui Vicarius est Episcopi in spiritualibus, potest alium Vicarium instituere in cura animarum etiam ad longum tempus per text. in cap. 2. & seq. de off. Archipresbyt. & in cap. extirpanda §. qui vero, de Praeb. talis autem Vicarius, qui substituitur, debet ab Episcopo approbati. d. §. qui vero, & cap. ad hac de off. Vic. Concil. Trid. sess. 6. de ref. cap. 2. & sess. 7. cap. 5. & sess. 23. c. 15. latè Barbof. de off. & pot. Episc. par. 3. all. 25. num. 25. & seq. Dian. p. 3. tr. 4. ref. 110. & ref. 146.

S V M M A R I V M.

- 1 Delegatus regulariter subdelegare non potest, sicut in delegato Principis.
- 2 Quando à subdelegato appellatur ad Delegatum.
- 3 Delegatus Papae debet subdelegare causas personis in dignitate constitutis, limitatur numer. 4.
- 5 Quando Delegatus ab inferiore possit subdelegare.
- 6 Delegatus Principis potest committere causam etiam suo superiori.
- 7 In multis casibus Delegatus Principis subdelegare non potest.
- 8 Quando ex pluribus delegatis alter possit sine alio procedere.
- 9 An ordinarius possit punire delegatum, si procedat in casu non comprehenso in sua commissione.

CAP. IX.

An, & quando Delegatus possit subdelegare.



Delegatus regulariter subdelegare non potest. l. fin. ubi glos. ff. de off. eius & c. l. more maiorum ubi etiam glos. ver. alieno beneficio ff. de Iurisf. omn. Iud. hoc tamen habet locum in delegato ab inferiore, non autem in delegato Principis, qui potest subdelegare l. in Iudice C. de Iud. cap. pastoralis & cap. venerabili de off. deleg. cap. si duo cod. in 6. Garcia de bene

benefic. p. 6. c. 2. n. 23. Barbof. de off. & pot. Episc. p. 3. all. 54. num. 136. Piafec. in Prax. episc. p. 2. c. 4. n. 7. & tunc si Delegatus totam causam commisit, à subdelegato appellatur ad primum Delegantem omisso medio cap. super questionum S. porrò, vbi glos. ex. de offic. deleg. l. 1. §. ab eo ff. quis & à quo appell. Si verò delegatus non in totum causam commisit: sed partem sibi referuauit, ad ipsum, non autem ad primum delegantem appellatur, vt in d. S. porrò & ita tenent communiter DD. vt d. Marant. de ordin. Iudic. par. 4. dist. 5. num. 27. in fin.

3 Debet tamen Delegatus Papæ subdelegare causas illis personis, quibus delegat Papa, scilicet in dignitate constitutis cap. statutum §. in nullo quoque de rescript. in 6.

4 ex quo tamen textu non prohibetur, quin audientia alicuius articuli, vel mera executio rei cuiuslibet clerico committi possit, puta examinatio testium, seu inductio in corporalem possessionem glos. in d. cap. statutum ver. cause, Genuens. in Prax. Archiep. cap. 69. num. 7. vbi etiam dicit, quod delegatus ab Inferiore post delatum iuramentum testibus, & admissa capitula potest alteri examen committere.

6 Potest autem delegatus Principis committere causam etiam suo superiori, & alijs non subditis, etiam inuitis, illosque compellere ad subdelegationem suscipiendam iuxta cap. pastoralis de offic. deleg. vbi additur, quod in coactione huiusmodi, si per-

sonis superioribus causam duxerit committendam, deferre debet dignitati, & personæ.

Limitatur supradicta conclusio, quando est electa industria personæ: tunc enim Delegatus Principis subdelegare non potest l. inter artifices ff. de solut. c. is cui de off. deleg. in 6. glos. in cap. fin. §. vlt. de offic. deleg. Marant. d. dist. 5. num. 64. censetur autem electa industria personæ quando negotium, quod demandatur, est grauissimum, & publicam vtilitatem concernit Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. ref. 106. vbi dicit, non posse Commissarios apostolicos, quibus litteræ, si in euidentem, diriguntur, vices suas alteri demandare; eadem ratione causa matrimonialis subdelegari non potest, latè idem Ricc. in Prax. vt supra par. 4. ref. 270. Sbrozz. de Vic. Ep. lib. 2. q. 43. nu. 12. secundò quando est facta delegatio de aliquibus casibus referuatis Principi Marant. d. dist. 5. numer. 64. tertio quando à Papa committitur nudum ministerium absolutionis, vel dispensationis capit. fin. §. vlt. de offic. deleg. non tamen impeditur subdelegatio per clausulam, conscientiam tuam oneramus Nau. cõf. 6. de off. Iud. deleg. Genuens. in Prax. Archiep. c. 69. n. 5. quamuis contrariū teneat Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. ref. 106.

8 Adde, quod si plures sint Iudices delegati, non potest vnus sine alio procedere l. duo ex tribus ff. de re iud. nisi alter alteri vices suas commiserit cap. cum causa de off. deleg. dummodò collega

lega viuente alter ceperit vti iurisdictione: tunc enim poterit solus procedere *cap. licet undique eod. tit.* nam regulariter vno defuncto, aliorum officium expirat, quando simpliciter dati sunt sine illa clausula, quod si non omnes & c. *cap. vno delegatorum, & ibi glos. & DD. eod. tit. de off. deleg. se- cus si causa commissa fuerit cum dicta clausula: tunc enim si college requisiti declarauerint, quod nequeunt interuenire, possunt alij soli procedere iuxta *cap. prudentiam eod. tit. & dicunt DD. quos refert Marant. de ordin. Iudic. par. 4. dist. 5. num. 30.**

- 9 Quæres, an Ordinarius possit punire delegatum, si procederet in casu non comprehenso in sua commissione? affirmatiue respondent DD. *apud Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. ref. 431.* quemadmodum Iudici volenti mandare, executioni sententiam nullam, impunè potest resisti *iuxta glos. commun. receptam in cap. ex litteris ver. denunciatis irritam de off. deleg. sed contrarium videtur decidere text. in cap. cum contingat de Rescript. vbi ordinario nulla tribuitur potestas, vt inter delegatos, aut partes de iurisdictione dijudicet. vnde ad Principem videtur esse recurrendum, vide Bart. in l. si quis violauerit in fin. ff. de Rer. diuis.*

S V M M A R I V M.


- 1 Episcopus non potest esse iudex vbi agitur de ipsius bonis patrimonialibus, sed in tali casu

ab vtraque parte eligendi sunt arbitri.

- 2 Ab huiusmodi arbitris ad summum Pontificem appellatur.
- 3 Valet consuetudo, vt Episcopus committat alteri causam propriam.
- 4 Subsistente manifesta, & rationabili causa, quæ spectet ad dignitatem, & honorem ecclesie, potest Episcopus esse iudex in causa propria.
- 5 Quando Episcopus possit suos subditos ad charitativum subsidium soluendum cogere.
- 6 Qui teneantur ad charitativum subsidium.
- 7 Episcopus potest esse iudex, quando ea causa non est persona, sed ecclesie, potest tamen recusari in tali casu.
- 8 Episcopus non potest esse iudex vbi agitur de fructibus bonorum mensis Episcopalis, sed in huiusmodi causis Vicarius Episcopi erit iudex competens.
- 9 Quid si Vicarius Episcopi recusetur.

C A P. X.

An Episcopus possit esse iudex in re sua, vel Ecclesie.

 Ico 1. quod Episcopus non potest esse iudex, vbi agitur de ipsius bonis patrimonialibus, aut temporalibus *l. vn. C. ne quis in sua caus. Ant. de Butr. in capit. cum venissent sub num. 9. & 10. de Iud. & ibi etiam Abb. num. 19. Bar-*

Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. al. 54. num. 150. ver. quando Episcopus, sed in tali casu ab vtraque parte eligendi sunt arbitri, qui in Iudicijs locum suffecti negotium dirimant cap. si clericus 11. q. 1. Maran. de ord. iudic. par. 6. ver. & quandoque appellatur num. 376. Zerol. in Prax. Episc. ver. Appellatio ver. ad Decimum sextum Cap. pyc. dec. 137. num. 4. à quibus quideam Arbitris ad summum Pontificem appellatur Marant. & Zerol. locis cit. valer tamen cōfuctudo, vt Episcopus committat alteri causam propriam Felia. in cap. cum venissent in fin. de Iudic. Surd. conf. 50. nu. 34. lib. 1.

4 Dico 2. quod subsistente manifesta, & rationabili causa, quæ spectet ad dignitatem, & honorem Ecclesiæ, potest Episcopus esse iudex in causa propria cap. Romana de Pœn. in 6. & tradunt Doctores, quos refert, & sequitur Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. al. 87. nu. 6. Vnde si redditus propriæ ecclesiæ non sufficiant, potest subditos suos ad charitatiuū subsidium soluendam cogere non obstante appellatione iuxta cap. cum Apostolus 8. prohibemus de Censibus. quod intelligitur de subditis ecclesiasticis, hoc est de Clericis non exemptis habentibus sufficientia beneficia. cap. conuente de offic. ordin. & ideo ad id laicos compellere nō potest cap. quia cognouimus 10. q. 3. Barbos. loco cit. num. 40. & 41. vbi citat Bellecin. de Charitat. subsid. quest. 26. Azor. instit. mor. p. 1. lib. 9. cap. 14. q. 6. neque ele-

ricos exemptos, aut Regulares, nisi habeant populum non exemptum, vel in priuilegio exemptionis adsit illa clausula, volumus autem, quod ecclesia huiusmodi exempta cum charitate priori cū Episcopo suo remaneat, vt dicunt Doctores, quos refert Barbos. d. n. 3. al. 87. n. 47. quamuis contrariū teneant alij apud Bellett. Disquis. cleric. tit. de Cler. debit. s. 12. n. 18. neque clericos non habentes beneficia ecclesiastica Nam. conf. 5. de Censib. neque pauperes, vt post Host. Imol. & alios dicit Bellett. loco cit. num. 19. pauper verò clericus dicitur, qui ex redditibus non percipit ultra decentem victum Quarant. in ver. Concilium prouinciale nu. 8. Piasec. in Prax. Episc. par. 2. cap. 2. num. 11. idemq. dicendum est de monialibus pauperibus non habentibus redditus ultra summam 14. ducatorum, auri de camera pro victu cuiuslibet monialis iuxta constitutionem Pij IV. vt dicit Bellett. ibidē num. 24.

7 Dico 3. quod Episcopus potest similiter esse iudex, quando ea causa non est personæ, sed ecclesiæ, & utilitas principaliter respicit ecclesiā, puta si agitur, quod res emphiteotica reuerfa sit, seu deuoluta ad Episcopatum, ita tenent Canonista communiter, vt dicit Bald. in l. 1. num. 3. C. nō quis in sua causiud. Redoan. de Reb. eccl. non alien. q. 78. cap. 8. num. 5. Calder. conf. 6. in fin. de Iud. quod intellige parte non contradicente, non autem illa inuita: potest enim Episcopus in tali casu vt spec-

specus ratione affectionis ad cau-
sam recusari *Calder. loco cit. Ricc.*
in Prax. for. eccles. par. 2. res. 203. &
in collect. decis. 1706. par. 5. Piasec.
par. 2. cap. 4. num. 4. Philipp. Franc.
in cap. postremo vers. quinto queri-
tur de appell. & de magis commu-
ni testatur Capyc. decis. 137. num. 6.
Vnde in tali casu etiam Vicarius
Episcopi recusari potest *cap. insu-*
nuante de offic. deleg. Crauet. conf.
6. num. 33. tom. 1. Surd. conf. 50. nu.
16. lib. 1. Scacc. de Appell. q. 2. n. 68.
nisi electus fuerit, vel confirma-
tus à Papa, *Sbrozz. de Vic. Episc.*
lib. 3. q. 14. num. 11. Barbof. d. par. 3.
al. 54. num. 150. vers. limita 3. &
hæc est verior opinio, quicquid
dicat Antonin. *var. resol. lib. 1. res.*
48. num. 3. & 9. Felin. in cap. cum
venissent nu. 7. de iud. & alij apud
Belleit. tit. de exempt. Cleric. à Sta-
tut. secul. l. 1. num. 36. asserentes,
Episcopum in causa suæ ecclesiæ
non posse allegari suspectum.
8 Dico 4. quod Episcopus non
potest esse iudex, ubi agitur de
fructibus honorum mensæ Episco-
pali: quia tunc agitur principa-
liter de proprio commodò *per d:*
tex. in d. cap. si Cleric. 11. q. 1. Alex.
conf. 79. nu. 2. vol. 1. Natt. conf. 174.
num. 7. lib. 1. Surd. conf. 50. nu. 11.
lib. 1. Barbof. d. par. 3. al. 54. n. 150.
vers. quando Episcop. nemo enim
potest esse actor, & iudex *cap. cõ-*
querente de restit. spol. d. l. vn. C. Nè
quis in sua caus. iud. verum cum
huiusmodi causæ spectent ad fo-
rum Ecclesiasticum, Vicarius E-
piscopi erit iudex competens, nisi
recusetur *Riminal. sep. d. conf. 539.*
9 *num. 1. Surd. d. conf. 50. num. 16. si*

verò recusetur, de iure erunt eli-
gendi ab utraque parte arbitri,
qui negotium terminent *iuxta cõ-*
tatum tex. in d. cap. si clericus.

S V M M A R I V M.

- 1 Regulariter à Vicario ad Ar-
chiepiscopum, seu superiorem ap-
pellatur, limitatur num. 2. & 3.
- 4 A sententia Archidiaconi ad E-
piscopum appellatur.
- 5 An à decreto interlocutorio
Visarij appellari possit ad Epi-
scopum.

C A P. XI.

Quo casu à sententia Vica-
rij appellari debeat ad
Episcopum.



Regulariter à Vicario
non ad Episcopum,
sed ad Archiepisco-
pum, seu superiorem
appellatur *cap. 2. de consuet. in 6.*
cap. Romana de appell. eod. lib. hoc
tamen intelligendum est, quando
Vicarius uti iudex ordinarius pro-
cedit: quia tunc facit vnum tribu-
nal, & consistorium cum Episco-
po *Garc. de benef. par. 5. cap. 8. n. 28.*
& alij apud Barbof. de offic. & pot.
Episc. par. 3. al. 54. num. 45. cense-
tur autem Vicarius iudex ordina-
rius quoad illas causas, quæ iure
communi, & generali ei conce-
duntur; & idem in alijs, quæ in
generali concessione non veniunt,
puta beneficia conferre, & simi-
lia, si specialiter per Episcopum
Vicario concedantur, non ordi-
na-

arius, sed delegatus censetur. *Marant. par. 4. dist. 5. n. 16. Sbrozz. lib. 3. q. 2. num. 20. & seq.* Vnde in tali casu à Vicario ad Episcopum appellatur, ut dicunt citati DD. regulà enim est, quod à delegato siue ad vnã causam tantum, siue ad vniuersitatem causarum appellatur ad delegantem *cap. dilecti filij 3. ubi glos. in ver. post huiusmodi appellationem ex. de Appell. Barb. in l. 1. §. ab eo in fin. ff. quis, & à quo appell. Sbrozz. d. q. 2. n. 15.*

3 Hoc autem procedit, quando huiusmodi causę separatim committuntur; secus si addatur in litteris clausula generalis post aliquot specialium expressionem: aut si committantur simul cum ordinaria potestate *Sbrozz. de Vic. Episc. lib. 1. q. 67. num. 3. & lib. 2. q. 55. num. 37. & 39. & alij apud Garc. de benef. par. 5. cap. 8. num. 41. Barbos. par. 3. all. 52. num. 52.*

4 Obserua tamen, quod licet Archidiaconus Episcopi Vicarius sit, & ordinaria à lege ratione officij, & dignitatis sibi tributa fruatur iurisdictione, tamen quia non eandem, quam Episcopus, sed inferiorem obtinet, ideo ab illius sententia ad Episcopum appellatur *cap. Romana §. ab Archidiaconis de Appell. in 6.*

5 Quæres, an à decreto interlocutorio Vicarij per viã recursus appellari possit ad Episc. affirmatiue respondet *Barb. de off. & pot. Ep. p. 3. all. 54. n. 50. & seq. ubi citat Put. lib. 2. dec. 302. & alios:* quia sicut Vicarius decretum interlocutorium mutare, siue emendare potest *cap. cum cessante de appell. ita*

etiam Episcopus, qui eandem cum Vicario iurisdictionem, & auditorium habet *d. cap. Romana ubi DD. eod. tit. in 6.*

S V M M A R I V M

- 1 Quando iurisdictione absolute conceditur per illa verba, auctoritate apostolica, vel tamquam sedis Apostolica delegatus, tunc Episcopus delegatus censetur, & ab eo ad Papam appellatur.
- 2 Quid si in concessione adijcitur particula, etiam, veluti cum dicitur, etiam tamquam Apostolica sedis delegatus.
- 3 Et quid si Papa mandat Episcopo id, quod potestate ordinaria potest facere.
- 4 Quando in concessione remouentur obstacula exemptionis, vel priuilegiorum, tunc ab Episcopo ad Metropolitanum appellatur.
- 5 Similiter ad Metropolitanum appellatur, quando aliqua potestas à iure, seu Concilio specialiter Episcopo conceditur, simpliciter tamen nulla adiecta clausula.

C A P. XII.

Ad quem appellandum sit quando Episcopus processit uti sedis apostolicæ delegatus.

Pro faciliori intelligentia distinguendi sunt plures casus, de quibus etiam egimus supra

fff pra

pra lib. 4. cap. 9. §. 2. quorum pti-
 mus est, quando iurisdicatio abso-
 lute conceditur per illa verba, auctoritate apostolica, seu tamquam sedis apostolicę delegatus, ut in pluribus decretis Concilij Tridentini, & iuris communis. & tunc Episcopus delegatus censetur *Garc. de benef. par. 5. cap. 7. n. 48. & alij.* Vnde ab eo ad Papam appellatur *iuxta textum in cap. su per §. porro de off. deleg. cap. si duo eod. tit. in 6. & post. Abb. in cap. ad abolendam sub num. 15. de Hæret. not. Quarant. in ver. Archiepiscopi auctoritas n. 18. ver. similiter Ricc. in Prax. for. eccles. par. 2. ref. 449.*

2 Secundus casus est, quando in concessione adijcitur particula, etiam, veluti cum dicitur, etiam tamquam apostolicę sedis delegatus: vel, etiam auctoritate nostra, ut in eodem Conc. sess. 6. de ref. cap. 6. & sess. 22. de ref. cap. 10. quo casu quia vtramq. potestatem habet, ordinariam scilicet, & delegatam iuxta naturam dictionis, etiam, que vnum casum exprimit, & alium includit *clém. 2. ubi glos. ver. eccles. de Hæret. inspiciendum est, qua auctoritate procedat: si enim constat, eum procedere auctoritate ordinaria, ad Archiepiscopum appellatur iuxta cap. 1. de off. ord. in 6. si verò non constat, qua potestate procedat, ab eius sententia indistincte ad delegantem appellandum est, quia in dubio censetur delegata potestate procedere, ut dicunt DD. quos refert, & sequitur Barbof. de offic. & pot. Episc. p. 3. all. 92. n. 11. & seq.*

3 Tertius casus est, quando Papa

mandat Episcopo id, quod potestate ordinaria potest facere: & tunc non derogatur, quin ab Episcopo ad sedem Metropolitanam appellari possit, cum hoc casu dicatur potius excitata Iurisdicatio ordinaria *cap. licet, ubi Fel. & alij de off. ord. in. Quarant. loco cit. vers. ite si Papa.* quod intellige, nisi in litteris Apostolicis exprimat, quod Episcopus in huiusmodi causis auctoritate apostolica procedat *iuxta text. in cap. cum aliquibus de Rescript. in 6. Barbof. d. all. 92. num. 10. Ricc. in Collect. dec. 413. par. 2.*

4 Quartus casus est, quando in concessione solum remouentur obstacula exemptionum, aut privilegiorum, veluti si dicatur non obstantibus privilegijs, vel exemptionibus, ut in sess. 5. de ref. c. 2. in fin. vers. quæstiones, & sess. 7. c. 5. & 7. & in clem. 1. de testam. & in alia clem. 1. de Sepult. & hoc etiã casu sola potestas ordinaria restituta censetur, ut ex d. cap. cum aliquibus vers. si verò, colligat Barbof. d. all. 92. num. 15. & tunc ad Metropolitanum quoque appellatur *iuxta cit. cap. licet de off. ord. in 6. & cap. Romana eod. tit. in 6.*

5 Quintus casus est, quando aliqua potestas Episcopis à Iure, seu Concilio specialiter conceditur, simpliciter tamen nulla adiecta clausula, ut in sess. 24. de ref. cap. 6. & tunc si non personæ, sed muneri, seu dignitati perpetuò datur, licet specialiter detur, ordinaria dicitur competens iure speciali ordinario *glos. 1. in cap. ult. de off. ord. Garc. par.*

par. 5. cap. 7. num. 41. & 48. & alij apud Barbof. d. all. 92. num. 16. & tunc etiam ad Metropolitanum appellatur iuxta d. cap. licet & c. Romana, & d. Quarant. loco citato vers. similiter.

S V M M A R I V M.

- 1 Numerantur persona, que secundum ius civile non tenentur nisi in quantum facere possunt.
- 2 Tales, qui fruuntur dicto beneficio, carcerari nequeunt.
- 3 Alimenta ad quam summam taxari debeant.
- 4 Ab huiusmodi taxatione non datur appellatio.
- 5 Pendente lite, an debitor sit ad mittendus ad dictum beneficium, an carcerari possit.
- 6 De iure canonico hoc beneficium conceditur clericis etiam in minoribus ordinibus constitutis.
- 7 An Clerici in minoribus, ut gaudeant predicto privilegio, habere debeant requisita Concilij Tridentini sess. 23. de ref. cap. 6.
- 8 An gaudeant predicto beneficio, si se in forma camera obligauerint, vel iurauerint.
- 9 An eodem beneficio inuentur clerici excommunicati.
- 10 In quibus casibus clerici predicto beneficio priuentur.
- 11 Clericus renunciare non potest huiusmodi privilegio.
- 12 Item nec Parens, nec Patronus, nec Socer, nec Maritus. Iuramentum non obligat contra bonos mores, ibidem.
- 13 An donans huiusmodi privilegio

- renunciare possit.
- 14 Prater renunciare potest dicto beneficio.
 - 15 Item filius beneficio l. 2. ff. & C. quod cum eo.
 - 16 Socius, ac miles predicto beneficio etiam tacite possunt renunciare.

C A P. XIII.

De Personis, quæ non tenentur nisi in quantum facere possunt.

Dico 1. quod secundum ius civile hoc privilegio gaudent qui pro socio conveniuntur l. sunt qui ff. de Re iud. §. sed & si quis Inst. de Action.

Secundò Parentes utriusque sexus, ut in citatis iuribus.

Tertiò Patronus, ac Patrona. l. Patronus ff. de re iud.

Quartò Maritus d. l. Patronus, ac l. maritum ff. sol. matr. & eius hæredes, hoc est communes filij ex eodem matrimonio suscepti, non autem hæredes extranei d. l. maritum l. quia tale, ubi Bart. n. 3. ff. sol. matr. idè Bart. in l. verum nu. 5. ff. pro soc. nisi fortè maritus conveniatur ab extraneo dotante: quia tunc non gaudet hoc privilegio, ut decisum refert Ricc. in Collect. decis. 227. par. 1.

Eodem beneficio gaudet vxor l. non tantum ff. de re iud.

Quintò Socer iuxta l. sicut autem & l. seq. ff. eod. tit. de re iud.

Sextò is, qui ex causa suæ donationis conveniatur l. inter eos ff.

FFF 2 de

de re iud. d. 9. sed & si quis. idem dicendum est in dotante etiam extraneo: huiusmodi enim dotatio respicit solum fauorem recipientis, & non dantis; & ideo censetur mera liberalitas l. si extraneus ff. de iur. dot. Ricc. in Collect. dec. 227. par. 1. Giurb. decis. 45. num. 11.

Septimò, Miles, qui sub armata militia stipendia meruerit litem miles ff. de re iud.

Octauò frater eodem beneficio utitur aduersus fratrem, quia alter alterum alere tenetur, si egeat; & ideo potest se tueri ea exceptione, dolo facis, quia petis quod statim restitutus es Ias. in d. 9. sed & si quis numer. 4. Thomat. dec. 85. n. 41. & alij apud Giurb. decis. 45. num. 14. idem de Sorore dicit Ricc. in Collect. dec. 227. par. 1. quamuis contrarium teneat glos. in l. verum ver fraternalitatis, & ibi Bart. num. 3. ff. pro Soc.

Nonò eadem ratione hoc beneficio utitur filius etiam emancipatus aduersus Patrem Ias. in d. 9. sed & si quis numer. 3. immò etiam aduersus extraneos filiosfam. hoc priuilegio gaudet, siue cum illis contraxerit cum Patris voluntate, aut sine, si ad hereditate Patris se abstineat iuxta l. 2. ubi Doctores comm. ff. et C. quod cum eo Vrsill. ad Affli. dec. 308. nu. 20. Franc. dec. 70. & 181. & 221. Paris. cons. 94. num. 12. & 43. lib. 1. Giurb. dec. 42. num. 1. & alij apud Gratian. discept. 799. num. 6. non haberet tamen hoc priuilegium in bonis castrensis, vel

quasi, quæ habebat tempore contractus, quorum contemplatione creditores contraxerunt, vt decisum refert Ricc. in Collect. dec. 231. par. 1.

Ex quo fit, vt tales, qui huiusmodi fruuntur beneficio, carcerari nequeant Ang. in d. 9. sed & si quis nu. 1. Inst. de Actio: Thomat. d. decis. 85. nu. 42. sed sequantur fructus relicta eis congrua portione Genens. in Prax: Archiep. cap. 3. num. 16. Vulp. in Prax: iudic. cap. 41. nu. 13. & seq. congrua autem portio ea dicitur, qua commodè, & honestè viuere possint: attenda qualitate personæ, & reddituum arbitrio Iudicis Genens. d. cap. 3. post n. 20. Vulp. ubi supra Bellett. iij. de Cleric. debit. d. 1. num. 11. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 2. ref. 422. ubi etiam dicit, quod regulariter hæc alimenta sunt taxanda ad quartam partem reddituum eius rei, de qua agitur, vel ad summam ducatorum 24. nisi aliud personæ qualitas exposcat; non enim attenditur proprietates rerum, nec quantum ex venditione rerum redigeretur glos. in d. 9. sed & si quis ver. potest Giurb. dec. 45. n. 1. Ias. ubi supra num. 11. ubi dicit, quod in hoc habenda est ratio fructuum patrimonij, non autem valoris iuxta l. ius alimentorum, ibi, vt non vniuersum redditum patrimonij in alimenta decernat ff. ubi pup. educ. deb. nec datur ab huiusmodi taxatione appellatio quoad effectum suspensiuum Grat. discept. 726. num. 17. & alij communiter.

3 Ad.

- 3 Adde, quod etiam pendente iudicio, ac lite, an debitor sit admittendus ad dictum beneficium, regulariter carcerari non debet: quia si carceretur, & postea contaret, eum esse admittendum, grauaretur grauamine irreparabili *Barbos. in cap. Odoardus nu. 3. de solut. Vulp. in Prax. iudic. cap. 41. num. 14. Gratia. disc. 222. num. 41.*
- 6 Dico 2. quod de iure canonico hoc beneficium conceditur etiam clericis, qui dicuntur milites caelestis militiae, ut in d. cap. Odoardus, dummodo pauperes sint, ut ibi notant Doctores communiter. paupertas verò probatur ex communi reputatione, vel si clericus habeat redditus non excedentes scuta 25. *Genuens. d. cap. 3. nu. 19. Seraphin. dec. 33. & 173. quem refert Ricc. in Collect. dec. 1750. & in ea probanda non est scrupulose agendum, sed vrbane, ut dicit Barbos. in d. cap. Odoardus n. 3.*
- Hoc autem priuilegium Doctores extendunt etiam ad clericos in minoribus ordinibus constitutos, aut prima tonsura initiatos, etiam si in eis non concurrat requisita Concilij *sess. 23. de ref. cap. 6.* quia Concilium desiderat haec requisita quoad fori priuilegium; & ideo non debet extendi de vno casu ad alium, ut dicit *Nozar. apud Ricc. in Prax. for. eccles. par. 4. ref. 237. Bellett. tit. de Cleric. debit. §. 1. num. 5. & ita in his terminis censuit Sac. Cong. apud Farinac. dec. 147. par. 4. Diuers. quicquid dicat Couar. var. lib. 2. cap. 1. numer. 9. & alij apud*
- 8 *Barbos. loco cit. nu. 8.* quod procedit, etiam si se se in forma camere obligauerint *Couar. lib. 2. var. cap. 1. nu. 9. vers. quoties verò. Galles. de oblig. camer. q. 19. numer. 1. Genuens. cap. 3. numer. 13. & alij, quos refert, & sequitur Ricc. in Prax. ut supra par. 1. ref. 264. vbi dicit, ita in praxi seruari, quorum opinio mihi videtur verior, non enim video, cur in hoc casu Clerici gaudere non debeant huiusmodi beneficio inducto in fauorem totius ordinis clericalis, quicquid in contrarium dicat Bellett. d. tit. de Cleric. debit. §. 2. numer. 7. Barbos. in d. cap. Odoardus nu. 23. & alij apud Gratian. discept. 799. num. 20. idemque dicendum, si agatur vigore instrumenti iurati, nam tunc etiam admittuntur ad hoc beneficium *Bellett. d. §. 1. n. 2. Couar. loco cit. Genuens. d. cap. 3. num. 13. vbi dicit, ita seruari in Curia Archiep. Neap. contra Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. ref. 267. & alios apud Vulp. in Prax. iud. cap. 20. num. 14. vbi subdit, quod si Clericus in tali casu se constituat in carceribus, & deinde petat absolutionem à iuramento, potest obtenta absolutione instare pro beneficio d. cap. Odoardus.**
- 9 An verò hoc priuilegio gaudeant Clerici excommunicati? affirmatiuè responderet *Ricc. in Prax. par. 1. ref. 263. Barbos. in d. cap. Odoardus num. 18.*
- 10 Haec autem conclusio à nonnullis Doctoribus limitatur in Clerico debitore pensionis: tunc enim non inuatur exceptione d. cap. sed potius debet dimitte-

re beneficium; æquum enim non est, quod retineat beneficium, & pensionem non soluat, ut post Brun. dicit Genuens. d. cap. 3. nu. 10. quod intellige, si pensionis impositioni personaliter consenserit cum obligatione camer. & iuramento; secus si consensus per alium est præstitus secundum Gom. in compen. Vtriusq. signatura versus fin. ver. stamen ad hoc Gratian. discept. 222. num. 50: Barbof. in d. cap. odoardus nu. 6. mihi verò semper placuit sententia Couar. d. lib. 2. var. cap. 1. num. 9. vers. quoties verò, vbi indistinctè tenet, quod si talis clericus inopia grauetur, potest vti dicto priuilegio, quamuis lite pèdente solutio pensionis non cesset, cuius opinionè approbavit signatura Papæ, ut refertur in Prax. Archiep. Cur. Neap. cap. 3. in addit. vers. contrarium.

Limitatur 2. in Clerico, qui negavit debitum iuxta glos. & DD. in d. cap. odoardus num. 6. quod intellige, quando dolo, & culpa negavit; secus si ex iusta causa, ut dicit Afflid. decis. 379. & ibidem Vrsill. num. 3. immò etiã si à principio debitum negauerit, si deinde debitum agnoscat, vel ante vel post sententiam, adhuc gaudebit dicto beneficio Genuens. d. cap. 3. num. 5. Ricc. in Prax. for. eccl. par. 1. resol. 258. & in Collect. decis. 1750. quod procedit, etiamsi debitum fateatur post tres conformes Genuens. d. cap. 3. num. 13. vbi citat Put. decis. 56: Ricc. in Prax. par. 1. ref. 266. Bellett. loco cit. §. 1. n. 2. Barbof. vbi supra nu. 16. Couar. var. d. lib. 2. cap. 1. num. 9. vers. quo-

ties verò, contra Gom. in compend. vtriusq. signat. versus fin.

Limitatur 3. in clerico conuento adione reali: quia tunc non iunatur dicto beneficio Vulp. in Prax. iudic. cap. 41. num. 14. & alij apud Barbof. in d. cap. odoardus n. 20: quemadmodum nec maritus gaudet huiusmodi priuilegio in tali casu, ut dicit Bart. in l. maritum num. 1. ff. sol. matr. Genuens. loco citato numero 9.

Limitatur 4. quando Creditor esset pauperior clerico, tunc enim Clericus non gaudet dicto beneficio Bellett. d. tit. de Cleric. debit. §. 2. num. 11. & seq. & alij apud Barbof. in d. cap. odoardus num. 7. quemadmodum si nec Maritus, nec vxor habeant vnde viuant, maritus non gaudet priuilegio, ut nõ possit conueniri ultra quam facere possit: quia in tali casu æquius est, mulierem præferri, quæ repetit suum, quam virum lucrari Bart. in d. l. maritum nu. 4. Casualcan. decis. 30. num. 33. & seq. par. 1. Greg. dec. 473. num. 13. quod tamè non procedit in filiosam. qui pro gestis, dum erat sub patria potestate, non potest conueniri, postquam est effectus sui iuris, nisi in quantum facere potest, etiamsi creditor sit pauperior secundum Bald. in l. 2. num. 51. C. quod cum eo Paris. cons. 94. n. 50. lib. 1. Giurb. decis. 42. num. 2. & alios apud Gratian. discept. 799. nu. 7. & 8. vbi dicit, quod hoc est in filio propter mutationem status: tunc enim videtur quodammodo nouus homo, ut not. Bart. in Rubr. ff. quod cum eo.

Limitatur 5. quando clericus est suspectus de fuga: tunc enim carcerari poterit, immo ab ipso creditore capi potest, si aufugiat cum bonis, dummodo proprio iudici statim presentetur *Couar. d. lib. 2. cap. 1. num. 9. Bellett. d. 9. 2. num. 8. Gratian. discept. 222. nu. 49. & communem dicit Genuens. d. o. 3. num. 16.*

Limitatur 6. si clericus esset periurus *Gom. in Compend. Vtriusq. signat. versus finem Bellett. de Cleric. d. bit. d. 9. 2. num. 10. Genuens. ubi supra num. 16. vbi dicit, quod ad fundandum periurium sufficit probare, quod tempus soluendi est elapsum: sed hoc procedere potest, quando clericus esset in dolo, ut notat Vrsill. ad Afflict. dec. 308. num. 20. Barbof. loco cit. n. 10. Gratian. discept. 222. n. 49. quia dolus inemini debet patrocinari l. etiam 9. 1. ff. sol. matr. vnde predictum beneficium clerico denegatur, si in fraudem creditorum bona consumpserit, vel pendente iudicio bona in extraneos alienauerit, vel si fuisset tutor, aut Curator, & malam rationem reddidisset de administratis, vel hereditatem adierit non confecto inuentario, vel si clericatum suscepit, postquam fuit condemnatus ad debiti solutionem, ut resoluunt Doctores, quos refert, & sequitur Genuens. d. cap. 3. num. 6. & seq. Barbof. ubi supra à nu. 10. Bellett. d. 9. 2. num. 4. & seq. Rot. dec. 841. par. 3. diuers. idemque dicendum, si clericus conueniatur ratione depositi penes se facti secundum *Car. de Grass. ff. 7. num. 58. et**

*alios apud Barbof. loco cit. num. 13. secus esset, si absit dolus, & clericus propter paupertatem iuramentum obseruare non possit: quia cum hoc casu excusetur à pœna periurij, ut decisum refert Ricc. in collect. dec. 2239. bar. 6. equum non est, ut predicto beneficio priuetur *Couar. var. lib. 2. d. cap. 1. vers. quoties verò Vrsill. ad Afflict. dec. 308 num. 21.**

Limitatur 7. in clerico, qui in ludo, vel luxuriosè viuendo bona sua consumpsit *Bellett. d. 9. 2. n. 6. vbi citat Bald. in l. 1. C. qui bon. ced. poss. Ferrett. conf. 144.*

Limitatur 8. in clerico exerceente illicitam negotiationem *Barbof. in de ip. odoardus nu. 18. Genuens. d. cap. 3. num. 12.*

Limitatur 9. quando clericus conuenitur pro debito descendente ex delicto *Abb. in cap. veniens. n. 4. de transact. & alij apud Bellett. ubi supra 9. 2. num. 9. quod intelligitur, quando pœna pecuniaria est applicanda fisco ad vindictam publicam: tunc enim si non habet in ære, debet luere in corpore iuxta l. fin. ff. de in ius voc. cap. fin. litibus de dol. & contum. secus si pecunia soluenda sit parti ratione interesse: quia tunc clericus inuatur dicto beneficio *Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. ref. 263. Genuens. d. cap. 3. num. 7. vbi citat Io. Andr. & Abb. in d. cap. odoardus Menoch. de Arbitr. cas. 447.**

¶ Quæres, an clericus renunciare possit beneficio dicti cap. odoardus? Resp. negatiuè, quia huiusmodi beneficium concessum fuit in fauorem totius ordinis clerici.

ricalis, nè cogatur clericus cum dedecore mendicare; & ideo neque cum iuramento huic privilegio renunciare potest *arg. cap. ff. diligenti de for. compet. Genuens. d. cap. 3. num. 4. Bellett. tit. de cleric. de bit. §. 1. num. 32. Ceuall. commun. con. comm. q. 71. nu. 11. Cost. de Remed. subsid. remed. 29. nu. 8. & alij apud Barbof. in d. exp. Odoardus numero 24.*

12 Ita etiam nec Parens, nec Patronus potest cum iuramento renunciare beneficio, nè teneatur ultra, quam facere potest *L. ita. S. eleganter, ubi Bart. nu. 5. ff. sol. matr. Rota in Recanaten. separatio nisthori 16. Februarij 1625. coram Pirovano. idem de focero, ac marito dicit Giurb. decis. 45. num. 13. Ricc. in collect. decis. 227. par. 1. ubi citat Vincent. de Franch. decis. 164. quod rationi maxime consentaneum est ratione reuerentie huius personis debite; iuramentum enim non obligat contra bonos mores sicut nec quæcunque alia conuentionio, ut in d. §. eleganter ubi Bart. num. 5.*

13 Idem puto in donante, cui pinguius succurrendum est, quam alijs, qui verum debitum persolvere tenentur, nè ex liberalitate sua inops factus periclitetur *l. ex heredatum, & l. seq. ff. de rei iud. & notat Ias. in d. §. sed & si quis n. 7.*

14 Secus dicendum est in alijs personis, in quibus hæ rationes non militant, & ideo si frater ad fauorem alterius fratris, seu sororis huic privilegio renunciauerit, renunciatio tenet *Giurb. dec. 45. num. 13. & 14. quemadmodum.*

15 iuxta communem Doctorum sententiam filius renunciare potest beneficio *l. 2. ff. & C. quod cum eo. quod est simile: requiritur tamen expressa renunciatio ita, ut non sufficeret generalis V. inc. de Franch. decis. 181. quem refert Ricc. in collect. decis. 231. V. rill. ad Afflict. dec. 308. num. 21. Giurb. decis. 45. n. 14. & seq. ubi etiam dicit, quod renunciatio vno ex dictis beneficijs alterum non censetur sublatum.*

16 Et hoc multo magis procedit in milite, ac socio, qui etiam tacite possunt huic privilegio renunciare, quia huiusmodi pactum non est contra bonos mores: & ideo si se obligauerint in forma Camere, exequutio obligationis non retardatur *Bart. in d. §. eleganter n. 1. Rot. in d. Recanaten. separationis thori coram Pirovano.*

S V M M A R I V M.


- 1 Quando Beneficiatus successor teneatur stare locationi factæ per prædecessorem.
- 2 Potest successor de nouo exigere à Conductore pensionem prædecessori anticipatè solutam, sed conductor habet recursum contra heredes locatoris, limitatur num. 3.
- 3 Successor tenetur stare locationi factæ per prædecessorem, si inchoatus esset annus, vel laborerium.
- 4 Successor recipiens pensionem vbi datur consentire locationi:
- 5 Si Beneficiatus debeat ante impletum tempus locationis, neque eius heredes, neque fideiussores

tenentur de euetione, secus si beneficium renunciauerit.

7 Quicquid à prædecessore in mortis articulo facta conductori bonorum ecclesie non præiudicat successor.

C A P. XIV.

An Beneficiatus successor teneatur stare locationi factæ per Prædecessorem,

 Ommunis resolutio est, quod si locatio fiat nomine ecclesie in rebus ad ipsam ecclesiam, non autem ad Prælatus pertinentibus, Beneficiatus successor teneatur stare locationi, dummodò contractus tēdat in commodam, seu utilitatem ecclesie, *glos. in cap. fin. ne Prælat. vic. suas Quarant. in ver. alienatio rerum ecclesie nu. 19. vers. amplia idem Genuens. in Prax. Archiep. c. 97. Bonacin. de contract. disp. 3. q. 7. pun. ult. num. 10. Rot. dec. 805. par. 1. Divers. si verò beneficiatus locauerit rem, cuius reditus ad ipsum, non autem ad ecclesiam pertinēt, tunc successor ad id non obligatur, ut dicunt DD. citati, & alij communiter. quod procedit etiā si conductor anticipatē soluisset affictum: adhuc enim non tenetur successor stare locationi *Genuens. loco cit. num. 2. immò poterit successor de nouo exigere à Conductore pensionem prædecessori anticipatē solutam Barbof. de off. & pot. Episc. par. 3. all. 94. num. 5. Bonacin. loco citato vers. tertio, & alij**

apud Ricc. in Prax. for. eccles. par. 4. resol. 369. quia huiusmodi locationes, quæ anticipatis solutionibus fiunt, nullatenus in præiudicium successorum valide intelliguntur ex Conc. Trid. sess. 25. de ref. cap. 11. habebit tamen conductor recursum cōtra hæredes locatoris l. pro hereditarijs C. de hered. act. Quarant. loco cit. num. 19. in si. hoc tamen limitat Ricc. loco cit. 10, quando solutio anticipata verè conuersa fuerit in utilitatem ecclesie, puta si ecclesia rueret, nisi pecunia pro reparatione inueniretur: hoc enim casu non videtur tractari de præiudicio successoris, quia tunc etiam successor teneretur ad debita ob hanc causam contracta, ut constat ex cap. 1. de solut.

Adde, quod neque conductor in tali casu tenetur perseverare in conductione si noluerit, ut seruetur æqualitas *l. qui fundus locat. Quarant. in ver. alienatio num. 19. vers. amplia idem, & alij apud Barbof. loco cit. num. 15.*
4 Verum si inchoatus esset annus, vel laborerium, & res non esset amplius integra, tunc pro anno incæpto successor in beneficio tenetur stare locationi: quemadmodum nec conductor pro eodem anno ab ea potest recedere *Caualcan. dec. 44. nu. 23 Ricc. in Prax. ut supra par. 1. resol. 108 Quarant. ubi supra Bonac. de contract. d. disp. 3. q. 7. pun. ult. num. 10. & alij. obserua tamen, quod conductor non tenetur perseverare cum eisdem pactis initis cum prædecessore, sed tamquam colonus partiaris fructus anni cæpti diuidet cum*

G g g suc.

successore *Canalcian. d. decis. 44. n.*

23. & alij apud *Ricc. d. ref. 108.*

3 Idem dicendum, si successor receperit pensionem: quia tunc videtur consentire locationi pro eo anno, pro quo illam recepit *Surd. decis. 33. & 264. & 265. put. decis. 180. par. 1. & alij, quos refert, & sequitur Barbof. d. al. 94. n. 8.*

6 Observant etiam DD. quod si Beneficiatus decedat ante impletum tempus locationis, neque eius heredes, neque fideiussores ullo modo tenentur de evictione, neque conductor aduersus eos ullam actionem habet in casu, quo successor nolit stare locationi, *Guttier. Canon. lib. 1. cap. 36. nu. 23. & alij apud Barbof. d. al. 94. num. 11.* intelligitur enim ea locatio sub conditione, si ipse Beneficiatus vixerit, & ut effectum habeat, dum ipse ius habuerit percipiendi fructus beneficii, ut post *Couar. d. Genuens. d. cap. 97. num. 1.* secus esset, si Rector ex causa renunciationis, vel permutationis, vel ex alia causa liberè dimittat suum beneficium: quia tunc ipse, siue heredes, & fideiussores tenentur de evictione, cum propter factum, voluntarium conductor non possit in tali casu frui re conducta intra tempus in locatione prefixum *d. l. qui fundum ff. locat. Barbof. ubi supra numero 12.*

7 Quæres an quietatio à prædecessore in mortis articulo facta Conductori bonorum ecclesie præiudicet successor? negativè respondet *Ricc. in Prax. for. eccl. par. 4. ref. 370. Afflict. dec. 168.* quia huiusmodi quietatio habetur pro

suspecta ob præiudicium successoris; & ideo etiam confessio debiti facta in morte non nocet heredi, ubi non est iurata. *rationes, & auth. quod obtinet C. de Probat.*

S V M M A R I V M.

- 1 Legatum relictum alicui sub nomine propria censetur relictum contemplatione persona, relictum verò sub nomine appellatiuo dignitatis censetur relictum intuitu ecclesie.
- 2 Quid si sub utroque nomine proprio scilicet, & appellatiuo relinquatur.
- 3 Ex coniecturis colligitur, quando legatum censetur relictum ecclesie, vel rectori.
- 4 An legatum relictum Canonicis censetur relictum intuitu ecclesie, vel personarum.
- 5 De qua ecclesie intelligatur legatum simpliciter ecclesie relictum.
- 6 Si ecclesie, cui relinquatur, non reperiat in Diocesi, legatum debetur ecclesie cathedrali, nisi aliter constet de mente disponentis.
- 7 Si in loco ipsius testatoris plures sint ecclesie eius nominis, quod testator expressit, legatum censetur relictum pauperiori.
- 8 Cui debeatur legatum relictum Capella existens in aliqua ecclesie.

C A P. XV.

Quando censeatur legatum
relictum intuitu eccle-
siæ, vel contem-
platione per-
sonæ.



Regula est, quod lega-
tum relictum alicui
sub nomine proprio
censeatur relictum cō-
templatione personæ: quemad-
modum si relinquatur alicui sub
nomine appellatio dignitatis cē-
setur relictum intuitu ecclesiæ; &
ideò transit in successorem *arg. l.
nonnumquam ff. ad Trebell. l. si hē-
redes 127. ff. de leg. 1. & est commu-
nis Doctorum sententia*, si verò
sub utroque nomine, proprio sci-
licet, & appellatio relinquatur,
inspicitur quod præcedit *iuxta l. si
communis seruus 37. vbi Bart. ff.
de stipul. seruor.*

3 Sed hæc regula procedit in du-
bio: & ideò aliter dicendum est,
quando ex coniecturis contrariū
constat *Barbos. de offic. & pot. Epi-
scop. par. 3. all. 116. num. 5.* Vnde si
legatum sit expressa aliqua causa,
quæ respiciat fauorem animæ, vel
ecclesiæ, non rectori, sed eidem
ecclesiæ legatum debetur, etiam si
nomē rectoris expressum sit *Ricc.
in Prax. for. eccles. par. 3. resol. 342.
Barbos. loco citato num. 9. & alij cō-
muniter*, idem dicendum est, si
legatum relictum fuerit ab extra-
neo *cap. requisisti de testam. c. Pon-
tifices 12. q. 3. vel si quis legauit ca-*

licem, patenam, vel quid simile:
quia tunc etiam ex qualitate rei
legatę arguitur, quod legatum
relictum ecclesiæ intelligatur *Mā-
tic. de Coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. 6.
numero 19.*

Ita etiam si legatum relictum
fuerit a coniuncto, vel affine in-
tra quartum consanguinitatis,
vel affinitatis gradum, præsumi-
tur relictum contemplatione per-
sonę, non ecclesiæ *d. cap. requisisti
& ibi glos. ver. a propinquo Bart.
in leiuibus num. 2. ff. de Reb. dub.
Barbos. d. all. 116. num. 16. Graff. p.
1. decis. lib. 2. cap. 100. nu. 37.* etiam
si non sit expressum nisi nomen,
appellatiuum dignitatis, quod eo
casu censeatur appositum ad de-
monstrationem personę *Alciat. in
reg. 1. presumpt. 28. num. 1. & quod
dicitur de coniuncto, & affine,
habet etiam locum in amico Al-
ciat. ibidem num. 2. quod intellige
de magna, & stricta amicitia glos.
in d. cap. requisisti ver. præsumitur
de Testam. Graff. loco cit. num. 36.
Mantic. vbi supra tit. 6. nu. 18. vbi
dicit, hanc sententiam ab omnibus
esse receptam; idemque dicendum,
si Rector est benemeritus, licet
non sit consanguineus *Ricc. in
Prax. for. eccles. par. 3. res. 342. Man-
tic. ibidem num. 19.* debet tamen
Rector probare, se esse consan-
guineum, vel amicum, aut bene-
meritum, *vt post glos. in d. inter-
dicimus in Auth. de eccles. tit. dicit
idem Alciat. loco cit. num. 5.**

4 Sed quæres, an legatum reli-
ctum Canonicis alicuius ecclesiæ
censeatur relictum intuitu eccle-
siæ, vel personarum? *Bart. in d.*

l. ciuibus num. 3. afferit, relictum videri contemplatione ecclesie: sed contraria sententia crebrior est, quod intuitu personarum, non ecclesie relictum censeatur, modo non habeant administrationem, siue prebendas distinctas: tunc enim ipsis Canonicis, non ecclesie acquiritur, etiamsi relinquatur ab extraneo Genuens. in Prax. Archiep. cap. 57. num. 6. & hanc esse magis communem testatur Mantio. de coniect. ult. vol. lib. 8. tit. 6. nu. 21. & seq. Viuius. relat. in Syntag. opin. commun. tit. de legat. c. 9. vers. in contrariam. & tunc diuidi non debet equaliter inter Canonicos sed eo modo; quo reliqua bona ipsius Capitali distribuuntur ita, vt plus vni Canonico, quam alteri tribuatur secundum statuta, & consuetudinem ecclesie: quia ceterum relictum collegio, seu Capitulo, non autem singulis personis secundum veriorum sententiam, quam tenet Mantio. d. lib. 8. tit. 6. num. 24. Genuens. in Prax. Archiep. c. 57. n. 13.

Sed hæc intellige, dummodo ex coniecturis contrarium non probetur Bellett. Disquis. cleric. tit. de bon. cleric. §. 3. num. 45. & alij communiter: quia si legatum relinquatur Capitulo, aut canonicis, qui administrationem habeant, aut exprimat causa, que respiciat ecclesiam, & non Canonicos, tunc intuitu ecclesie legatum relictum videtur Bart. in l. pater filium §. Tusulanus in fin. ff. de leg. 3. Mantio. d. lib. 8. tit. 6. num. 23. Vnde legatum factum Capitulo cum onere erigendi Capellanas, vel celebrandi anniuersarium pro ipso te-

statore non est diuidendum inter Canonicos, sed debet conuerti in bona stabilia, seu in annuos census, & sic debet seruari pro futuris Canonicis Nau. conf. 8. de Reb. Eccles. non alien. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. ref. 359.

5 Quæres 2. de qua ecclesia intelligatur legatum simpliciter ecclesie relictum? Respo. quod intelligi debet de ecclesia eius loci, in quo testator domiciliū habuerit §. si quis in nomine magni Dei in Auth. de eccles. tit. videtur enim testator sensisse de illa ecclesia, in qua consuevit audire diuina, & ecclesiastica recipere sacramenta cap. sum quis de sepult. in 6. & hæc esse communem Doctorum sententiam dicit Mantio. de coniectur. ult. volunt. lib. 8. tit. 6. nu. 4. & 5. & probatur etiam ex l. que conditio §. 1. ff. de condit. & demonstr.

Si vero testator duo habebat domicilia, aut duas Parochias, legatum inter vtramque diuidetur, vt in d. cap. cum quis de sepul. in 6. nisi ex coniecturis aliud colligatur, videlicet si vnam magis, quam alteram diligebat, aut si in vna magis, quam in altera versari consuevit, aut si in altera elegit sibi sepulturam, vt d. Mantio. d. lib. 8. tit. 6. num. 14.

6 Sed si ecclesia, cui relinquatur non reperitur in Diocesi, tunc debetur ecclesie cathedrali, nisi aliter constet de mente disponentis: quia ecclesia Cathedralis dicitur esse Parochia totius Ciuitatis, & Diocesis Lap. alleg. 87. & alij apud Bellett. loco cit. d. §. 3. nu. 42. & 43.

- 7 Si verò in loco ipsius testatoris plures sint ecclesie eius nominis, quod testator expressit, legatum censetur relictum pauperiori d. si quis in nomine in Aatb. de ecclesijs. Genuens. d. cap. 57. nu. 14. & 15. & si ecclesia sint pares in paupertate, communis est opinio, vt tribuatur Episcopo, qui distribuatur, vel eligat, dummodò pro altera Ecclesia coniectura, & præsumptione supradicta non concurrant: tunc enim legatum applicari debet illi ecclesie, quã testator magis diligebat, aut in qua magis versari consuevit, vel vbi sibi elegit sepulturam Mant. d. lib. 8. tit. 6. num. 6. vbi etiam addit, quod si testator iussit certo die, & singulis annis in perpetuum celebrari aliquas missas, & ob id aliquid legauit, & non expressit, in qua Ecclesia, intelligitur de ea, in qua est sepultus.
- 8 Quæres 3. cui debeat legatum relictum Capellæ existenti in aliqua ecclesia? Resp. quod regulariter Parocho debetur, etiã si in ea Capella sit aliqua Cõfraternitas creata, nisi ex coniecturis aliud appareat Bellett. tit. de bon. Cleric. d. 3. num. 40. & seq. vbi citat Felin. in cap. dilectus n. 3. de offic. ordin. Duran. de Arte testan. tit. 6. caut. 7. Genuens. in Prax. Archiep. cap. 57. num. 4. Mant. de Coniect. ultim. vol. lib. 8. tit. 6. num. 16.
- S. V. M. M. A. R. I. V. M.**
- 1 Alienatio emphiteusis in personam potentem de iure prohibetur.
- 2 Persona potentes quæ dicantur.
- 3 Emphiteusis ecclesie non potest alienari in aliam ecclesiam.
- 4 Ecclesia Domina directi potest cogere aliam ecclesiam ad vendendam rem emphiteoticam priuato infra annum.
- 5 Quid in relicto facto in opus pietatis perpetuum.
- 6 Quo temporis spatio hoc ius contra ecclesiam præscribatur.
- 7 Quindennia de iure non debentur.
- 8 Si fiat pactum expressum, ne fieri possit alienatio in personam potentem, ecclesia non est capax emphiteusis etiam ad effectum vendendi.
- 9 An valeat legatum emphiteusis, quæ post mortem ipsius disponentis finitur.
- 10 Quid si bona erant deuoluta ob non solutum canonem.
- 11 An declaratio caducitatis, quæ non fuit facta in vita defuncti, possit fieri post eius mortem contra successorem, & nu. 12. & 13.
- 12 Quando emphiteusis non finitur per obitum illius, qui legat, valet legatum quoad estimationem.
- 13 An emphiteusis transeat in monasterium, si emphiteota ingrediatur religionem.
- 14 Emphiteusis ecclesie de sui natura non transit ad extraneos.
- 15 Declaratur, quando pro canone soluitur res minima, secus si esset notabilis summa.
- 16 An Emphiteusis priuati transeat ad ecclesiam.
- 17 Quid si in Inuestitura adsit pactum, quod non possit fieri alienatio

natio in personas potentes.

- 20 An talis emphyteusis reuerti possit ad Dominum ob canonem non solum.
- 21 Quid, si emphyteusis concessa fuerit Clerico in sacris constituto.
- 22 Ecclesia seu Monasterium loco filij habetur.
- 23 An contractus presumatur censuarius, vel emphyteoticus.
- 24 Quid, si in contractu appositum sit pactum caducitatis.
- 25 An incurratur caducitas ob non solutionem canonis pendente discussione, an contractus sit censualis.
- 26 Quo casu contractus censeatur emphyteoticus, & num. 27. & 28.
- 29 Minor probatio admittitur ad probandum dominium ad effectum cogendi ad vendendum infra annum priuato.

C A P. XVI.

An Ecclesia succedere possit in bonis emphyteoticis alterius Ecclesie.

IN Iure etiam in casibus, in quibus licita est alienatio irrequisito Domino, vt in donatione, & legato, non permittitur fieri alienatione rei emphyteoticæ in personam potentem *Clar. in §. emphyteusis q. 15. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. ref. 633. & alij, quos refert, & sequitur Marefcot. lib. 3. var. cap. 3. num. 7. etiam si in inuestitura co-*

cessa sit facultas alienandi. *Greg. decis. 529. num. 1. & seq.*

Personæ verò potentes ad hunc effectum censentur Ecclesie, Cōfraternitates, Hospitalia, & cetera loca pia *Rota coram Andr. decis. 6. num. 2.* item vniuersitas secularis, seu Ciuitas, & aliud Collegium laicale *Marefcot. vbi supra num. 14. & seq. Ricc. loco cit. num. 14. & seq.* vbi etiam notat, quod dicuntur manus mortuæ, quia sicut morientis hominis manus id, quod comprehendit, firmissimè tenet, nec facilè remittit: sic etiam quicquid ecclesia, seu vniuersitas semel acquirit, tenaciter retinet, & non nisi cum magna difficultate in commune hominum commercium remittit atque hæc fuit ratio, cur huiusmodi alienatio vetita fuerit: quia cum loca pia, & collegia, seu vniuersitates nunquam pereant, neque possint iura sua sic facilè alienare, sicut priuatus, Dominus directus priuaretur laudemio, & res ita de facili non posset ad eum reuerti *Clar. d. §. emphyteusis q. 33. Martin. Andr. d. decis. 6. num. 1. Marefcot. loco citato nu. 8. & seq.*

Ex quo fit, vt emphyteusis ecclesie neque possit alienari in aliam ecclesiam eque potentem *Greg. d. decis. 529. num. 15.* & idem ecclesia, quæ directum habet dominium, potest cogere aliam ecclesiam ad vendendam rem emphyteoticam priuato infra annum *Clar. d. q. 33. in fin. Marefcot. lib. 3. d. cap. 3. num. 17. Rot. coram Martin. Andr. d. decis. 6. num. 1. & coram*

coram Buratt. decis. 601. numer. 1.
Ricc. in Collect. dec. 3. 179. par. 7. &
in Prax. for. eccles. par. 1. ref. 633.

- 5 Quod procedit etiam in reli-
cto facto in opus pietatis perpetuum, quando videlicet Testator mandauit, vt omnes redditus suorum bonorum deponantur, & ex illis nuptui tradantur puellæ pauperes quolibet anno, si in eius hereditate adsint bona spectantia ad directum dominium, e ecclesie Marescot. d. cap. 3. nu. 19. 9
vbi refert, ita resoluisse Rotam in Ferrarien. bonorum 19. Decembr. 1611. & 9. Aprilis 1612. coram Coccino.
- 6 Hoc autem ius cogendi ad ponendam rem emphiteoticam, extra manus mortuas contra Ecclesiam non præscribitur minori spatio 40. annorum *auth. quas actiones C. de Sacros. Eccl. cap. de quarta ex. de Prescript.* nec censetur approbata alienatio per receptionem canonis, & laudemij factam per Rectorem ecclesie: quia Rector nec expressè, nec tacitè Ecclesie præiudicare potest Buratt. d. decis. 601. num. 8. & 9.
- 7 Non potest tamen Dominus directus cogere ecclesiam ad soluenda quinquennia, quia hæc de iure non debentur. Andr. decis. 70. num. 1.
- 8 Si verò in inuestitura apponatur pactum expressum, quod nõ possit fieri alienatio in personas potentes, seu de iure prohibitas, tunc non solum non potest succedere ecclesia, seu Vniuersitas, cui talis emphiteusis legatur, seu

relinquitur, sed neque habet locum in hoc casu cõsuetudo illi cõcedens facultatem retinendi per annum, & vendendo subrogandi alium emphiteutam non potestem propter vim pacti, quod resistit potestati relinquendi ecclesie, & personæ potenti Marescot. d. lib. 3. cap. 3. n. 23. & seq. vbi etiã dicit, quod neque estimatio debetur in tali casu Rot. eorã Greg. d. decis. 529. nu. 9. & seq.

9 Itã etiam si emphiteusis ecclesie post mortem ipsius Disponētis finitur, puta si bona concessa sint ad tertiam generationem, & tertia generatio non adsit, tunc quia bona sunt deuoluta ad Ecclesiam, legatum, seu alia dispositio de re emphiteotica, vel feudali non valet etiam respectu æstimationis: quia alias Testator disponderet non de re propria, sed de re directi Domini Rimin. iun. cons. 453. num. 25. vers. non obstat lib. 4. & alij apud Marescot. loco cit. nu. 22. vbi etiam dicit, ita tenuisse Rotam in d. Ferrarien. bonorum 19. Decembris 1611. coram Coccino.

- 10 Idem dicendum est, quãdo bona erant deuoluta ob non solum canonẽ vltra bienniũ iuxta c. potuit de locat. Marescot. loco cit. n. 25. Greg. dec. 529. n. 15. & seq. vbi
- 11 addit, quod licet declaratio caducitatis, quæ non fuit facta in vita defuncti, non possit post eius mortem fieri contra successorẽ, iuxta l. fin. C. de Reuoc. Donat. glos. & DD. in cap. fin. de Donat. hoc tamen non procedit, quãdo adest ignorantia deuolutionis, quæ sequitur

per

- per præsumitur, & notat etiam Marefcott. d. cap. 3. nu. 25: quemadmodum hæc regula non habet locum, quâdo pœna deuolutionis ipso iure, vel vigore pacti incurritur: quia tunc fieri potest etiam contra successorem *Gabr. commun. conclus. lib. 7. concl. 35. n. 14. & 16. Greg. d. decis. 529. nu. 20. & ibi Add. nu. 24.*
- 14 Secus esset, quando emphiteusis non finitur per obitum illius, qui legat: quia cum hoc casu agatur de solo præiudicio vocatorum, non autem de præiudicio ecclesiæ, legatum sublinetur quoad estimationem *Specul. in tit. de emphit. alias de locat. §. nunc aliqua q. 117. num. 143. & alij, quos refert Marefcott. d. lib. 3. cap. 3. numer. 21.*
- 15 Sed quæres, an Emphiteusis transeat in Monasterium, si emphiteuta ingrediatur Religionem? Resp. quod emphiteusis concessa ab Ecclesia non transit in monasterium, si ecclesia, quæ est Domina directi dominij, vult illam ad se reuocare *Bart. in l. si finita §. si de vectigalibus num. 6. ff. de Damn. insect. & in Auth. ingressi nu. 18. C. de Sacros. eccles. & ibidem Dec. num. 26. & hanc esse communem dicit Clar. in §. emphiteusis q. 33.* Emphiteusis enim
- 16 Ecclesiæ de sui natura non est transitoria ad extraneas personas *§. emphiteusim Auth. de Non alien. Clar. in §. Emphiteusis q. 28. Greg. d. decis. 529. nu. 1.* dummodò res minima solvatur pro
- 17 canone: quia si esset notabilis summa, censeretur magis sapere locationem, quam emphiteusim; & idèo transiret ad extraneos, ut dicit *Beltram. ad Greg. d. decis. 529. num. 21. vbi citat. Surd. dec. 198. num. 3.*
- 18 Si verò emphiteusis concessa sit à Priuato, siquidem est talis, quæ fortè ex conuentione transiret in extraneum hæredem, tunc transiret in monasterium, quod haberetur, vt hæres *cap. in præsentia de Probat.* secus si ad hæredem extraneum non transiret, quia tunc neque transiret in monasterium *Bart. in d. l. si finita §. si de vectigalibus nu. 6. Dec. vbi supra num. 26. Clar. in §. Emphiteusis q. 33.* vbi subdit, quod in tali casu tenetur monasterium vendere infra annum alteri priuato, quibus adde *Ricc. in Collect. dec. 3179. p. 7. & in Prax. for. eccles. p. 3. ref. 171.* vbi dicit, quod tunc emphiteusis apud monasterium durat, quamdiù vixerit talis emphiteuta, qui Religionem ingressus fuit.
- Transiret autem emphiteusis in extraneos, si concessa sit pro se, & hæredibus quibuscumque, vel pro se, & hæredibus, & quibus dederit *Clar. in §. emphiteusis q. 28. vers. secundus est casus, & in §. feudum q. 9. vers. hoc præmissis Gratiam: discept. 481. nu. 61. & seq.*
- 19 Notandum tamen est, quod ex sola conuentione, seu prohibitione, nè fieri possit alienatio in personas potentes, non impeditur, quin emphiteusis priuati transeat in monasterium, siue talis prohibitio concepta sit in rem, siue in personam: quia sub ista

pro-

- prohibitione non comprehenditur alienatio legalis, sed solum alienatio hominis secundum veteriorem, & communiolem sententiam, ut dicit Rico. in Prax. par. 3. ref. 171. nam quando monasterium succedit monacho in Religionem ingressu, tunc dicitur esse quedam successio intestati tunc ex dispositione legis volentis, bona ingressi tamquam mortui civiliter transire in monasterium, ut in d. auth. ingressi C. de Sacros. eccl. tum etiam ex tacita voluntate defuncti: sicut etiam ex tacita voluntate defuncti succeditur ab intestato l. si quis cum testamentum & l. conficiuntur ff. de Iur. Codic.
- 20 An vero possit talis emphiteusis reuerti ad Dominum ob non solum canonem? Resp. affirmatiue, quia transit in monasterium cum illo iure Bart. in repet. Auth. ingressi num. 36: C. de sacros. Eccl.
- 21 Notandum 2. quod si emphiteusis concessa fuerit Clerico in sacris constituto pro se, filiis, & nepotibus, tunc si iste ingredietur religionem, acquiritur monasterio irrevocabiliter, siue sit concessa ab ecclesia, siue a privato, ut dicit Rico. d. ref. 171. quia cum non possit filios ex matrimonio suscipere, recipiendo pro filiis, intelligitur recepisse pro ecclesia, seu monasterio, quod pro filio habetur Bart. in Auth. nisi rogati C. ad Senatus cons. Trebell. & in d. S. sed & hoc presenti in Auth. de Sanctiss. episc.
- 23 His adde, quod regulariter quando non apparet de causa concessionis in emphiteusim,
- contractus presumendus est potius censuarius, quam emphiteoticus Gappo. dec. 123. Gram. dec. 77. Crescen. dec. 1. de Censib. Milanen. dec. Sicil. 123. lib. 1. Cavalc. dec. 43. quos refert Rico. in Collect. decis. 2163. par. 6. ubi dicit hanc esse communiolem sententiam Card. Cavalc. dec. 201. num. 2. Vnde licet nomen, censuale, tamquam equiuocum possit conuenire tam censui, quam emphiteusi, in dubio tamen, & quando aliud ex coniecturis desumi non potest, prædium, quod in contractu censuale appellatur, presumendum est censuale, non emphiteoticum: etiam si in contractu appositum sit pactum caducitatis: quia tale pactum potest conuenire etiam contractui census Add. ad Baratt. dec. 601. nu. 12. & 13. ubi alia decisiones allegantur.
- 25 Quare pendente discussione, an contractus sit censualis, vel emphiteoticus, si non fiat canonis solutio, non inducitur caducitas emphiteusis, ut decisum refert Rico. d. decis. 2163. par. 6.
- 26 Si vero constet, prædium fuisse ab initio de Dominio ecclesie, nec appareat fuisse abdicatum, excluditur contractus censualis, & remanet emphiteoticus Card. Cavalc. dec. 201. nu. 2. & seq. ubi idem dicit, quando contractus fuit factus ad tertiam generationem, aut cum clausula ad meliorandum, quæ soli emphiteusi conuenit, cuius finis est, ut bona concessa meliorentur.
- 28 Probatur similiter emphiteusis ex reseruatione consensus, aut il

lius præstatione, ex solutione laudemij, & ex pacto, quod prædium vendi non possit absque expresso consensu alterius *Burratt. d. decis. 601. num. 3. & seq.* ubi etiam dicit, quod minor probatio admittitur ad probandum dominium ad effectum cogendi ad vendendum, ut res exeat ex manibus mortuis.

S V M M A R I V M.

- 1 Quoad peculia castrensia, vel quasi castrensia, & profectitia nulla est differentia inter filiosfam. clericum, & laicum.
- 2 In bonis castrensibus, vel quasi nullum ius queritur Patri.
- 3 Bona profectitia liberè ad Patrem spectant.
- 4 In bonis aduentitijs regulariter Patri queritur ususfructus, sed fallit in filiosfam. clerico.
- 5 Clericus filiosfam. potest liberè disponere de bonis, quæ sibi hæreditario iure, vel suo labore, industria, donatione, aut fauente fortuna obueniunt.
- 6 Bona filiosfam. clerico à Patre donata, ut ad illorum titulum ordinari possent, transeunt in peculium quasi castrense ipsius Clerici.
- 7 An hoc priuilegio gaudeat Clericus in minoribus constitutus, vel prima tonsura initiatus.
- 8 An hoc priuilegio gaudeat Clericus coniugatus.
- 9 An in bonis aduentitijs quaestis ante clericatum Pater habeat ususfructum.

C A P. XVII.

An in bonis per Clericum filiiosfam. acquisitis Pater habeat ususfructum.



Quoad peculia castrensia, vel quasi Castrensia, & profectitia nulla est differentia inter filiosfam. Clericum,

& laicum ut d. Pano. in rubr. de Pecul. clericis. quem refert, & sequitur Sylu. in ver. Peculium. l. 1. 2. & alij communiter.

- 2 Vnde in bonis castrensibus, vel quasi castrensibus, acquisitis per filiiosfam. tam clericum, quàm laicum Patri nullum ius queritur, sed liberè spectant ad filium *l. ex nota, cum seq. ff. de Castren. pecul. l. cum oportet C. de bon. qua. lib. & est communis opinio.* è contra verò bona profectitia hoc est quæ filiosfam. ex re Patris, vel eius intuitu obueniunt, pleno iure Parenti acquiruntur equum enim est, ad Patrem reuerti quod ex eius occasione profectum est, *S. igitur liberi Instit. Per quas pers. nob. acquir. Abb. in rubr. de Pecul. cler. Couar. in cap. qui nos de Testam. Sanch. in Summ. to. 2. lib. 7. cap. 13. num. 28. Rip. in l. in quartam numer. 171. ff. ad l. Falcid. Squillan. de Priuil. Cleric. cap. 12. num. 20.*
- 4 Bona verò aduentitia, in quibus filius regulariter habet proprietatem, & Pater ususfructum, iuxta tex. in d. S. igitur liberi Instit. per quas pers. nob. acquir. d. l. cum oportet. C. de bon. qualiber. respe-

respe^{ct}u filijsam. Clerici castren-
 sia, vel quasi castrensia reputan-
 tur, nec Patri queritur vsusfru-
 ctus aut^{em}. Presbyteros C. de Episc.
 & Cler. l. sacrosacta C. eod. tit. Syl.
 in ver. peculium x. nu. 2. Nau. in
 Man. cap. 17. num. 142. Bellett. in
 Disquis. Cleric. tit. de Bon. cleric.
 §. 7. numero 18. Ricc. in Collect.
 decis. 222. par. prima. Vnde Cle-
 ricus liberè disponere potest
 quoad proprietatem, & vsusfru-
 ctum de bonis, que sibi heredi-
 tario iure à matre, aut à suis Co-
 gnatis, & Amicis, vel suo labore,
 industria, donatione, aut fauente
 fortuna obueniunt cap. quia nos
 ubi Doctores de Testam. Molin. de
 Iustit. to. 1. disp. 138. & disp. 231.
 Less. de Iustit. lib. 2. cap. 4. dub. 3.
 num. 7. Sanch. in Summ. to. 2. lib. 7.
 cap. 13. Surch. conf. 259. nu. 21. vol. 2.
 & alij, quos refert, & sequitur
 Squillan. de Priuil. Cleric. cap. 12.
 num. 1. & seq. Bellett. loco cit. nu. 5:
 6 vnde etiam bona filiosam. Cle-
 rico à Patre donata, vt ad illorū
 titulum ordinari posset, transeūt
 in peculium quasi castrense, si
 receptio ordinum subsequatur,
 vt d. Sanch. loco cit. d. cap. 13. n. 29.
 7 Et hoc procedit etiam in filio-
 sam. in minoribus ordinibus con-
 stituto, seu prima tonsura initia-
 to Bellett. d. §. 7. n. 18. & alij com-
 muniter.
 An verò ad effectum gauden-
 di hoc priuilegio necessè sit, vt
 Clericus habeat requisita Con-
 cilij Tridentini sess. 23. de ref. c. 6?
 affirmat Bellett. ubi supra nu. 26.
 Alij verò negant ita Sanch. in
 to. 2. lib. 7. cap. 13. num. 33. Nau. cōf.

24. de Priuil. Gonz. ad reg. 8. glof.
 5. §. 5. numer. 6. & 7. vbi dicunt,
 Concilium ibi eas conditiones
 requirere ad priuilegium fori,
 non autem ad cetera priuilegia
 retinenda.

8 Limitatur tamen supradicta
 conclusio in Clerico coniugato,
 quinullis alijs clericorum priuile-
 gijs gaudet præter canonis, & fo-
 ri, seruatis tamen conditionibus
 c. vn. de Cler. coniug. in 6. & Conc.
 Trid. d. cap. 6. ita Squillan. loco cit.
 cap. 12. num. 9. & 11:

Limitatur 2. in bonis aduenti-
 tijs quæsitis ante clericatum, in
 quibus remanet Patri vsusfru-
 ctus, licet filius postea assumat
 clericatum Nau. cap. 17. num. 142
 Squillan. d. cap. 12. num. 16.

S V M M A R I V M.

- 1 Primitia qua dicantur.
- 2 Hodie de præcepto non debentur
 nisi ubi adest talis consuetudo.
 vel quando ministri ecclesie in-
 digerent, & tunc solui debent
 illi parochia, in qua prædia exi-
 stunt.
- 3 Oblatio quid sit.
- 4 De ratione oblationis est, vt spō-
 te fiat.
- 5 Debetur si præcedat promissio,
 aut ad sit consuetudo, vel si mini-
 stri ecclesie non haberent vnde
 viuerent.
- 6 Oblationes, qua sunt Capelle,
 oratorijs, aut sacris imaginibus,
 cui debeantur.
- 7 Ad quem spectat oblationes, que
 sunt tempore iubilæi vel anni
 sancti.

H h h 2 Quid

8. Quid si oblationes à fidelibus ad certum finem, veluti pro missis, aut fabrica præstantur.
9. Oblationes, quæ fiunt, dum Episcopus missam celebrat, cui debeantur.
10. Quid si ex consuetudine, vel statuto oblationes, quæ fiunt die dominico, debeantur parochis, & in festo principali debeantur Episcopo, & festum principale die dominico occurrat.
11. Reprobatur consuetudo, seu abusus, quod ad domos laicorum deferantur candelæ benedictæ in festo purificationis Beatissimæ Virginis.

C A P. XVII.

De primitiis, & oblationibus.

1. Primitiæ sunt primæ, quæ nascuntur, fruges, seu prima frugum pars, ut dicit Syluester in ver. Decima num. 1. in fin. quæ licet in veteri lege in præcepto fuerint, ut constat ex lib. exod. c. 23. & alijs scripturæ locis, hodiè tamen de præcepto non debentur, nisi vbi adest talis consuetudo, vel quando ministri ecclesiæ indigerent. S. Th. 2. 2. q. 86. art. 4. & tunc solui debent illi Parochiæ, in qua prædia existunt Barbof. de offic. & pot. Paroch. cap. 27. nu. 6. & seq. primitiæ enim sunt onus prædiale, non personale, & offeruntur Deo pro recognitione dominij, quod habet in omnes fructus terræ cap. tua nobis de Decim.
3. Oblatio autè est quicquid Deo vel ecclesiæ, eiusve ministris voluntariè exhibetur cap. cum inter de verb. signif. & hæc regulariter ad Parochum spectat cap. quia sacerdotes c. sanctorum & c. hanc consuetudinem 10. q. 1. Genuens. in Prax. Archiep. cap. 57. num. 12: non est tamen in præcepto, cum de ratione oblationis sit, ut sponte fiat iuxta illud exod. s. 25. ab omni homine, qui offert vitronem, accipietis eas, nisi aut præcedat promissio, siue alius actus obligatione inducens, aut adsit consuetudo, aut si ministri ecclesiæ non haberent unde sustentarentur: tunc enim est in præcepto, ut colligitur ex c. qui oblationes 13. q. 2. & d. S. Th. communiter receptus in 2. 2. q. 86. art. 1. Ricc. in Prax. for. eccles. p. 4. ref. 296. vbi etiam dicit, quod consuetudo in tali casu spatio 10. annorum inducitur.
6. Ex quo infertur, quod oblationes, quæ fiunt Capellæ existenti in aliqua ecclesiâ, Rectori ipsius ecclesiæ, non autem Capellano beneficiato eiusdem Capellæ debentur: nisi ex coniecturis constet, quod facta fuerint intuitu ipsius Capellæ, seu altaris Genuens. in Prax. Archiep. de cap. 57. n. 3. Bellett. tit. de Benefic. s. 3. nu. 4. & 5. quod arbitrio iudicis relinquatur, ut d. Mantio. de coniectur. ultim. volun. lib. 8. tit. 6. nu. 17. in fin. idem que dicendum de alijs oblationibus, quæ fiunt oratorijs, ac sacris imaginibus existentibus intra limites parochiæ S. Th. 2. 2. q. 86. art. 2. ad. 2. Barbof. de offic. & pot. Paroch. cap. 24. num. 24. Mantio. loco cit.

cit. lib. 8. tit. 6. nu. 16. Ricc. in Prax. par. 4. resol. 297. Unde etiam oblationes, quæ fiunt tempore Iubilei, vel anni sancti in ecclesia cathedrali spectare ad Parochum eiusdem ecclesiæ, non autem ad Episcopum, tenuit Rota in Beneuentana spoly 2. Decembris 1585. coram Orano, quam refert Ricc. in Collect. decis. 2662 par. 7. & censuit etiam Sac. Congregatio teste Barb. de offic. & pot. Episc. par. 3. alleg. 80. numero 14.

8 Secus esset, si oblationes à fidelibus ad certum finem, veluti pro Missis, aut fabrica præstantur: tunc enim ad parochum minimè spectant, sed voluntas eorum, qui oblationes, aut elemosinas tribuunt, est præcisè seruanda c. quatuor 12. q. 2. Barbos. de offic. Paroch. d. cap. 24. num. 30: administratio tamen harum oblationum etiam in tali casu pertinet ad parochum, vt d. S. T. b. d. q. 86. art. 2. nisi adsit consuetudo in contrarium Barb. loc. cit. d. num. 30. in fin.

9 Obserua tamen, quod si Episcopus celebrauerit missam in Parochiali, oblationes in ea factæ ad eundem Episcopum spectant, vt dicunt DD. quos refert, & sequitur Bellett. tit. de Bon. cleric. d. 3. nu. 46. & seq. nisi adesset consuetudo in contrarium Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 80. num. 13. & alij, vel nisi Episcopus in eo loco longam traheret moram, & nimis frequenter celebraret, vt post Hostien. dicit Genuens. in Prax. Archiep. cap. 57. num. 7. verum si Episcopus celebraret in loco exempto, oblationes in tali casu debentur illi, ad quem spectant iura parochialia, non autem Episcopo secundum Felin. in cap. dilectus num. 1. vers. & adde de offic. ordin. quem refert Bellett. loco cit. nu. 47. vers. secus autem: sed in hac re ad priuilegia, & consuetudines est recurrendum, vt sentiant alij apud Barbos. d. all. 80. num. 11. & seq.

10 Obserua 2. quod si ex consuetudine, vel statuto oblationes, quæ fiunt die dominico, debentur parochi, & in festo principali debentur Episcopo, & festum principale die dominico occurrat, tunc oblationes factæ ab alienis parochianis censentur factæ intuitu festiuitatis: oblationes verò factæ à proprijs parochianis diuidendæ sunt, cum dubium sit, cuius contemplatione fiant Ricc. in Prax. vt supra par. 4. resol. 297.

11 His adde, quod laicus non debet recipere à clericis oblationes, nec aliqua consuetudo in hoc est admittenda; & ideo consuetudo, sine potius abusus, quod ad domos laicorum deferantur candelæ benedictæ in festo purificationis B. Virginis omnino reprobatur Sylu. in ver. Decima n. 7. Ricc. in Prax. for. eccles. p. 4. resol. 296.

S V M M A R I V M.

- 1 Decima alia sunt prædiales, alia personalis: alia mixtae;
- 2 Ex decimis prædialibus & mixtis non deducuntur expensæ, neque tributa, vel alia debita, secus in personalibus;
- 3 Decima personales vt plurimum non sunt in usu, & ubi in usu sunt

- sunt, debentur illi ecclesie, in cuius Parochia quis habet domum, & censuram.
- 4 Decime prędiales regulariter spectant ad Ecclesiam, in cuius terminis prędia sunt sita.
- Decime noualium cui ecclesie debeantur, ibidem.
- 5 Quid si locus esset intra duas parochias, & ignoretur sub qua sit.
- 6 Si prędium non sit in alicuius parochia situm, illius decime pertinent ad Episcopum.
- Quid si parochia non sint distincte, ibidem.
- 7 Si Pastor diuersis temporibus in duabus parochijs gregem pascit, debet proportionabiliter utrique ecclesie decimas soluere.
- 8 Quando decime soluende sint ex fructibus extra territorium collectis:
- 9 De vna, & eadem re duplex decima solui non debet.
- 10 Parochus exigens decimas quoad certos fructus eo ipso censetur esse in possessione quoad omnes fructus, & quando id procedat.
- 11 Possessor fundi pro decimis preteritis conueniri potest.
- 12 Quando agitur de sola questione facti, uterque Iudex tam ecclesiasticus, quam secularis est competens; si vero oriatur questio iuris, Iudex ecclesiasticus solus est competens, & num. 13.
- 14 Ius accipiendi decimas, regulariter spectat ad solos clericos habentes curam animarum.
- 15 Clerici de quibus bonis teneantur soluere decimas.
- 16 An regulares teneantur decimas persoluere.
- 17 An in decimis attendenda sit consuetudo, vel prescriptio, aut privilegium, & num. 18.
- 18 Iudex ecclesiasticus in causa decimarum incipere potest a precepto cum monitione sub pena excommunicationis, limitatur numero 20. & 21.
- 19 Controversia inter ecclesiam sacramentalem, vel prędialem, quomodo terminanda.
- 20 An parochiani teneantur deferre decimas ad horrea clericorum.
- 21 Cõpositio super decimis facta per Rectorem quando valeat.
- 22 In causa decimarum regulariter non datur appellatio, limitatur num. 26. 27. 28. & 29.

C A P. VI.

De decimis.

§. I.

An ex decimis deducantur expensę.

Pro faciliori intelligentia præmittendum est, quod tria sunt genera decimarum: alię enim dicuntur prędiales, quales sunt quę proueniunt ex prędijs, ut vinum, frumentum, fructus arborum, & huiusmodi: alię personales, quę videlicet proueniunt ex opere personali, ut ex mercatura, artificio, scientia, militia, venatione, & simili: alię sunt mixtę, quę partim ex prędijs, partim ex opere personali pro-

proueniunt, vt sunt animalia, quæ pascuntur ex prædijs, & humano opere nutriuntur, & factus, ac fructus eorum, vt colligitur ex c. decima 16. q. 1. cap. non est in potestate de Decim. & d. Sylu. in ver. decima in princ. & alij communiter. his præmissis.

2 Resp. quod ex decimis prædialibus, & mixtis non deducuntur expensæ, neque tributa, census, aut alia debita, sed integrè, ac sine diminutione soluendæ sunt d. cap. non est in potestate cap. tua nobis, & cap. cum non sit in homine de Decim. d. cap. decima 16. q. 1. secus in personalibus, in quibus expensæ deducuntur cap. pastoralis eod. tit. glos. in d. c. non est in potestate ver. antequam Nau. in man. cap. 21. num. 31. Sylu. in ver. decima n. 10. Ricc. in collect. decis. 2392. par. 6. Barbof. de offic. & pot. Paroch. cap. 28. §. 1. num. 37. & 38. quibus addo S. Th. 2. 2. q. 87. art. 1. & art. 2. ad p. vbi dicit, quod decimæ prædiales, & mixtæ debentur partim ex institutione ecclesiæ, partim ex iure naturali: & ideo in huiusmodi decimis verbum fructus intelligitur naturaliter, prout in fundo percipiuntur; decimæ verò personales debentur ex sola auctoritate ecclesiæ: non enim vllum de illis extat præceptum in lege veteri, & ideo accipiendæ sunt iuxta interpretationem, & censuram humani iuris, secundum quod fructus non aliter intelliguntur, quàm deductis expensis, quæ gratia eorum dem fructuum sunt l. fructus vbi glos. & DD. ff. sol. matr.

3 Obserua tamen, quod huiusmo-

di decimæ personales vt plurimum non sunt in vsu, nisi in aliquibus regionibus Hispaniæ, vt d. Nau. d. cap. 21. num. 31. vbi autem sunt in vsu, debentur illi ecclesiæ, in cuius parochia quis habet domicilium: quia persoluuntur ad sustentationem eorum, qui spiritualia ministrant, etiam si occasione absentia alibi recipiat sacramenta glos. in cap. ad apostolica de Decim. quæ esse communiter receptam d. Nau. conf. 1. num. 7. de Decim. S. Th. 2. 2. q. 87. art. 3. ad 2. Sylu. in ver. Decima num. 14. Barbof. d. cap. 28. §. 2. n. 26. & seq. nisi alibi commoretur animo illuc transferendi domiciliū Nau. conf. 1. num. 5. de Decim.

4 Obserua 2. quod decimæ prædiales regulariter spectant ad ecclesiam, in cuius terminis prædia sunt sita, vt videtur concludi in c. cum sint homines de Decim. & in c. vlt. vbi glos. de Paroch. glos. communiter recepta in cap. ad apostolica ver. consuetudo de Decim. S. Th. 2. 2. q. 87. d. art. 3. ad 2. Sylu. in ver. Decima num. 14. Nau. conf. 1. num. 7. de Decim. Vnde decimæ noualium, debentur illi ecclesiæ, in cuius parochia surgunt, vt est tex. in cap. quoniam de Decim. Si verò locus esset intra duas parochias, & ignoretur, sub qua sit, tunc inter eas fiet diuisio Abb. & alij in dx. quoniam Barbof. de offic. & pot. Paroch. cap. 28. §. 2. num. 20. vbi etiam dicit, quod si limites quoquomodo apparent, pro modo, & portione limitum cuiuslibet parochiæ decimæ sunt assignandæ: si verò prædium non sit in alicuius parochia situm, illius Decimæ pertinent ad

Epi-

Episcopum, ut in d. capit. quoniam in fine de Decim. idemque dicendum est, ubi parochia non sunt distincte Rota in Ciuitaten. Decimarum 26. Martij & 28. Iunij 1618. coram Verospio, quam refert Barbof. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 86. num. 37.

7. Obserua 3. quod si Pastor diuersis temporibus in duabus Parochijs gregem pascit, debet etiã proportionabiliter vtriq. Ecclesie decimas soluere S. Thom. 2. 2. q. 87. ar. 3. ad 2. Sylu. in ver. Decima num. 14. Vnde si oves in vna Parochia iaceant, & dormiant, & in alia pascant, decimae erunt similiter diuidendae Barbof. d. cap. 28. §. 2. n. 39. magis tamẽ debetur decima gregis ecclesie, in cuius territorio grex pascitur, quam illi, in cuius territorio ouile locatur: quia ex pascuis fructus gregis proueniunt, ut d. S. Th. loco cit.

8. Obserua 4. quod decimae soluendae sunt nedum ex fructibus re-collectis in Territorio, sed de omnibus alijs fructibus etiã extra territorium perceptis, dummodo de eisdem fructibus non soluatur decima alteri ecclesie extra territorium: quia de vna, & eadem re duplex decima solui non debet Ricc. in prax. for. eccles. par. 2. ref. 90. & ideò peti non potest secunda decima de tributo, vel pensione, quã recipit Dominus propter locationem praedij, si ex eius fructibus decima fuit antè soluta. glos. & DD. in c. pastoralis de Decim.

10. Obserua 5. quod Parochus exiens decimas quoad certos fructus eo ipso censetur esse in possessione quoad omnes fructus: quia ius decimandi prouenit ex iure vniuersali parochialitatis Beltramin. ad Greg. decis. 557. nu. 10. ubi citat. Ruin. conf. 141. lib. 5. Seraphin. dec. 1047. n. 1. & 2 quod intellige alio non existente in possessione: tunc enim per perceptionem vnus speciei illi conseruatur possessio percipiendi decimam ex omnibus alijs fructibus etiam subrogatis. in locum eorum, qui ex praedio decimali prius colligebantur, ut decisum refert Ricc. in Prax. for. eccles. p. 4. ref. 295.

11. Obserua 6. quod possessor fundi pro decimis praeteritis conueniri potest ita, ut in optione ecclesie sit, quem velit conuenire, nouum, an antiquum praedij possessorem: quia hoc est onus reale cap. penult. de decim. glos. in cap. tu. nobis ver. sic & Dominus de decim. ita Barbof. de off. & pot. Paroch. cap. 28. §. 4. num. 10. & seq. & in cap. tua 2. n. 13. de Decim. Ricc. in Prax. for. Eccles. par. 2. ref. 57.

§. II.

Quis sit iudex competens in causa decimarum.

12. R. Esp. quod si circa decimas agitur de sola quaestione facti, vterque Iudex tam ecclesiasticus, quam laicus erit competens Couar. pp. qq. cap. 35. num. 2.

Mo-

Monet. de Decim. cap. 8. q. 1. nu. 5 & seq. vbi de communi Ricc. in collec. decis. 2467. par. 6. Piafec. in Prax. Episc. par. 2. cap. 14. nu. 59. & ideo etiam iudex secularis compellit laicos ad soluendum decimas Calderin. conf. 15. in fin. de Iud. & for. compet. si verò oriatur questio iuris, Iudex ecclesiasticus solus est competens priuatiue quoad laicum, puta si dubitetur, an decima sit soluenda, vel ex quibus fructibus debeat solui, aut si agatur de exempti one, priuilegio, prescriptione, vel consuetudine tot. tit. de Decim. Calderin. conf. 15. in fin. Ricc. loco cit. Conar. vbi sup. num. 2. quod procedit etiam, vbi

13 questio iuris est incidens, siue agatur in petitorio, siue possessorio *Monet. d. q. 1. n. 1. & seq. Feder. de Sex. conf. 245. nu. 3. & alij apud Barbof. de offic. & pot. Paroc. c. 28. §. 4. n. 1. & in c. tuax. nu. 2. de Decim.*
 Ex quo fit, vt clerici simpliciter beneficiati non possint laicos coram Iudice seculari ad decimas soluendas conuenire, quia isti debent de titulo docere, etiam si agerent iudicio possessorio, nec sufficeret decennialis possessio *Put. dec. 413. lib. 1. quem refert, & sequitur*
 14 *Ricc. in Prax. for. Eccles. par. 2. ref. 111.* ius enim accipiendi decimas regulariter ad solos clericos pertinet habentes curam animarum, c. vlt. de Paroc. S. Tho. 2. 2. q. 87. art. 3

S. III.

An Clerici teneantur soluere decimas.

15 **R** Esp. quod tenentur de fructibus, quos ex bonis patri-

monialibus percipiunt *cap. 2. vbi glo. ver. à Clericis de Decim. S. Tho. 2. 2. q. 87. art. 4.* etiam de eo, quod percipiunt ex patrimonio, ad cuius titulum fuerunt ordinati *Felin. in cap. Ecclesia S. Mariae num. 10. de Constit. Barbof. d. cap. 28. §. 3. n. 10. & in cap. 2. nu. 5. de Decim. Bellett. Disquis. Cleric. tit. de exempt. cler. & eor. honor. & c. §. 5. num. 9. in fin. quamuis contrarium in hoc sentiat Ricc. in Prax. for. eccles. par. 4. ref. 143. & in Collect. decis. 566. par. 3. non tamen tenentur de fructibus suorum beneficiorum, vt d. S. Tho. 2. 2. q. 87. art. 4. glos. in d. cap. 2. de Decim. & in cap. quæsti ver. vt Episcopi 16. q. 1. Bellet. Disquis. Cleric. tit. de Cleric. debit. S. 12. num. 35. nisi prædia beneficii fuerint prius tributaria: quia res trahit cum suo onere *glos. communiter recepta in cap. 1. ver. vlt. de Censib.**

16 Ità etiam licet omnes serè Regulares per specialia priuilegia exempti sint à solutione decimarum, vt d. Sorb. in compend. priuileg. ver. Decimæ: tamen si nouas possessiones acquirunt, de quibus prius soluebantur decimæ ecclesijs parochialibus, tenentur etiã ipsi decimas persoluere *cap. nuper de Decim. & ideo Parochi mantenendi sunt in possessione exigendi Barbof. de offic. Paroch. d. cap. 28. §. 3. numer. 42. & 43. nisi expressè in eorum priuilegijs fuerit derogatum dispositioni d. cap. nuper, quod cum sit conciliare censetur habere clausulam derogatoriam ad futuras dispositiones Rot. coram Card. Casaler.*

Iii dec.

decif. 229. num. 3. & 247. num. 10. & coram Buratt. dec. 704. nu. 2. & hæc derogatio d. c. nuper. est etiã necessaria in communicatione priuilegiarum, vt pluries censuit Rota teste Ferentill. ad Buratt. d. dec. 704. vbi etiam dicit, quod censetur sufficienter derogatum d. cap. nuper, si in clausulis derogatorijs priuilegij facta sit mentio generalis Conciliorum.

Sed hoc intelligendum est de decimis, quæ debentur pro administranda cura animarum: non autem de ijs, quæ sunt impositæ rebus, puta si ab initio fuerunt concessæ, vel traditæ cum ea conditione, & onere, vt ex eis decimæ soluantur: tunc enim Regulares etiam Mendicantes tenentur eas soluere: quia eorum priuilegium ad huiusmodi decimas non extenditur, vt censuit Sac. Congr. Concilij apud Farinac. dec. 168. p. 4. Diuersi:

§. IV.

An contraria consuetudo, seu præscriptio excuset à solutione decimarum.

17 **N**egatiuè respondent Canonistæ communiter: quia cū decimæ sint debitæ de iure diuino cap. 1. & cap. cum non sit in homine de Decim. ideò omnis præscriptio, & consuetudo reprobat cap. vlt. de Consuet. hæc tamen cõclusio à Theologis declaratur, vt procedat quantum ad sustentationem ministrorum: hoc enim respectu decimæ sunt de iure diuino: non autè quantum ad quotam taxatam: potest enim Eccle-

siã pensatis opportunitatibus tēporum, & personarum aliam partem determinare soluendam; & ideò valere potest consuetudo, quod non plenè soluantur, non autem quod nihil soluat S. Tho. 2. 2. q. 87. ar. 1. Sylu. in ver. Decima nu. 10: Nau. in Man. cap. 21. n. 30. & alij communiter: nam præceptum in lege veteri de soluendis decimis quantum ad determinationem decimæ partis, de qua in lib. leuit. c. 27. erat iudiciale: quia, immediatè ordinabatur ad æqualitatem inter ministros Dei, & populum seruandam, & ideò non obligat tempore gratiæ, vt constat ex illo Apost. ad Hebr. 8. & docet S. Tho. loco cit. & omnes in cap. vn. de Purificat. post part. Vnde valere etiam consuetudinem, quod expensæ deducantur ex decimis prædialibus, & mixtis, dicit Barbes. de offic. & pot. Paroch. cap. 28. §. 1. num. 38.

Vbi verò ex consuetudine nihil soluitur, ecclesia remittere videtur: & tunc neque Curatus, neque Episcopus eas exigere potest, nisi auctoritate Pape, vel in casu magnæ indigentiae, vt dicit Sylu. ibidem. Hinc Doctores cõmuniter sentiunt, posse Romanū Pontificem cõcedere priuilegiū, quo aliquis à solutione decimarum eximatur, quando ex alijs prouentibus remanet congrua, & sufficiens ministrorum sustentatio: præceptum enim de soluendis decimis quatenus excedit cõgruam ministri sustentationem non est diuinum, seu naturale, sed solum humanum, cõtra quod pri-

uilegium dari potest *Barbos. de off. & po. Paroc. c. 28. §. 3. nu. 12.* huiusmodi tamen priuilegiū moderari debet, si incipiat esse enormiter læsiuū ecclesiæ parochiali adeo, vt eius Restori congrua, seu sufficiens sustentatio non remaneat *c. nuper de Decim. c. 2. §. vbi autē eod. tit. in 6.* quod locorū ordinarijs ibidem cōmittitur, vt ipsi eo casu prouideant: quamuis aliter sentiat *Barbos. d. cap. 28. §. 3. n. 45.* vbi dicit, hoc spectare ad declarationem Pape, vel alterius, cui Papa commiserit.

19 Hinc etiam fit, vt quamuis Iudex ecclesiasticus in causa decimarum incipere possit à præcepto cum monitione sub pœna excommunicationis, siue agatur ad decimas non solutas, siue ad soluendas in futurum *cap. peruenit de Decim. Ricc. in Prax. par. 4. ref. 506.*

20 *Barbos. de offic. Paroch. cap. 28. §. 4. num. 5. in fin.* tamen non poterit Episcopus excommunicare non soluentem, si adsit immemorabilis possessio non soluendi: quia consuetudo temporis immemorabilis equipollet priuilegio *cap. super quibusdam §. præterea de verb. signif. Nau. cons. 21. de Cleric. non resid. ita Ricc. in Prax. vt sup. par. 4. ref. 510. vbi citat. Abb. in cap. 1. num. 8. vt lit. pend. Innoc. in cap. cum venissent de Restit. spol. Capyc. dec. 189. & alios.*

21 Addit idem Ricc. loco cit. p. 4. ref. 508. neque posse Episcopum excommunicare non soluentem decimas, si allegetur præscriptio, & probetur: quamuis interim non probata præscriptione possit

Parochus vt iure suo, vt notatur in cap. cum personæ de Priuil. in 6.

22 Si verò oriatur controuersia inter ecclesiam prædiale, & sacramentalem, scilicet an colonus soluere debeat decimam ecclesiæ, in cuius parochia sita sunt prædia, an verò ecclesiæ, vbi audit diuina, tunc particularis consuetudo attendi debet *cap. cum sint homines, & ibi DD. de Decim. & ad hunc effectum sufficit consuetudo decennalis: quia non est contra, sed præterius glos. communiter recepta in capit. ult. ver. consuetudo de consuet. in 6. Rot. coram Cardin. Caualer. dec. 95. num. 2. & seq. & si consuetudo loci sit dubia, attendenda est cōsuetudo loci vicinioris, vel loci prædominantis *Barbos. de offic. & pot. Paroch. cap. 28. §. 3. num. 72. & in d. cap. cum sint homines n. 4.* vbi etiam dicit, quod si in loco viciniore adest aliqua cōsuetudo, & in loco dominantis adest diuersa consuetudo, tunc attendi debet consuetudo loci vicinioris, & non dominantis.*

§. V.

An Parochiani de iure communi debeant decimas in horrea, seu ad domum Clerici deferre.

23 **A**ffirmatiuè respondet glos. in cap. reuertimini ver. in horrea 16. q. 1. *Grass. decis. cas. conscient. p. 2. lib. 2. c. 27. n. 15. & alij apud Ricc. in Prax. for. eccl. p. 2. ref. 244.* cōtrariū tamē probatur in c. quasi iuncta glos. in ver. ad eccles. suas 16. q. 1. Vnde etiam in hoc attendenda erit cōsuetudo locorū *c. in aliis quibus §. fin. de Decim. Nau. cons. 2.*

*n. 1. de Decim. Ricc. in Prax. ut sup. .
P. 2. ref. 244. vbi etiã dicit, quod ta-
lis cõsuetudo inducitur spatio 10.
annorum:*

§. VI.

*An & quando valida sit compositio
super decimis facta per Recto-
rem absque assensu Papæ,
vel Episcopi.*

24 **R**esp. quod si cõpositio fiat su-
per decimis præteritis, etiã
sine consensu Papæ, vel Episcopi
valet: quia in hoc considerari nõ
potest aliquod præiudicium eccle-
siæ, aut successoris, sed solius Pa-
rochi, ut post Abb. d. *Quarant. in
ver. alienatio rerum ecclesie n. 20.* si
verò cõpositio fiat super decimis
futuris, distinguendum est: aut
enim agitur de paruo præiudicio
ecclesie, & tunc sufficit auctoritas
Episcopi ad validandã huiusmo-
di compositionem, & ita intelli-
gendus est textus in cap. 2. de tran-
sact. Barbof. de off. & pot. Paroch. c.
28. §. 4. n. 24. & 25. aut agitur de
magno præiudicio ecclesie, & in
hoc casu non valet sine confirma-
tione apostolica, & ita intelligen-
dus est textus in cap. veniens de
transact. & in cap. venerabilis de
confirmat. vtil.

§. VII.

*An detur appellatio in causa de-
cimarum.*

25 **R**esp. negatiuè cap. tua de De-
cim. quod intellige quoad ef-

fectum suspensiuum, non autem
deuolutiuum Ricc. in Prax. for. eccl.
par. 4. ref. 506. Barbof. in cap. tua 2.
num. 9. de Decim.

26 Hæc tamen conclusio limita-
tur 1. quando agitur cum perso-
na ecclesiastica, quæ prætendit ha-
bere potiora iura in decimis *Præ-
pos. in cap. fin. §. quoties num. 32. q.
6. & ibi Gemin. sub nu. 22. de Ap-
pell. & alij quos refert, & sequitur
Barbof. in d. cap. tua 2. numer. 9. de
Decim.*

27 Limitatur 2. quando appella-
tur à non admissione exceptionũ,
quæ proponuntur in iudicio deci-
marum secundum Ricc. in Prax. ut
supra par. 4. ref. 506. vel vbi colle-
ctor decimarum modũ excede-
ret: quia tunc ab excessu potest
appellari Barbof. loco cit.

28 Limitatur 3. quando agitur in-
ter duas ecclesias contendentes
de iure decimandi Rot. in Cordu-
ben. decimarum 2. Decbris 1605.
coram Pamphilio, quam refert Bar-
bof. in d. cap. tua 2. num. 9.

29 Limitatur 4. quando allegatur
priuilegium Papæ, vel compositio:
secus si allegetur consuetudo, vel
præscriptio, tunc enim appellatio
non admittitur: quia fauorabi-
lius est priuilegium, & compositio,
quam consuetudo, & præ-
scriptio, ita Ricc. in Prax. par. 4.
ref. 506. vbi citat Monet. de Decim.
cap. 8. num. 56. & seq. Ruginell. de
Appellat. §. 2. cap. 3. num. 256. qui-
bus adde Barbof. vbi supra nu. 11.
vbi dicit ita tenuisse Rotam in d.
Corduben. decimarum.

IO:

Finis libri Quinti.



IO. CAROLI ANTONELLI

SAC. THEOL. AC I. V. D. VELITERNI.

LIBER SEXTVS.



DE IVDICIIS CRIMINALIBVS.

S V M M A R I V M:

- 1 **E**lieta, quae utraque lege prohibentur, aut puniuntur, sunt mixti fori.
- 2 Potest ecclesiasticus procedere contra laicos, quando crimina sunt adiuuenta de iure canonico.
- 3 Violatio ieiunij, & fornicatio sunt plex à Iudice ecclesiastico tantum punitur.
- 4 Laici puniri possunt ab ecclesiastico Iudice, quoties committunt crimen, quo laeditur locus, vel res, seu persona ecclesiastica.
- 5 Item si offendant ministrum Curiae ecclesiasticae.
- 6 Tales ministri puniuntur ab eodem Iudice, cuius obsequio sunt deputati.
- 7 Laicus administrator loci pii à quo Iudice sit puniendus.
- 8 In criminibus notorijs potest Episcopus contra laicos cognoscere.
- 9 In ijs, quae concernunt animarum salutem, & publicam modestiam, & honestatem possunt laici per Iudicem Ecclesiasticum corripi.
- 10 Iudex Ecclesiasticus expellit meretrices de vicinia, & etiam de propria domo.
- 11 Cognoscit de pace fracta etiam contra laicos.
- 12 Punit eos, qui in excommunicatione perseverant.
- 13 Prohibere potest inhonesta spectacula, ludos, & choreas, ac superfluos ornatus virorum, ac mulierum.

14 Iudex

- 14 *Iudex ecclesiasticus potest punire laicos coram se delinquentes.* num. 7. vol. 4. Leo in *Thesaur. for. eccl.* par. 3. cap. 7. num. 69.
- 15 *Laicus accusatus coram ecclesiastico Iudice, si in ipsius Iurisdictionem consentiat, potest ab eodem puniri.* Dico 2: quod potest ecclesiasticus procedere contra laicos, quādo crimina sunt adinuenta de iure canonico, seu habent originariam prohibitionem à Canonibus & non à legibus *Abb. loco cit. Leo d. cap. 7. num. 69.* vt in violatione
- 16 *Territorium Episcopi est tota Diocesis.* 3

C A P. I

Quæ sint, ac censeantur delicta mixti fori.

- 1 **D**ico 1. quod delicta, quæ vtraque lege prohibentur, aut puniuntur, canonica scilicet, & civilia, sunt mixti fori, vt tradunt omnes in cap. cum sit generale de for. compet. Decian. in tract. crimin. to. 1. lib. 4. cap. 25. num. 63. Bellett. *Disquis. cleric. tit. de fauor. cleric. real. §. 4. num. 8. Sperell. dec. 3. num. 15. Bald. in auth. clericus quoque nu. 7. C. de Episc. & cler. Zerol. in Prax. p. 2. ver. lūci §. 8. & 9. Oltrad. conf. 86. Bonacof. relat. in Syntag. opin. commun. tit. de Adulter. & c. cap. 9. Layman. in Theol. mor. lib. 4. tract. 9. c. 2. num. 4. Bonacin. de censur. in par. disp. 1. q. 17. pun. 1. num. 14. Dian. p. 5. tract. 1. resol. 10. siue puniantur pœna corporis afflictiua, vel pecuniaria, siue pœna excommunicationis *Abb. in d. cap. cum sit generale in fin. ver. alia regula est de for. compet. quod multo magis procederet, quando huiusmodi pœnæ essent impostæ à iure canonico specialiter contra laicos, vt in cap. contra Idolorum 26. 7. 5. Abb. loco cit. Bartholom. Socin. conf. 119.**
- 2 Dico 2. quod potest ecclesiasticus procedere contra laicos, quādo crimina sunt adinuenta de iure canonico, seu habent originariam prohibitionem à Canonibus & non à legibus *Abb. loco cit. Leo d. cap. 7. num. 69.* vt in violatione ieiunij, & aliorum præceptorum ecclesiæ *Layman. ubi supra d. c. 2. num. 4. & in fornicatione simplici, quæ à iure civili non punitur, vt constat ex l. 1. ff. de Concub. & d. Bart. in l. verum est nu. 2. ff. de furt. sed tantum de iure canonico, quo prohibitus est omnis coitus præter matrimonialem cap. nemo blâdiatur 32. q. 4. Vnde fornicarij siue clerici, siue laici ab ecclesiasticotâ tū iudice pœna arbitraria puniuntur *Clar. in §. fornic. vers. sed quæro Megal. var. tom. 2. res. 176. nu. 4.**
- 3 Dico 3. quod puniri possunt laici ab ecclesiastico iudice, quociens committunt crimen, quo læditur locus, vel res, seu persona ecclesiastica, puta si vsurpatur res ecclesiæ, aut si in ecclesia delinquitur, vel clericus offenditur: quia ob delictum in rem, vel in personam subijcitur quis iurisdictioni Iudicis habentis rem, vel personam subiectam *c. super quibusdā de verb. signif. 10. de Anan. in cap. cum sit generale 8. in princ. num. 1. vers. quæ autem sint, & ibi Anton. de Butr. num. 5. ver. nota de for. compet. Oltrad. conf. 86. Bald. in d. auth. Clericus quoque num. 7. ver. & cōclude.*
- 4 Dico 4. quod puniri possunt laici ab ecclesiastico iudice, quociens committunt crimen, quo læditur locus, vel res, seu persona ecclesiastica, puta si vsurpatur res ecclesiæ, aut si in ecclesia delinquitur, vel clericus offenditur: quia ob delictum in rem, vel in personam subijcitur quis iurisdictioni Iudicis habentis rem, vel personam subiectam *c. super quibusdā de verb. signif. 10. de Anan. in cap. cum sit generale 8. in princ. num. 1. vers. quæ autem sint, & ibi Anton. de Butr. num. 5. ver. nota de for. compet. Oltrad. conf. 86. Bald. in d. auth. Clericus quoque num. 7. ver. & cōclude.*
- 5 Idem dicendum est de laico offendente ministrum curiæ eccle-

- ecclesiasticę: hic enim punitur ab
 ecclesiastico iudice priuatiuē quo
 ad Iudicem laicum: quia offen-
 dens Iudicis familiam prorogat
 iurisdictionem eiusdem, cuius
 maiestas in suo ministro est offen-
 sa *l. nullum. C. de testib. Genuens. in
 Prax. Archiep. c. 10. Farinacc. cōf.
 134. vol. 2. Sperell. decis. 86. num. 3.
 & seq. Ricc. in Prax. for. ecclēf. p. 1.
 ref. 332. Paul. de Cast. in l. addictos
 num. 1. & 6. C. de Episcop. aud.*
- 6 Adde, quod tales ministri, si de-
 linquunt, puniuntur ab eodē Iudice,
 cuius obsequio sunt deputati
*l. 2. C. de offi. Mag. mil. Luc. de Pēn.
 in Rubr. C. de Apparitor. Præf. Urb.
 lib. 12.*
- 7 Ex his etiam infertur, quod lai-
 cus officialis, seu administrator
 alicuius ecclesię, seu loci pij de-
 linquens in re ecclesię, quam ad-
 ministrat, puniri potest à Iudice
 ecclesiastico *Ferr. qq. mor. par. 1.
 q. 30. num. 21. in hoc enim casu de-
 linquens quasi contrahit cum fo-
 ro ecclesię, cuius est res. glos. in
 l. heres absens §. proinde ver. debe-
 bit. ff. de iudic.*
- 8 Dico 4. quod in criminibus no-
 torijs potest Episcopus contra
 laicos cognoscere propter presū-
 ptam negligentiam Iudicis secularis,
 ut dicit *Aluat. in cap. pernicio-
 sām num. 21. de offi. ordin.*
- 9 Dico 5. quod in ijs, quę concer-
 nunt animarum salutem, & publi-
 cam modestiam, & honestatem,
 possunt laici per iudicem ecclesia-
 sticum corripri indifferenter *cap.
 noxit de iud. & tradunt DD. apud
 10 Barbof. de offi. & pot. Episc. p. 3. all.
 107. num. 31. Vnde expellere po-*
- 10 test meretrices de Ciuitate, aut
 de vicinia, ac etiam de propria
 domo, nē honestę familię inficiā-
 tur, ut decisū refert *Ricc. in collect.
 decis. 163. par. 1. Belletti. tit. de fauor.
 Cleric. re. il. §. 4. num. 53. & seq. &
 alij sommuniter. ita etiam potest*
- 11 cognoscere de pace fracta etiam
 contra laicos *cap. super quibusdā
 vbi glos. ver. pro pace de verb. sign.
 12 Marant. de ord. iudic. par. 4. dist. 11.
 num. 13. atque eos etiam punire,
 qui in excommunicatione perfe-
 verant *Marant. vbi supra nu. 25.
 idemque dicendum de sponsalio-
 rum violatoribus, & similibus *Lay-
 man. lib. 4. tr. 9. cap. 2. num. 4. & alij.***
- 13 item prohibere potest spectacu-
 la inhonesta, siue ludos, & choreas
 diebus festis, ac superfluos orna-
 tus virorum, ac mulierum *Barbof.
 de offi. & pot. Episc. par. 3. all. 107.
 num. 35.*
- 14 Dico 6. quod Iudex ecclesiasti-
 cus potest punire laicos coram se
 delinquentes *l. nullum. C. de testib.
 vbi Doctores exemplificant in No-
 tario, procuratore, aduocato, te-
 stibus, ac alijs deliquentibus: co-
 ram Iudice, vide *Bart. in d. nul-
 lum Vulp. in Prax. iudic. for. ecclēf.
 cap. 41. num. 44.**
- 15 Dico 7. quod si laicus accusatus
 coram ecclesiastico Iudice in ip-
 sius iurisdictionem consentiat, po-
 terit ab eodem Iudice puniri:
 potest enim laicus prorogare iu-
 risdictionem ecclesiasticam *cap. si
 gnificasti de for. compet. Ferr. qq.
 mor. par. 1. q. 30. num. 18.*
- 16 Territorium autē Episcopi est
 tota Diocesis, ideoque omnes in-
 tra illam delinquentes punire po-
 test

test Gemin: in cap. cum Episcopus
nu. 2. de offic. ordin. Mart. de iurisd.
p. 2. cap. 29.

§ V M M A R I V M.

- 1 Episcopus an punire possit suum
subditum delinquentem in loco
exempto.
- 2 Iudex secularis an possit punire
reum, qui in ecclesia delinquit.
- 3 Quanda excommunicatio lata
ab Episcopo liget subditos exi-
scentes extra territorium, siue
Diocesim.
- 4 An nuncius curie secularis cita-
re possit laicū existentē in ecclesia.

C A P. II

An Episcopus punire, & excom-
municare possit suum subdi-
ditum delinquentem in
loco exempto in-
tra fines sue
Diocesis,

Egatiuè resp. Vulp. in
Prax. for. eccles. cap. 1.
nu. 32. vbi dicit, quod
lata per Episcopum
censura contra luden-
tes, vel furtum, aut aliud crimen
cōmittētes, sicut non afficit subdi-
tos ludētes, vel furātes extra ter-
ritorium, seu diocesim Episcopi, ita
neque ludentes, seu furantes in
aliquo monasterio, vel conuentu
Regularium; quia sunt exempta
à iurisdictione ordinaria; & idēd
haberi debent, ac si essent extra
diocesim, ita etiam tenēt alij apud

Lezan. in sum. qq. reg. 10. 1. cap. 11.
numero 19.

Sed contrariū videtur verius:
quia quamuis monasterium, seu
cōuentus Regularium non sit sub
Episcopi iurisdictione, sufficit ta-
men, quod sit in illius territorio
cap. cum Episcopus de offic. ord. in 6.
Ricc. in Prax. for. eccles. par. 4. resol.
108. & 109. Sperell. decisi. 51. nu. 28.
Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3.
all. 102. nu. 75. Vnde etiam Iudex
secularis punire potest reum, qui
in ecclesia delinquit: quamuis enim
locus ecclesie sit sacer, non tamē
desinit esse de territorio Princi-
pis secularis Roland. cons. 24. n. 7.
& 8. vol. 2. Clar. S. fin. q. 38. nu. 18.
Sperell. loco cit. nu. 27.

3 Si verò subditi sint extra Di-
cesim, tunc nequaquam possunt
ab Episcopo excommunicari cap.
2. de Constit. in 6. Nauar. in man.
cap. 27. num. 6. & alij communiter;
& idēd si Episcopus concedat mo-
nitorium cum excommunicatione
ad finem reuelationis, & sub-
diti tunc degant extra diocesim,
non tenerentur reuelare, etiam si
deinde reuertantur: tum quia ex-
communicatio non habet tractū
successiuum: tum etiam quia ex-
tra territorium iudicanti non pa-
retur impunē, vt in d. cap. 2. nisi
abfuerint post monitionem: tunc
enim excommunicatione ligātur,
licet existant extra territorium:
quia per citationem perpetuatur
iurisdictione c. proposuit de for. cōpet
Vulp. in Prax. iudic. c. 2. num. 13.

4 Addit Bart. in l. presenti num. 3.
C. de his qui ad eccles. confug. & in
l. plerūque num. 8. ff. de in ius voc.
Bald.

Bald. in l. 2. num. 9. C. de sacros. eccl. quod nuncijs Curie secularis potest citare laicum existentem in ecclesia: sed contrarium est verius ex cap. decet de Immun. eccl. in 6. ibi, omnis in eis secularium iudiciorum strepitus conquiescat; unde etiam citatio prohibetur, a qua iudicium incipit §. fin. Instit. de Pœn. tem. litig. & est fundamentum ordinis iudiciarij, ut dicit Marant. de ord. Iudic. par. 6. tit. de citat. num. 1. quare ordinarij iure merito prohibere possunt, ne absque eorum licentia in locis immunibus citationum executio fiat iuxta d. cap. decet §. ordinarij, & tunc non solet eiusmodi licentia concedi, nisi pro reliquis locis immunibus extra ecclesie corpus existentibus, ut observat Sperell. dec. 51. num. 26. in fin.

S V M M A R I V M.

- 1 Degradatio duplex est, alia verbalis, alia realis.
- 2 Quae solemnitas requiratur in degradatione verbali, quando fit ad effectum, ut sequatur degradatio actualis.
- 3 Degradatio Clerici minoribus ordinibus, vel tonsura insigniti non est in usu.
- 4 Quid importet degradatio, quae non fit ad effectum, ut sequatur actualis.
- 5 Degradatio actualis est executio degradationis verbalis.
- 6 An degradatio actualis possit ab Episcopo non consecrato exerceri, & quid de verbali.
- 7 Iudex secularis in causa heresis, vel alterius mere ecclesiastici criminis cognoscere non potest.
- 8 Quid in alijs causis mixti fori.
- 9 Et quid si Episcopus ipse vult exequi suam sententiam, & simpliciter implorat familiam.
- 10 Saecularis magistratus sub poena excommunicationis cogitur ad praestandum auxilium ecclesiastico Iudici.
- 11 Quid si constaret de iniustitia sententiae Iudicis ecclesiastici.
- 12 In quibus casibus ad degradationem devenitur.
- 13 In quo differat anathema ab excommunicatione.
- 14 An Episcopus possit dispensare cum degradato solemniter.
- 15 Qua poena puniatur offendens Vicarium Episcopi.
- 16 An Clerici, qui ad triremes damnantur, sint degradandi.
- 17 Sacerdotes ad triremes transmitti non debent, nisi pro maxima causa.
- 18 Si Clerici sint nobiles, poena corporalis commutari potest in pecuniariam.
- 19 In Regno Francia poena trirerum contra clericos non imponitur.
- 20 Laicus nobilis an possit ad triremes, vel alias poenas ignominiosas damnari.
- 21 Qua poena puniantur nobiles pro simplici homicidio.



CAP. III.

De Degradatione, seu depositione.

- D**uplex est degradatio: alia verbalis, alia realis, seu actualis. Verbalis dupliciter considerari potest: si enim fiat ad effectum, ut sequatur degradatio actualis, tunc importat priuationem executionis ordinum, officiorum, ac beneficiorum ecclesiasticorum, ac priuilegij clericalis absq; spe restitutionis *cap. de degradatio de Pen. in 6. Sylu. in ver. degradatio Bonacin. de Censur. disput. 4. pun. vn. num. 2. & in hac requiruntur solemnitates, de quibus in cap. Felix, & ibi glos. 15. q. 8. videlicet ut Presbyter a sex Episcopis, & Diaconus, vel Subdiaconus a tribus praeter proprium Episcopum degradentur, ut obseruat Barbof. de offic. & pot. Episc. par. 3. ell. 110. num. 22: sed hodie sufficiunt tot Abbates vsu mitrae, & baculi habentes, vel alij personae in ecclesiastica dignitate constitutae, ac iuris scientia commendabiles *ex dispositione Concilij Trident. sess. 13. de ref. cap. 4.**
- Supradicti vero Episcopi, vel Abbates, aut Praelati causam huiusmodi degradationis vna cum proprio Episcopo cognoscere debent uti iudices, ut d. Sylu. in ver. degradatio nu. 3 & alij, quos refert, & sequitur Bonacin. loco citato n. 13. & si discordant in pronunciando, sufficit maior pars Syl.

ibidem Clar. in d. fin. q. 74. vers. sed quaro. quod procedit respectu Diaconi, vel Subdiaconi: no autem respectu sacerdotis, contra quem sententia degradationis proferenda est nemine discrepate per tex. in cap. 3. de sent. & re iud. ut dicit Doctores apud Barbof. d. all. 110: num. 28.

- Verum in degradatione eorum, qui minores dumtaxat ordines receperunt, sufficit proprii Episcopi sententia sine aliorum Episcoporum, aut Praelatorum presentia per text. in d. cap. degradatio de Pen. in 6. notat tamen Bonac. d. disp. 4. pun. vn. nu. 18: quod degradatio Clerici minoribus solum ordinibus, vel tonsura insigniti non est in vsu.
- Si vero talis degradatio non fiat ad hunc effectum, ut sequatur actualis, tunc perpetuo priuat clericum ordinum ministerio, siue executione *cap. at si clerici. de Iud. Bellet. in Disquis. cleric. tit. de fauor. cleric. person. d. 10. nu. 4. Piafec. in Prax. Episc. par. 2. cap. 4. num. 93. Barbof. d. par. 3. all. 110. num. 1. a qua Episcopus non potest dispensare, nisi ubi talis pena imposita fuerit pro adulterio, vel alijs criminibus minoribus, vel saltem non maioribus: vel nisi in sententia huiusmodi facultatem sibi reseruauerit d. cap. at si clerici d. de adulterij Specul. lib. 1. tit. de legat. d. nu. ostendendum est num. 7. Bellett. loco cit. nu. 9: Nau. cons. 2. de Iud. Bonacin. de Censur. d. disp. 4. pun. vn. num. 4 & haec proprie dicitur potius depositio, quam degradatio Clar. d. q. 74. Bellett. num. 4: Piafec. d. par.*

d. par. 2. cap. 4. num. 93. & de hac intelliguntur iura in dubio, cum loquantur de depositione Sylu. in ver. degradatio num. 2. Bellett. ubi supra num. 5. Pinsec. loco cit. Bonac. d. pun. un. num. 7. Barbof. d. all. 110. num. 9. & in tali casu non requiruntur supradictæ solemnitates, sed solus Episcopus procedit Clar. d. q. 74. vers. sed quero. nec amittitur priuilegium canonis, & fori, ut dicunt Doctores apud Barbof. loco cit. num. 3. nisi beneficiū, nisi clericus per sententiam priuatur Layman. in Theol. mor. lib. 3. traēt. 5. cap. 5. num. 2. differt verò à suspensione, quia suspensio est priuatio eorumdem simpliciter, vel ad tempus, sed non perpetuò Sylu. in ver. degradatio num. 1.

Colligitur autem hæc distinctio ex d. cap. at si Clerici S. de aduiterijs ex. de Iudic. ubi dicitur, quod non debet Episcopus quilibet depositum pro suis excessibus Iudici seculari tradere.

5 Degradatio verò actualis est executio degradationis verbalis, de qua supra diximus, quando videlicet clericus post degradationis sententiam personaliter priuatur, exiit, & spoliatur ordinibus ecclesiasticis per detractionem clericalium insignium, ac traditur Iudici seculari puniendus Sylu. in ver. degradatio n. 1. Bellett. d. S. 10. nu. 5. & alij apud Barbof. d. par. 3. all. 110. num. 4. & in hac Episcoporum, aut Prelatorum numerus non requiritur, sed sufficit solus Episcopus iuxta communem Doctorum sententiam: quia iam prius degradatus est Sylu. in

ver. degradatio num. 1. in fin. Layman. in Theol. mor. lib. 3. traēt. 5. c. 5. nu. 4. hæc tamen degradatio actualis exerceri debet ab Episcopo consecrato: quia est actus episcopali ordini ex ecclesiæ institutione annexus iuxta glos. commun. receptam in cap. transmissam ver. de talibus ex. de elect. Layman. ubi supra num. 5. Barbof. d. par. 3. all. 110. nu. 24. secus est in degradatione, seu depositione verbali; ad hanc enim Episcopus etiam non consecratus per se, vel Vicarium generalem deuenire potest, cum sit actus solius jurisdictionis iuxta Cont. Trident. sess. 13. d. cap. 4.

7 Obserua tamen, quod Iudex secularis in causa heresis, vel alterius merè ecclesiastici criminis cognoscere non potest, sed solum exequi secundum latam sententiã à Iudice ecclesiastico cap. ut inquisitionis de Heret. in 6. Grsuat. ad Vestr. in Prax. lib. 8. cap. ult. nu. 41. Sbroz. de Vis. Episc. lib. 2. q. 190. num. 9. Barbof. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 107. num. 27. & alij communiter. in ceteris verò causis mixti fori potest petere à Iudice ecclesiastico processum, ut eius iustitiam cognoscat: immò potest de nouo processum formare: & postea reum sibi traditum punire, quia in tali casu Iudex laicus iudicat ut in subditum Add. ad Quærant. in ver. Abortus littera B. & est communis opinio, ut dicit Clar. d. fin. q. 96. vers. quero etiam: quãuis contrarium teneat Bonacin. de Censur. in partic. disp. 1. q. 20. pun. 3. d. 3. num. 3. secus esset, quã-

do Episcopus ipse vult exequi suam sententiam puniendo secundum canones, & simpliciter implorat a magistratu seculari familiam; quia tunc secularis in nullo dicitur exequutor, sed solummodo accomodat familiam, ut post Abb. & alios d. Alciat. in cap. perniciosam num: 120. de offic. ordin. Genuens. in Prax. Archiep. cap. 36. nu. 2. quod procedit etiam in civilibus causis iuxta l. Episcopale in fin. C. de Episc. aud.

10 Compellitur autem secularis magistratus ad praestandum auxilium sub poena excommunicationis, donec debitam ecclesiastico Iudici obedientiam exhibuerit *Granat. ad Vestr. in Prax. lib. 8. cap. ult. nu. 40. Bonacin. de Censur. in part. disp. 1. q. 20. pun. 3. S. 2. n. 3. Barbof. d. par. 3. all. 107. num: 23.*

11 Addunt tamen Doctores, quod si constaret de iniustitia sententiae Iudicis ecclesiastici, vel si pendeat legitima appellatio ad superiorem, Iudex secularis auxilium praestare nequaquam tenetur *Sbrozz. de Vicar. Episc. lib. 2. q. 190. num. 6. 7. & 11. Bonaccin. ubi supra pun. 3. §. 3. num. 4.*

12 In tribus autem casibus ad huiusmodi degradationem de iure devenitur secundum glos. in cap. ad abolendam ver. relinquatur de Heret. videlicet in crimine heresis iuxta cit. cap. ad abolendam. Secundò in falsario litterarum. Papae cap. ad falsariorum de crim. fals. Tertio propter calumniam, seu contumeliam illatam proprio Episcopo cap. si quis sacerdotum §. 1. q. 1. dummodo qui calumniam

intulit, sit incorrigibilis glos. in cap. cum non ab homine de Iudic. Sylu. ubi supra num: 4. & ita communiter tenetur, ut dicit Clar. in d. §. fin. q. 36. vers. hinc infertur; in alijs tamen casibus haec qualitas incorrigibilitatis non requiritur secundum Barbof. de offic. & pot. Ep. p. 3. all. 10. numer. 12. quamvis alij apud Bellett. loc. cit. d. §. 10. num: 6. contrarium sentiant.

Dicitur verò incorrigibilis ad effectum ut per potestatem secularem clericus iudicetur, & comprimatur, si fuerit servata forma cap. cum non ab homine de Iud. ut ibidem dicit Alciat. n. 125. Barbof. nu. 7. & alij communiter, videlicet quod primò sit depositus, secundò excommunicatus, tertio anathematizatus, & adhuc in contumacia sua perseveret, ut notat etiam Boss. tit. de for. compet. num: 132.

Obserua tamen, quod hodie huiusmodi poena degradationis etiam ad alia delicta extenditur, videlicet si clericus sodomiam exerceat per constitutionem Pij V. incip. Horrendum, quam refert Quarant. in ver. Sodomia: aut si de crimine falsae monetae culpabilis reperiatur ex constitutione Urbani VIII. Incip. In suprema pastorali specula, relata per Vulp. in Prax. iudic. cap. 42. num. 29. Ric. in collect. dec. 3312. par. 8. Item propter abortum fetus animati ex constitutione Sixti V. incip. Effrenatam, relata per Quarant. in ver. Abortus, similique degradatione punitur qui ad sacrum presbyteratus ordinem non promo-

tus missam celebrare, aut sacramentalem confessionem audire ausus fuerit *ex constitutione Clementis VII. Incip. Etsi alias, quam refert Piafec. in Prax. Episc. par. 2. cap. 4. num. 9.* hac eadem poena puniri potest sollicitans mulieres in confessione, si delicti grauitas id exposcat *ex constitutione Gregory XV. incip. Vniuersi Domini: gregis, relata per Bonacino. 1. in tract. de mer. & oblig. de nunc. disp. 6. pun. 3. num. 22. vt in suis locis fufius tractabimus.*

Addit DD. quod Clericus etiã in alijs casibus est degradandus nõ expectata incorrigibilitate, videlicet si committat homicidium qualificatum, vt per insidias, & industrialiam, seu proditorium, parricidium, fratricidium, Assassiniũ, vel si ecclesiã incẽdat, aut eã spoliat rebus deputatis ad seruitium Diuinũ, vel si occidat suum Episcopum, vel committat delictum valdẽ perniciosum reip. siue plura delicta atrocía, vt plura latrocinia, homicidia, falsitates &c. quia in his casibus ecclesia non potest clericos congruẽ punire propter defectum poenæ, nisi tradendo eos Curie seculari. *Syl. in ver. degradatio nu. 4. Bellett. tit. de fauor. cler. pers. §. 10. nu. 6. vers. Quintus in homicidijs Alciat. in cap. cum. non ab homine num. 21. & seq. de Iud. Bonacino. d. disp. 4. pun. vn. num. 2. & hanc esse magis communem dicit Clar. in §. fin. quest. 36. vers. scias etiam, & vers. pariter etiam & alij apud Ricc. in Prax. for. eccl. p. 4. ref. 122. Alij tamen sentiunt, clericum in*

his, & similibus casibus non esse degradandum, sed detrudendum in perpetuum carcerem; quia ad degradationẽ nõ est deueniendũ nisi in casibus à iure expressis, *ita Boss. in tit. de for. compet. Barbosa. de offic. & potest. Episc. par. 3. d. all. 110. num. 13. & alij, quos refert, & sequitur Dian. par. 3. tract. 1. ref. 16.*

¹³ Quæres 1. in quo differt anathema ab excommunicatione? Resp. quod anathema infertur aduersus eos, qui ex grauissimo aliquo delicto detestabiles sunt, & maledicti, & de quibus non est spes, quod reducantur ad penitentiam, & sic merito infligitur tamquam quid extremum; excommunicatio verò infertur aduersus eos, de quibus est spes, quod poeniteant *Alciat. in d. cap. cum non ab homine num. 109.*

¹⁴ Quæres 2. an Episcopus possit dispensare cum degradato solemniter? Resp. negatiuẽ, sed hoc spectat tantum ad summum Pontificem *citedo 2. q. 6. Ricc. in Prax. p. 2. ref. 221. Piafec. in Prax. Episc. par. 2. cap. 1. num. 13. vers. Quarto reseruatur, nisi constet de nullitate degradationis, vt quia non adfuit legitimus numerus Episcoporum, vel Abbatum, aut Dignitatum, vel non fuit obseruatus ordo iudiciarius: tunc enim posset Episcopus dispensare cum tali degradato etiam sine assistentia aliorum Prælatorum secundum glos. in cap. Episcopus Presbyter in ver. Synodo 11. q. 3. Ricc. loco citat. quamuis contrariũ teneat Bonac. de Censur. disp. 4. pun. vn. num. 19. vers.*

vers. addunt.

- 15 Quæres 3. qua pœna puniatur offendens Vicariū Episcopi? Resp. quod potest ad triremes dānari, si excessus sit grauis, & itā fuisse seruatum contra quemdam Diaconum, qui Vicarium Episcopi in brachio vulnerauit, dicit Ricc. *in Prax. for. eccles. par. 2. ref. 132.*
- 16 Quæres 4. An clerici, qui ad triremes damnantur, sint degradādi? Resp. affirmatiuè, si ad triremes damnentur ad vitam: si verò ad tempus, deponantur tantum verbaliter, & utroque casu licet verberantur à triremium ministris *Piasic. in Prax. Episc. par. 2. cap. 4. num. 92.* hoc tamen de iure procedit: sed de consuetudine, etiam si perpetuò ad triremes damnentur, verbaliter tantum degradantur, *vt notat Ricc. in Prax. for. eccles. par. 2. ref. 104.*
- 17 Obserua tamen, quod licet ad triremes clerici etiam sacerdotes de consuetudine damnentur, quia pœna detrusionis in monasterium, quæ ad eorum emendationem salubrior esset, ac pro dignitate ordinis honestior, hodiè commodè imponi non potest propter monasteriorum exemptiones, *vt aduertit Ricc. loco citato d. ref. 104.* non debent tamen Sacerdotes ad triremes transmitti, nisi pro maxima causa, vbi scilicet nulla videatur alia spes correctionis subesse, *vt dicit Clar. in d. fin. q. 70. vers. frequens est:* dedecet enim Sacerdotes diuino ministerio iam dicatos tam miserabili punishmentis genere cruciari, licet in clericis non sacerdotibus possit tolerari, si ex-

cessus grauitas id exposcat; & ideo ad huiusmodi pœnam eos non esse damnandos, nisi pro crimine, falsi, hæresis, vel alijs grauissimis criminibus dicit Genues. *in Prax. Archiep. cap. 29. nu. 2. Ricc. in Prax. d. par. 2. ref. 104.* Vnde in alijs delictis vel relegantur, vel carceribus mancipantur, vel, in exilium mittuntur, quia magna est dignitas clericorum, *vt notat Genues. loco cit. num. 1. & seq.* & si clerici sint nobiles, potest pœna corporalis commutari in pecuniariā, *vt d. Ricc. in Prax. vt supra par. 4. ref. 120. per tex. in l. sed si vnus d. quedam ff. de iniur. immò in Regno Franciæ seculares magistratus minimè patiuntur, clericos alijs pœnis, quam sacris Pontificum constitutionibus puniri, ac propterea hæc pœna triremium minimè imponitur, vt refert Ricc. in Prax. d. par. 2. ref. 104.*

18 Ita etiam laicus nobilis regulariter ad triremes, vel alias ignominiosas pœnas non damnatur, sed relegatur *l. capitalium d. non omnes ff. de Pœn. Grammat. dec. 33. n. 12.* quod etiam ad Patrem ipsius nobilis, vel in aliqua dignitate constituti, atque ad alios populares diuites, & honestiores extendit Ricc. *in Prax. par. 1. ref. 477. & in collect. decis. 664. par. 3.* nisi sordidas artes exerceant, tunc enim nobilitatem amittunt: vel nisi commiserint crimen falsæ monetæ, hæresis, sodomix, vel alia delicta infamiā inducentia, in quibus non habetur ratio nobilitatis quoad pœnas infligendas, *vt decisū refert idē Ricc. in d. collect. dec. 664. p. 3.*

21 Adde, quod etiam pro simplici homicidio nobiles damnari possunt ad triremes: quia sicarius, vel adulter nobilis de iure civili deportatur, ut dicit Albiat. in d. c. cii non ab homine num. 26. de iudic. loco autem deportationis condencens videtur esse in tali casu pena triremium, ut notat Gandin. de malef. tit. de falsar. post num. 3.

S V M M A R I V M.

- 1 Parochus secundas nuptias benedicens quam poenam incurrat.
- 2 Quando Parochus secundas nuptias benedicens a poena excusetur.
- 3 Sacerdos sine regularis, siue secularis coniungens in matrimonium, vel benedicens subditos alterius Parochia absque Parochi, vel ordinarij licentia qua poena puniatur.
- 4 An mulier nubens intra annum luctus incurrat poenas de iure civili impositas.
- 5 Quam poenam incurrat Parochus, qui matrimonio clandestino interfuerit.
- 6 Qua poena puniantur testes, qui sine Parocho, vel sacerdote huiusmodi contractui interfunt, ac ipsi sic contrabentes.
- 7 Quando possit ordinarius absolueri a censuris latis a Iure.
- 8 An matrimonium sit nullum, si omittantur denunciations.
- 9 An puniri possit Parochus, si matrimonio assistat extra ecclesiam.
- 10 Qua poena plectendus sit Parochus, cuius culpa sine sacramento quis moritur.

11 Quando excusetur Parochus ab administratione sacramenti extremae unctionis.

12 An Parochus tempore pestis teneatur eucharistiam ministrare.

13 An sit de necessitate sacramenti extremae unctionis ungere renes, & pedes.

14 Sacramentum baptismi, & poenitentia tenetur Parochus ministrare etiam cum periculo vite.

15 An Parochus possit a loco pestifero aufugere relicto substituto.

16 Qua poena plectitur Parochus cognoscens carnaliter suam filiam spiritualem.

17 An Confessarius copulam habens cum sua poenitente teneatur dictam circumstantiam in confessione aperire.

18 Quid si sceminam, cum qua copulam habuit, baptizauerit.

19 Et quid si utatur sacramento tanquam medio ad sollicitandam poenitentem.

20 An Episcopus peccatum mortale committens teneatur episcopatus circumstantiam aperire.

21 An sacerdos committens peccatum luxuria teneatur dicere confessario, se esse sacerdotem, vel habere votum solemne castitatis.

22 Parochus, vel alius Confessarius reuelans sigillum confessionis qua poena sit plectendus.

23 An fractio sigilli probetur per testes singulares.



C A P. IV.

De Excessibus Parochorum.

Dico 1. quod Parochus secundas nuptias benedicens ab officio, & beneficio suspenditur, & sic suspensus ad Apostolicam sedem mittendus est *cap. 1. de Secun. nupt.* quod procedit, etiam si fortè primum matrimonium fuerit inualidum; quia benedictio non respicit nuptias, sed personas, *ut dicunt Doctores, quos refert, & sequitur Bonacin. de matrim. q. 4. pun. 6. nu. 4.* unde benedictio reiterari nõ debet, etiam si vnus tatum ex coniugibus fuerit alias benedictus *cap. vir autem eod. tit.* secus si primæ nuptiæ benedictæ nõ fuerint, quia tunc secundæ benedici possunt *Genuens. in Prax. Archiep. cap. 59. num. 3.*

Obserua tamen, quod hæc suspensio non incurritur ipso iure, sed est suspendendus per sententiam *Genuens. d. cap. 59. n. 5. Clar. in d. fin. q. 75. Ricc. in Prax. for. eccl. s. par. 2. ref. 382. & alij communiter.*

Obserua 2. quod nec Parochus in hoc delinquens mittitur ad Romanam curiam: quia hæc pœna quoad hanc partem sublata fuit *per constitutionem Ioannis XXII. de qua post Conar. & alios meminit Barbof. de offic. & pot. Episc. p. 2. all. 32. nu. 186.*

Obserua 3. quod potest Parochus in tali casu etiam arbitraria pœna puniri, *ut dicunt Doctores apud Barbof. in d. cap. 1. num. 7. de*

Secun. nupt. Ricc. in Prax. for. eccl. par. 1. ref. 324. Genuens. loco cit. n. 5. Megal. in ver. benedictio num. 13.

3 Obserua 4. quod Parochus ab huiusmodi suspensione excusatur ratione consuetudinis, vel ignorantia etiam crassa, dummodò non sit ingens temeritas *Nau. in man. cap. 22. nu. 83. Megal. in ver. benedictio numer. 11. Possuin. de offic. Cur. et. cap. 10. num. 48. Genuens. loco cit. num. 1. & 2. & alij apud Bonacin. d. pu. 6. n. 4. Barbof. in d. cap. 1. num. 3. & in cap. vir autem num. 3. de Secun. nupt. vbi dicit, quod hodie ex generali consuetudine communiter recepta si femina solum nondum fuisset benedicta, potest tunc utriusque benedictio generaliter fieri.*

3 Sacerdos verò siue secularis, siue regularis coniungens in matrimonium, vel benedicens subditos alterius Parochiæ absque Parochi, vel ordinarij licentia, ipso iure tamdiu suspensus manet, quãdiu ab ordinario eius Parochi, qui matrimonio interesse debebat, seu à quo benedictio suscipienda erat, absoluat *iuxta Concil. Trid. sess. 24. de ref. matr. cap. 1. quã suspensionis pœnam nedum ad officium, sed etiam ad beneficiũ extendi posse resoluit Franc. Molin. de Rit. Nupt. lib. 2. differ. 11. nu. 149. quem refert Barbof. in d. c. 1. num. 6. de Secun. nupt. & ultra dictam suspensionem sacerdos regularis ipso facto est excommunicatus, & absolutio reseruat *Papæ per clem. 1. de Priuil. cuius dispositioni non esse derogatum, per Concilium Tridentinum tenet**

vet Nau: *conf. 10. de Constit. & alij, quos sequitur Barbof. d. all. 32. num. 192.* alij tamen putant, religiosum in tali casu non incurre excommunicationem, sed tantum suspensionem à Concilio impositam, nè duplex pœna incuratur pro eodem delicto contra. *licet ff. Nau. Cau. stab. l. omnes C. de Pœn. cap. at si de Iudic. & ita declarasse Sac. Congregationem refert Bonac. de Matrim. q. 4. pun. 6. nu. 3* sed in alijs casibus firma proculdubio remanet dictæ Clementinæ excommunicatio contra religiosos sine licentia Parochi ministrantes extremam unctionem, vel eucharistiam, quam nishodiè *per constitutionem Leonis X. & Pij V.* possint religiosi ministrare in proprijs ecclesijs Sanctissimum Eucharistia Sacramentum quouis anni die excepto die Paschatis Resurrectionis, *vt d. Nau: in Man. cap. 21. n. 52. Sorb. in ver. communicare*, vbi etiam addit, eos, qui in aliqua ecclesia mendicantium communionē receperint in vno ex octo diebus ante, vel post Pascha, satisfacere præcepto Ecclesiæ.

4. Quæres, an mulier nubens intra annum luctus incurrat pœnas de iure ciuili impositas? Negat glos. *in cap. cum secundum in ver. legalis infamie de secun. nupt. Clar. in l. stuprum vers. generaliter autem & alij apud Barbof. in d. cap. cum secundum num. 2.* quorum opinio satis fauet libertati matrimonij; alij verò contrarium tenent, nisi secundò nupserit de licentia mariti expressa, vel tacita, puta si

maritus in testamento legatum, vxori reliquerit, siue vidua maneat, siue iterum nubat: tunc enim censetur dedisse licentiam contrahendi secundas nuptias, *& ita decisum refert Ricc. in Collect. dec. 431. par. 2. & dec. 3381. part. 8.* vbi etiam dicit, quod pœnæ adiectæ mulieri secundò nubenti fauore filiorum similiter evitantur: si filij consentiant expressè, vel tacitè. Pœnam tamen infamiae nunquam incurrit mulier sic nubens: hæc enim sublata fuit *per d. cap. c. secundum*, nisi vidua intra annum luctus stuprum committat: tunc enim non cuitat infamiam, neque alias pœnas de iure communi impositas contra nubentes intra annum luctus; & ideo in tali casu perdit tam ipsa, qua stuprator omnia sibi relicta à testatore, & ea fisco applicantur *Verall. dec. 25. par. 2. quem refert Ricc. in Collect. dec. 3381. par. 8. Clar. loco cit. & alij communiter*:

5. Dico 2. quod Parochus, vel quis alius Sacerdos regularis, vel secularis, qui matrimonio clandestino interfuerit, aut sciens non prohibuerit, ab officio per triennium suspendendus est *c. ult. l. fin. de Clandest. desponsat.* non est tamen ipso iure suspensus, *vt notat DD. apud Barbof. de offic. & pot. Episc. par. 2. all. 32. num. 161.* potest etiam alia pœna arbitraria puniri: quemadmodum testes etiam qui sine Parocho, vel Sacerdote huiusmodi contractui interfuerint, nec non ipsos sic contrahentes grauius arbitrio ordinarij puniri præcipit Concilium Tridentinum

sess. 24. de res. matr. cap. 1. Pœnam verò suspensionis triennalis non fuisse sublatam per Concilium loco cit. sed præterea licere ordinario in Parochum alia pœna arbitraria animaduertere dicit Frac. Molin. *de Rit. nupt. lib. 2. differ. 11. num. 147. cum seq.* Salzed. *ad Bernard. in præf. cap. 76. vers. octauo non est obliuioni Maiol. de Irreg. lib. 23. cap. 17. Ledesm. in Sum. p. 1. de Sacram. matrim. cap. 6. concl. 4. dub. 16. & alij, quos refert, & sequitur Barbof. d. par. 2. alleg. 32. nu. 162.* sed alij communiter sentiunt, quod si pro aliquo delicto, vel excessu sit imposita aliqua pœna per ius commune, vel aliam legem antiquam, & postea fuerit condita lex noua, vel statutum imponens aliam pœnam pro eodem delicto, eo casu imponenda est pœna statuta à lege noua, non autem à lege antiqua, vel à iure communi, ita *Gandin. in tit. de aliquib. question. n. 4.* qui ab omnibus iudicibus malefactorum habetur princeps, *ut dicit Boss. in tit. de delict. nu. 17.* & hanc sententiam sequuti sunt alij plures apud *Clar. in d. fin. q. 85. vers. debet etiam, ubi dicit hanc esse magis communem, & à communi consuetudine approbatam.*

7 Quæres, an Ordinarius possit ab huiusmodi triennali suspensione absoluere post sententiam? Resp. negatiuè, quia licet possit ordinarius absoluere suspensum à iure, quoties conditor legis sibi absolutionem non reseruauit, hoc tamen intelligendum est, ubi quis suspensus est à iure indefinitè,

nullo designato termino, secus ubi terminus suspensioni adijcitur *Couar. de Spons. par. 2. cap. 6. n. 14. Bernard. in Præf. cap. 76. nu. 3. in ultim. impress. Henric. lib. 13. c. 39. l. 3. Gutier. canon. lib. 1. cap. 5. n. 6. & alij apud Barbof. d. par. 2. all. 32. num. 166. & seq.* ubi etiam subdit, quod neque potest absoluere ab hac suspensione virtute decreti Conc. Tridentini *sess. 24. de res. c. 6.* quia cum hæc suspensio non incurratur ipso iure, sed per sententiam, supponitur delictum deductum iam fuisse ad forum contentiosum.

8 Obseruant autem Doctores communiter, quod etiamsi denunciationes omitterentur nulla impetrata dispensatione ab ordinario, matrimonium non esset nullum, quamuis sint de præcepto Concilij; quia quædo lex mandat, actum fieri certo modo, si ulterius non procedat annullando, actus valet. Concilium verò mandat, fieri denunciationes, nec ulterius procedit annullando; quemadmodum annullauit, quando fieret sine Parocho, & testibus *Riminald. cons. 691. n. 34. & seq. lib. 6. Coninch. de Sac. & Censur. disp. 24. dub. 1. nu. 49. Nau. in Man. c. 22. n. 70.* ubi etiam notat, quod matrimonium in tali casu dicitur clandestinum quoad alios effectus, quam annulationis.

9 An verò puniri possit Parochus, si matrimonio assistat extra ecclesiam? Resp. negatiuè: non enim potest ordinarius prohibere, quin matrimonium domi celebretur; sed cum maximè deceat, ut in-

ec-

ecclesia illud fiat, id hortari potest, non præcipere *Leo in Thef. for. eccl. p. 2. c. 9. nu. 48. Saneb. lib. 3. disp. 15. n. 20. & alij apud Barbos. d. p. 2. al. 32. n. 18. & ita declarasse Sac. Congr. refert Vulp: in Prax. iudic. cap. 15. num. 14. Dian. p. 3. tr. 4. ref. 179. vbi etiam dicit, quod hodiè matrimonium satis dicitur contractum in facie ecclesiæ, si coram Parocho, & duobus testibus denunciationibus præmissis contrahatur, idem dicit *Nau. capitulo. 22. numer. 70.* non est tamen damnanda praxis aliquarum ecclesiarum, qua matrimonia huiusmodi extra ecclesiam celebrari prohibentur sine Episcopi licentia; & idè in hoc standum esse consuetudini locorum dicit *Dian. loco cit.**

10 Dico 3. quod eadem pœna arbitraria punitur Parochus, cuius culpa sine sacramento quis moritur *Ricc. in Collect. decis. 559. par. 3.*

11 Excusatur tamen Parochus, ab administratione sacramenti extremæ vnctionis ratione periculi vitæ; & idè tempore pestis non tenetur illud ministrare *Mancin. de extrem. vnc. pract. 9. dub. 5. vers. at quia. & dub. 27. & alij, quos refert. Dian. p. 3. tr. 4. ref. 174.* qui asserunt, hoc sacramentum non esse necessarium ad salutem, & idè infirmum nullo modò peccare illud non recipiendo; quia ad id nullum extat præceptum obligatorium; & in hoc ferè omnes conveniunt.

12 Secundò, neq. tenetur tempore pestis eucharistiam ministrare, vt declaravit *Greg. XIII: teste Dian. p.*

5. tr. 3. ref. 53. vbi etiã citat Philiar. ch. de off. sacer. lib. 4. c. 3. Maiol. de Irreg. lib. 2. c. 20. n. 3. Tabien. in ver. Episc. n. 5. Benzoni. in spec. Episc. lib. 1. disp. 1. q. 1. concl. 6. quibus adde. alios apud Possuin. de offic. Curat. c. 8. n. 36. & 37. contra Mancin: de Sanctiss. Commun. pract. 8. dub. 18. & alios, & hæc sententia confirmatur ex doctrina Sylu: in verb. Eucharistia 3. num. 1. Fagund. de Præcept. eccl. præcept. 3. lib. 2. cap. 1. num. 17. Villalob. in sum. to. 1. tr. 8. diffi. 34. n. 3. & aliorum apud Add. ad Mancin. d. pract. 8. dub. 1. Bonac. de Sacram. disp. 4. q. 7. pu. 1. n. 1. qui asserunt, infirmum de iure diuino non teneri in articulo, vel periculo mortis eucharistiam sumere, si saltem semel in vita illam suscepit, sed potius teneri ad scâdalum vitandum propter fidelium consuetudinem vbiq. receptam communicandi eo tempore.

Verum si diligens Parochus ex charitatis feruore sequi vellet contrariam opinionem, posset ad effugiendum vitæ periculum sacramentum eucharistiæ ministrare patena, vel alio instrumento ritè confectò, & apto, etiamsi consecratum non sit, dummodò cesset scandalum, & periculum lapsus eucharistiæ in terram *Possuin. de offic. Curat. cap. 8. n. 35. Bonacin. de Sacram. disp. 4. q. 5. pu. 2. num. 10. Mancin. d. pract. 8. dub. 19. quicquid in contrarium dicant alij apud Dian. par. 4. tr. 4. ref. 114. idemque dicendum est de extrema vnctione, quam virga ob longa, seu alio instrumento ad id apto posse ministrari dicunt Possuin. & Mā-*

cin. loc. cit. & alij apud Dian. p. 3. tr. 4. ref. 167.

- 13 Addūt alij Doctores, quod tam grassante peste, quam alio quouis tempore non est de necessitate sacramenti vngere pedes, & renes: neq. sacerdos id omittēs peccaret mortaliter: quia possunt inungi quinque sensus corporis, etiam si non vngantur renes, & pedes; & idē in hoc seruandam esse consuetudinē loci dicit Posseuina. cap. 9. num. 15. Bonacin. de Sacram. disp. 7. quæst. vn. pun. 5. nu. 18. & communem dicit Mancin. pract. 9. dub. 17. & ibidē Add. dub. 8. vbi etiam notat, vñtionem in renibus in feminis, & religiosis propter honestatē absolutē omitterendam esse, etiam si adesset contraria consuetudo.
- 14 Sacramentum verō baptismi, & pœnitentiæ tenetur Parochus ministrare peste infectis etiā cum periculo vitæ: quia hæc sunt necessaria ad salutem Maior. in 4. sent. dist. 7. q. ult. & dist. 23. q. 1. Mofes in sum. 10. 1. tr. 4. ref. 174. & par. 7. tr. 5. ref. 38. & est communis opinio. hæc tamen sacramenta tenetur Parochus ministrare peste infectis per alios, non per seipsū, vt declarauit Greg. XIII. sub die 10. Decembris 1572: & itā etiam sensuit Sac. Congregatio Cardinalium ad consulendum indemnitati aliorum Parochianorum, qui sani sunt; hi enim verisimiliter nollēt cōuersari cū Parochis eun- tibus ad infirmos tali morbo infectos, vt refert Diā. p. 5. tr. 3. ref. 53.
- 15 Addunt etiam Doctores, quod Parochus potest à loco pestifero

aufugere, dummodò relinquat substitutum, qui suo loco deseruiat, & itā videntur sentire omnes, vt dicit Ricc. in Prax. for. eccl. par. 3. ref. 398. & in Collect. decif. 2426. par. 6: vbi citat Imol. in cap. fin. de Cleric. non resid. Rip. in tr. de Pest. tit. de Priuileg. contract. caus. pest. num. 147. Franc. Marc. dec. Delph. 520. & alios.

- 16 Dico 4. quod Parochus, vel alius sacerdos cognoscēs carnaliter suam filiam spiritualement, cuius confessionem audiuit, est deponendus Vulp. in Prax. iudic. c. 36. num. 9. Ricc. in Prax. par. 1. ref. 329. & par. 3. ref. 68: per text. in c. non debet 30. q. 1. cuius dispositio procedit, quando erimen est publicum: sacerdos enim non nisi pro publico crimine deponitur cap. sacerdotes & cap. seq. 50. dist. glos. in d. cap. non debet: hac tamen pœna puniendus non est sacerdos, si talem mulierem in confessione audiuit, & non absoluit: quia talis non dicitur filia spiritualis Henriq. de Sacram. in gen. lib. 1. cap. 14. §. 8. quem refert Ricc. in Prax. for. eccl. par. 1. ref. 329.
- 17 Quæres, an Confessarius, qui copulam habet cum sua pœnitente, teneatur dictam circumstantiam in confessione aperire? Resp. negatiue: quia hæc circumstantia est solum aggrauans, & non mutat speciem: sacramentum enim confessionis nō inducit propriè cognationem spiritualement. Azor. par. 3. lib. 3. cap. 9. q. 5. Petr. de Ledesm. de matrim. quæst. 56. art. 2. dub. ult. & alij apud Bonac. de matrim. q. 4. pun. 16. nu. 8. Dian. par:

par. 1. tr. 7. ref. 12. neque obstat tex. in cap. omnes 30. q. 1. quia intelligitur de incestu improprio, & metaphorico. ita etiam nec Parochus copulam habens cum sua Parochiana, vel subdita tenetur hanc circumstantiam in confessione explicare, nisi illud peccatum ita publicum esset, ut ex eo scandalum sequeretur: tunc enim aduersus specialem officij obligationem delinqueret, qua tenetur subditos non solum verbo, sed etiam exemplo pascere; atque adeo specialis malitia ex status, & officij circumstantia contraheretur, eaque esset necessariò explicanda, ut dicunt Doctores apud Dian. p. 1. tr. 7. ref. 6. quicquid dicat Bonac. de Sacram. disp. 5. q. 5. pun. 2. §. 3. diffi. 3. nu. 9. & de matrim. q. 4. pun. 16. num. 10.

18 Si verò Parochus fœminam, cù qua copulam habuit, baptizauerit, hæc circumstantia est procul dubio explicanda: hoc enim casu commisit incestum ratione cognationis spiritualis consurgentis ex collatione baptismi ex Concilio Trid. sess. 24. de ref. matr. cap. 2.

19 Idem dicendum, si Parochus, vel quiuvis alius Confessarius utitur sacramento tamquam medio ad sollicitandam pœnitentem, vel eam in confessione sollicitet: tunc enim tenetur omninò hanc circumstantiam significare; quia committit sacrilegium ob grauissimã irreuerentiam, quam irrogat rãto sacramento, ut dicit Bonacin. de matrim. d. q. 4. pun. 16. num. 9.

20 An verò Episcopus peccatum mortale cõmittens teneatur Epi-

scopatus circumstantiam aperire? alij affirmant, quia Episcopus ratione propriij status tenetur ad perfectionem vitæ Christianæ habendam, cui perfectioni ex æquo repugnat quodcumq. peccatum mortale; idemque dicunt de Generalibus ordinum. alij verò cõtrarium tenent, quia hæc circumstantia non mutat speciem, nisi fortè peccatum ab Episcopo, siue Generali commissum ita publicum sit, ut scandalum pareret, ut supra diximus de Parocho, ita Diã. *par. 1. tr. 7. ref. 6. vers. sed ego oppositum, ubi citat Coninch. de Sacramen. disp. 7. dub. 4. num. 18. Filiuc. to. 2. tract. 30. cap. 7. num. 125. Sanchez. de matrim. to. 2. lib. 7. disp. 27. n. 33. Henric. lib. 5. cap. 5. num. 6. in glos. lit. G. & alios.*

21. Quæres 2. an Sacerdos committens peccatum luxuriæ teneatur dicere Confessario, se esse Sacerdotem, vel habere votum solenne castitatis, quando Confessarius cognoscit, eum esse sacerdotem? Resp. affirmativè, quia sicut pœnitens tenetur confiteri peccata manifesta sacerdoti, quia nò sunt ei manifesta in forma iudicij in quantum Dei Vicarius est, ut dicunt communiter Doctores teste Sylu. in ver. confessio 2. num. 3. ita etiam eadem ratione tenetur explicare huiusmodi circumstantiã, et si confessario nota sit: quod procedit non solum quando in actuale carnis peccatum labitur, sed etiam cum mente tantum libidinosa lasciuo actu consensum præstitit Sot. in 4. dist. 18. q. 2. ar. 4. vers. enim verò. Graff. decis. aur. lib. 1. cap.

1. cap. 20. n. 32. quos refert Barbof. de offic. & pot. Episc. p. 2. all. 15. n. 6. quod si omisit bona fide talem circumstantiam, satisfaciet, si postea confiteatur, se toties violasse votum castitatis, etiamsi iterum non confiteatur principale peccatum, quia in hoc casu talis circumstantia potest separatim sufficienter explicari, ut dicunt Doctores apud Dian. d. par. 1. tr. 7. ref. 45:

Alij tamen probabiliter contrarium tenent, videlicet, quod sacerdos non teneatur hanc circumstantiam sacerdotij, vel votu castitatis Confessario iam notam in confessione manifestare, quia Confessarius sciens poenitentem esse sacerdotem, sufficienter cognoscit peccata ipsius carnalia, habere oppositionem cum voto solemnij castitatis ita Pitigian. to. 2. dist. 16. q. vn. ar. 5. Azor. p. par. lib. 4. cap. 4. quest. 6. & alij, quos refert & sequitur Bonacin. de matrim. q. 4. pun. ult. num. 31. ubi dicit hanc esse communem, & ita videtur communiter praeticari.

- 20 Dico 5. quod Parochus, vel alius Confessarius reuelans sigillum Confessionis deponendus est, & perpetuo detrudendus in monasterium ex c. omnis utriusq. sexus de Poenit. & remiss. Fractio vero sigilli etiam per testes singulares plene probatur, ut decisum refert Ricc. in Collect. decis. 549. p. 3. & dicunt alij apud Bonacin. to. 1. disp. 6. de oner. & obligat. denunc. pun. 3. n. 25. quod intellige concurrentibus praesumptionibus, indicijs, & alijs adminiculis: vnde hoc arbitrio Iudicis relinquitur, ut sentiunt DD. apud Dian. p. 5. tr. 11. ref. 52.

S V M M A R I V M.

- 1 De iure communi Clericis vsus armorum est interdictus, nisi iusta causa eos excuset.
- 2 Qua poena plebantur clerici arma deferentes.
- 3 Potest Episcopus suis constitutionibus adiuvare ius canonicum imponendo poenam ubi non est.
- 4 Poena pecuniaria & locis pijs sunt applicanda.
- 5 An possit Episcopus poenas pecuniarias sibi, vel suo Vicario, aut alijs officialibus curiae Episcopalis, vel Seminario, aut sacristiae ecclesiae cathedralis, vel fabricae eiusdem ecclesiae, vel domus episcopalis applicare.
- 6 An Episcopus possit concedere clericis facultatem deferendi arma.

C A P. V.

De Clericis arma deferentibus.

- 1 **D**E iure communi Clericis vsus armorum est interdictus c. 2. de vit. & honor. cler. nisi iusta causa eos excuset, puta si per loca periculosa transitum faciant, ut dicit glof. ibidem, vel pro defensione personae propriae, vel proximi, vel reru. olim 1. & ibi glof. ver. excessistis de Restit. spol. & tractant communiter Doctores in d. cap. 2. de Vit. & honor. cleric. ut dicit Ricc. in Prax. for. eccl. par. 1. ref. 325. quare si contraueniant, possunt excommunicari iuxta tex. in d. c. 2. & amittunt arma ut d. Ricc. loco cit.

Observa tamen, quod tales clerici possunt ex statuto, aut edicto Episcopi puniri poena pecuniaria, &

- & alijs pœnis *cap. si quis contumax*
 & *cap. qui Subdiaconum* 17. q. 4.
Felin. in c. irrefragabilis num. 6. de
offic. ord. quem refert, & sequitur
Piasec. in Prax. Episc. p. 2. c. 4. n. 97.
Ricc. in Prax. for. eccles. p. 4. ref. 118.
 & *d. p. 1. ref. 325. vbi dicit, quod in*
 Curia Archiepiscopoli Neap. clerici deferentes pugionem, vel tormentum bellicum pœna relegationis ad arbitrium eiusdem Curia, ignobiles verò pœna trirremium ad arbitrium condemnantur, & aliquando ex iustis causis pœna pecuniaria mutantur: potest enim Episcopus suis constitutionibus adiuuare ius canonicum imponendo pœnam vbi non est, seu iam impositam à iure canonico ampliare, & augere non solum contra clericos, sed etiã contra laicos *c. 1. vbi glos. in ver. non generaliter de consecr. dist. 3. c. 2. de maior. & obed. c. vt animarum de constit. in 6. & est cõmunis opinio.*
- 4 Huiusmodi verò pœnæ pecuniariae locis pijs applicandæ sunt ex dispositione Concilij Tridentini, *sess. 25. de ref. cap. 3.* ita vt nequeat Episcopus sibi huiusmodi pœnas applicare, nisi esset pauper, & valde indigeret, *vt resoluit Sac. Congregatio teste Ricc. in Prax. for. eccles. p. 4. ref. 126. nec illas conuertere in mercedem Vicarij, seu aliorum officialium curia episcopalis ex declaratione eiusdem Sac. Congregationis apud Piasec. in Prax. Episc. p. 2. c. 4. n. 97. Vulp. in Prax. iudic. c. 46. n. 3. nec possit illas applicare seminario, aut sacristiae ecclesie cathedralis, vt censuit etiã Sac. Congregat. apud Ricc. in Prax.*
- 6 *vt sup. p. 4. ref. 127. 128. 129. & 130*
 nec fabricæ eiusdem ecclesie cathedralis, vel domus Episcopalis, vbi ecclesie reditus esset pingues, & ita etiam resoluisse Sac. Congregationem testatur Barbof. *de offic. & pot. Episc. p. 3. all. 107. n. 19.* ratio est, quia cū ad hæc omnia teneatur Episcopus, applicatio huiusmodi cederet in ipsius Episcopi commodum, *vt probat Ricc. in Prax. p. 4. ref. 127. & seq.*
- 6 Quæres, an Episcopus possit Clericis concedere licentiã deferendi arma? affirmat Ricc. *in Prax. p. 1. ref. 482.* quod intellige concurrẽte legitima causa, vt sup. diximus.


S V M M A R I V M.

- 1 Cõfessarij sollicitantes mulieres, vel masculos ad turpia suspecti sunt uebementer de fide.
- 2 Possunt procedere contra eos etiã ordinarij locorum.
- 3 Qua pœna plectendi sint huiusmodi sollicitantes.
- 4 Denunciandi sunt etiam si se emendauerint.
- 5 Refertur contraria opinio.
- 6 Regulares puniti per S. officium eo ipso fiunt inhabiles ad gradus, & officia religionis.
- 7 In quibus casibus incurrantur pœna contra sollicitantes, & n. 8. & 9.
- 10 Tenetur mulier sollicitata denunciare confessarium, etiã si sollicitationi consenserit, limitatur n. 11. 12. 13. 14. & 15.
- 16 An denunciandus sit Cõfessarius qui de rebus turpibus cū pœnitente cõfabulatur in cõfessionario.
- 17 Quomodo probetur hoc delictum.

CAP.

C A P. VI.

De Confessarijs sollicitantibus
Mulieres in Confessione.

- 1  Confessarij in cōfessione sollicitantes mulieres, vel masculos ad turpia suspecti sunt vehementer de fide *Quarant. in ver. cōfessor vers. sciendum Genuens. in Prax. Arch. cap. 66. num. 2. Ricc. in Prax. for. eccl. par. 3. ref. 66.* & ideo contra eos iure merito procedunt hæretica prauitatis Inquisitores, *Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 2. all. 40. num. 41.* & alij: possunt tamen etiam ordinarij procedere ex cōstitutione Gregorij XV. incip. *Vniuersi Dominici gregis, quam refert Bonacin. to. 1. disp. 6. de oner. & oblig. denunc. pun. 3. nu. 1. & seq. & præcipue num. 23.*
- 2 Huiusmodi verò sollicitantes pœna suspensionis ab exequutione ordinum, priuationis beneficiorum, dignitatum, officiorum quorumcunque, ac perpetuæ inhabilitatis ad illa, nec non vocis actiua, ac passiua, si regulares fuerint, exilij, damnationis ad trimeses, & carceres etiam in perpetuum, alijsque pœnis arbitrio Inquisitorum, aut ordinariorum, pro criminum qualitate, & circumstantijs puniuntur, & si grauiores pœnas pro delicti enormitate meruerint, debita degradatione præcedente curiæ seculari tradi debet ex d: cōstitutione Gregorij XV.

4 Præterea tales sollicitantes denunciandi sunt, etiam si se se emendauerint, quia huiusmodi denunciatio nõ tantum instituta fuit ad emendationem delinquentis, sed etiam in pœnam; & ideo iudicialiter fieri debet, *vt dicit Bonacin. loco cit. d. pun. 3. num. 9. Lezan. in sum. qq. reg. tom. 1. cap. 19. num. 34.* quamquam differri aliquando potest ex iusta, & rationabili causa arbitrio Confessarij, *vt dicunt Doctores, quos refert, & sequitur Dian. par. 1. tr. 4. ref. 27.*

5 Alijtamen sceminam sollicitatam a denunciatione excusant, si ei constet de emendatione ipsius sollicitantis, aut si sollicitans ex aliorum delatione confessus, vel conuictus abiurauit, *ita Peirin. to. 2. constit. 4. Greg. XV. §. 9. num. 32.* & alij apud Dian. loco cit. ref. 26. præsumitur autem emendatio, vel ex lapsu trium annorum, vel si eadē mulier sollicitata ter, vel quater ad eundem confessarium accedens non iterum in eo libidinis signa reperiatur, *vt dicunt Doctores apud Dian. par. 4. tr. 5. ref. 23.*

Addit Souf. in Aphor. Inquis. lib. 1. cap. 34. num. 57. Peirin. loco citato numer. 26. quod neque esset denunciandus Confessarius, si crimen esset occultum, & habeatur moralis certitudo, quod seruato fraternæ correctionis ordine emendabitur.

6 Item Regulares puniti per S. Officium, pœnitentijs salutaribus exceptis, eo ipso fiunt inhabiles ad gradus, & officia Religionis, nec possunt rehabilitari nisi per summum Pontificem, vel per Sac.

Sac. Congregationem ex decreto Urbani VIII. ut refert Dian. p. 4. tr. 5. ref. 48.

7 Et hæc procedunt, etiamsi confessorius leuia verba dixerit, aut signum leue fecerit indicatiuum amoris lasciu, puta si faciem penitentis laudauerit a pulchritudine ad penitentem alliciendum omittis verbis expressioribus: quia hoc etiam casu abutitur sacramento penitentię *Lezan. in Sum. to. 1. d. cap. 19. num. 34. & hanc esse probabiliorem dicit Dian. par. 1. tr. 4. ref. 31. ubi citat Acugn. in tract. de Confess. sollicit. q. 7 per tot.*

8 Eademque pœnas incurreret sacerdos, qui paulo ante, vel post confessionem, seu occasione, vel pretextu confessionis, etiam ipsa confessione non sequuta, siue extra occasionem confessionis, in confessionario, aut loco quocunque ad confessiones audiendas destinato simulans ibidem confessiones audire mulierem sollicitauerit, ut constat ex dicta constitutione Greg. XV. & notat etiam *Geminus loco cit. num. 2. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. ref. 323. vnde confessor, qui audiens in confessione, feminam esse leuem, ipsaque finita lenonem mittit ad domum ipsius, ut eam sollicitet, comprehenditur sub hac constitutione, cum hoc faciat occasione confessionis, ut post *Graff. dicit Lezan. in Sum. to. 1. cap. 19. nu. 34.**

9 Eadem quoq. pœna punitur, qui non solum verbis, sed etiam factis mulieres ad turpia sollicitauerit, puta si eas osculatus fuerit, manum, vel aliam corporis partē

libidinosè tangeret, aut tactu oculorum, aut signo aliquo ad libidinem prouocaret *Graff. conf. 7. de Pœnit. & remiss. quem refert, & sequitur Vulp. in Prax. iudic. c. 36. num. 6.*

10 His addē, quod tenetur mulier sollicitata denunciare confessarium, etiamsi sollicitationi consenserit: non tamen tenetur aperire copulam, seu consensum, nec super dicto consensu Confessorius denūtiatus ab Inquisitoribus, seu Episcopis est interrogandus, ut declarauit S. Congreg. anno 1624. teste *Diana par. 4. tr. 5. ref. 31. imò si penitens volens, aut imprudens crimen patratum cum confessario manifestauit, non ob id punienda est: quia denunciatio non precipitur, ut penitens puniatur, sed Confessorius, qui penitentem sollicitauit, ut dicit *Bonacin. d. disp. 6. pun. 3. numer. 10. & alij.**

11 Limita tamen 1. in Confessorio sollicitante ad alia peccata, quam venerea, seu turpia, etiamsi huiusmodi peccata essent his grauiora: quia verba Pontificis diriguntur ad sollicitationem tantum carnalem, & in delictis non fit extensio *Lezan. loco cit. Dian. par. 1. tr. 4. ref. 20. Bonacin. ubi supra dicit. pun. 3. nu. 7. vers. limitatur tamen: quemadmodum nec dictæ constitutionis dispositio procedit contra prouocantes ad actus inhonestos in sacramento Baptismi, matrimonij, vel alio sacramento; quia summus Pontifex loquitur tantū de sollicitantibus in sacramento confessionis, ut dicunt *Doctores**

M m m apud

apud Bonacin. d. pun. 3. num. 14.

- 12 Limita 2. si mulier sollicitaret Confessarium. tunc enim nec penitens tenetur ex vi dictæ constitutionis denunciare confessariū, si fortè sollicitantis mulieris libidini consenserit, nec confessarius tenetur feminā in tali casu sancto Inquisitoris officio deferre: quia constitutio supradicta edita est ad comprimendam Confessariorum audaciā, nec loquitur de feminis ad turpia prouocantibus, sed de confessarijs ad hæc mulieres sollicitantibus, quemadmodum neque pœnæ l. vn. .C. de Rapt. Virg. locum habent, quando mulier raperet virum, ita Lezan. in sum. to. 1. cap. 19. numer. 34. Bonacin. d. pun. 3. num. 17. & 20. Ricc. in Prax. for. eccl. par. 3. ref. 67. Dian. p. 1. tr. 4. ref. 11. & 23. vbi citat Sanctarell. in tract. de Hæresi cap. 46. num. 2. Sanc. in select. disp. 11. num. 25. & 26. Homobon. de exam. eccl. tom. 2. tract. 11. cap. 12. q. 26. & alios.
- 13 Limita 3. in laico, ad quem femina se transtulit animo confitendi sua peccata putans, ipsum esse sacerdotem: hic enim non subijcitur pœnis dictæ constitutionis sollicitando huiusmodi mulierem, quia summus Pontifex expressè loquitur de sacerdotibus sollicitantibus, vt post Sanctarell. dicit Bonacin. loc. cit. d. pun. 3. n. 8.
- 14 Limita 4. in eo, qui mandauit confessario, vt sollicitaret pro se penitentem: tum quia dicta constitutio non loquitur de mandante: tum quia pœnæ non sunt extendendæ: tum quia quando

lex vult punire non solum faciētem, sed etiam mandantem, id explicat; vnde in cap. mulieres. §. illi. verò de sent. excom. extenditur ad mandantem excommunicatio, quæ in cap. si quis suadente 17. q. 4. lata erat tantum contra percutientes clericum; alijs tamen pœnis grauius plectendus est mandans in tali casu, ita Dian. p. 1. tr. 4. ref. 22. quicquid dicat Ricc. in Prax. p. 3. ref. 65.

- 15 Limita 5. in confessario, qui de tali delicto infamatus non sit, tunc enim denunciari non debet, secundum Fagund. de Præcept. eccl. pr. 2. lib. 4. cap. 3. nu. 31: quod videtur probari ex constitutione Pij IV. incip. Cum sicut nuper, quam refert Quarant. in ver. Confessor. ibi, de præmissis quomodo libet diffamatus, præsertim cum hæc constitutio fuerit approbata, & confirmata per dictam constitutionē Greg. XV. sed contrariam tenent alij DD. quos refert, & sequitur Dian. par. 4. tr. 5. ref. 1. vbi etiam dicit, quod ad hoc non requiritur infamia simpliciter, sed ea quæ quocunq; modo talis dici queat, puta si confessarius non habeat integram, & illæsam famam, sed laceratam per notitiam præsertim fœminarum iuxta tex. in cap. indēnitatibus. §. sane de elect. in 6.
- 16 Sed quæres, an denunciandus sit Confessarius, qui de rebus turpibus in confessionario cum aliqua muliere confabulatur absque sollicitatione ad aliquid inhonestum perpetrandum? affirmatiuè respondet Dian. d. par. 1. tr. 4. ref. 11. vbi citat Peirin. to. 2. constit. 4. Greg.

Greg. XV. In. 2. num. 2. adque probat ex dicta constituit. Greg. XV. ibi sicut cum eis illicitos, & inhoneſtos sermones, siue tractatus habuerint.

17 Hoc autem delictum cum difficilis sit probationis, testibus etiam singularibus probatur concurrentibus tamen presumptionibus, & alijs adminiculis; & ideo creditur pluribus feminis, quæ singula seorsim affirmant, se à confessario fuisse sollicitatas, ut constat ex d. constit. Greg. & notat Bonacin. ubi supra pun. 3. num. 25.

An verò hoc crimen plene probetur ex testimonio duarum feminarum? affirmat Ricc. in Prax. par. 2. ref. 440. modò sint omnimoda exceptione maiores: alij verò negant quia femine leues sunt, & mutabiles: tum quia sacerdotes facili negotio retraherentur ab excipiendis confessionibus timore falsæ denunciationis, ita Bonacin. loco cit. num. 26. & alij. Vnde quatuor feminas ad hoc exposcit A-cugn. de conf. sollicit. q. 23. quem refert Dian. d. par. 1. tr. 4. ref. 28. ubi etiam dicit, ex vnius femine quantumuis honestæ delatione non esse confessarium in carcerem deturndum.


Verum hæc omnia remittuntur arbitrio prudentis Iudicis, qui considerare debet circumstantias, & qualitates tam feminarum, quam Sacerdotum, ut ex dicta constitutione Gregorij, & dicit idem Dian. loco cit. d. ref. 28. & p. 4. tr. 6. ref. 21. & alij apud. Bonac. d. pun. 3. num. 27.

S V M M A R I V M.

- 1 Clerico regulariter non licet negotiari.
- 2 Quid veniat nomine negotiationis Clericis interdicta.
- 3 Qua pœna clericus negotiator plectendus sit.
- 4 An clericus minoribus ordinibus tantum insignitus exercere possit negotia secularia.
- 5 Quid si clericus etiam in sacris, ac beneficiatus succedat conductori.
- 6 Et quid si clericus indigeat.
- 7 Necessitatis causa licitam reddat negotiationem alioquin illicitam.
- 8 Quando possit clericus officium Aduocati, vel Tabellionis exercere.
- 9 An valeat instrumentum factum in negotijs secularibus per clericum, vel Monachum Notarium.
- 10 Quando possit clericus artem medicam, vel chirurgicam exercere.
- 11 An laici Medici, vel Chirurgi sint irregulares.
- 12 Et quid si clericus in minoribus huiusmodi artes exerceat, ibid.
- 13 Quando clericus possit procuratoris officium exercere.
- 14 Item quo casu ei licitum est tutellam, seu curam suscipere.
- 15 An clericus possit aliquid inueneri ex honesto artificio.
- 16 An possit vendere vinum per minutum, & in domibus ecclesie.
- 17 Quot actus requirantur, ut clericus dicatur negotiator.

CAP. VII.

De illicita negotiatione.

- 1  Clerico regulariter ne-
gotiari non licet *c. ne-
gotiatorem 88. dist. cap.
fin. de Vit. & bon. cle-
ric. siue negotietur
per seipsum, siue per interpositā
personam glos. communiter recep-
ta in cap. 1. ver. conducere Ne cler.
vel mon. Genuens. in Prax. Archiep.
cap. 62. num. 6. Ricc. in Prax. for. ec-
cles. par. 3. ref. 205.*
- 2 Ex quo infertur, quod Cleri-
cus non potest conducere alienas
possessiones non tantum prophana-
nas, *ut in d. e. 1. Ne cler. vel mon.*
sed nec etiam ecclesiasticas, & 4
*beneficiales cap. peruenit 86. dist.
Ferr. qq. mor. par. 1. q. 66. nu. 6. & 7.*
nisi fortè conduceret prædiolum
animi recreandi causa, vel si alijs
ipsius clerici prædijs esset cir-
cumdatum ad euitandas rixas,
vel damna, *ut d. Ricc. in Prax. for.
eccles. par. 1. ref. 485. nec potest offi-
cium Medici, aut Chirurgi exer-
cere, præsertim si interueniat adu-
sio, vel incisio cap. sententiam
sanguinis Ne cler. vel mon. neque
causas criminales, & ciuiles cor-
am Iudice seculari defendere, 5
cap. 1. de postul. neque tutelam, aut
curam suscipere c. Cyprianus 21.
q. 3. nec tabellionatus officium,
agere c. sicut Ne cler. vel mon. nec
Iudicis secularis officium exerce-
re cap. sed nec & cap. clericis eod.
tit. Ne cler. vel mon. & si fortè ad
huiusmodi secularia officia asse-*

matur, non poterit cogi ad ra-
tionem suæ administrationis red-
dendam coram Iudice seculari
*Ricc. in Prax. for. eccles. par. 2. refol.
413. & alij communiter.*

Vnde si tertio monitus se à se-
cularibus negotijs non abstinue-
rit, eo ipso amittit quoad bona
priuilegium clericale *cap. fin. de
Vit. & honest. cleric. potest etiam
suspendi c. peruenit ubi glos. in ver.
correctioni 86. dist. ac etiam de-
poni iuxta cap. sed nec ex. Ne cler.
vel mon. quod intellige, si fuerit
incorrigibilis, ut dicit Grass. p. 2.
lib. 3. cap. 2. nu. 19. vel poterit alijs
etiam maioribus pænis arbitrio
ordinarij imponendis puniri iux-
ta Conc. Tridentinum sess. 22. de
ref. cap. 1.*

Limita 1. in clerico minoribus
ordinibus tantum insignito non,
beneficiato, qui non prohibe-
tur exercere negotia secularia,
alias licita: iura enim loquuntur
de Clericis beneficiatis, vel con-
stitutis in sacris ordinibus *cap. ad
aures de etat. & qual. Nauar. in
man. cap. 25. num. 110. Genuens. in
Prax. Archiep. cap. 62. num. 9. Ricc.
in Prax. for. eccles. p. 1. ref. 328. Vulp.
in Prax. iudic. cap. 33. nu. 1. Grass.
par. 1. lib. 2. cap. 66. num. 6. Couar.
prætic. cap. 19. num. 8.*

Limita 2. si clericus etiam in sa-
cris ac beneficiatis succedat cõ-
ductori iure hereditario: tunc
enim non prohibetur continuare
conductionem usque ad præfinitum
tempus, *ut dicunt Doctores,
quos refert, & sequitur Prosp. de
Aug. ad Quarã. in ver. vestigal. vers.
queritur an inter negotiationes.*

6. Limita 3. si propria clerici bona sibi, suisque non sufficerent, aliterque commodè viuere nequirent: tunc enim posset clericus alterius bona cōducere, vel alio honesto modo negotiari: quia necessitatis causa licitam reddit negotiationem alioquin illicitam cap. 1. *Ne cler. vel mon. glos. commu- niter recepta in cap. peruenit. ver. conductiones 86. dist. 8. in cap. negotiatorem 88. dist. Navar. in man. cap. 25. num. 110. Ricc. in Prax. p. 1. ref. 328. Graff. par. 2. lib. 3. cap. 2. nu. 26. & consuet. Sac. Congregatio testè Vulp. in Prax. iudic. cap. 33. nu. 6. & seq.* ubi etiam ex decreto eiusdem Sac. Congregationis resoluit, posse clericos proprios agros, aut beneficiales, vel à se cōducidos vt supra opera laicorū colere, & pro huiusmodi cultura vsu boues, & animalia necessaria emere, illorumque fœtus iusto pretio vendere.
8. Hinc etiam fit, vt possit clericus etiam in sacris, si indigeat, vel beneficia sufficientia non habeat, aduocando sibi victum querere *Leo in Thes. for. eccles. par. 3. c. 4. num. 20. Vulp. loco cit. cap. 33. nu. 13.* exceptis causis criminalibus, in quibus pœna sanguinis venit imponenda: tunc enim quilibet clericus etiam in minoribus constitutus, & non beneficiatus propter periculum irregularitatis ab officio aduocati, & procuratoris ad offensam abstinere debet cap. *sententiam Ne cler. vel mon.*
- Item posset clericus in casu indigentiae fungi officio tabellionatus *Sylu. in ver. Tabellio nu. 3. Ge-*

nuens. cap. 62. num. 28. in curia tamen ecclesiastica, non seculari, vt dicit Leo d. par. 3. cap. 4. n. 7. Pie sec. in Prax. Episc. par. 2. cap. 4. n. 11. ver. quoad exercitium. potest etiã instante necessitate medicinæ artem exercere Nau. cons. 3. Ne cler. vel mon. Bellett. in Disquis. cler. lib. de disciplin. cleric. S. 31. num. 7.

Presumitur verò clericum hæc agere questus, & cupiditatis causa, nisi necessitas probetur c. *decreuit tunc taglos. in ver. conducere dist. 88. Ricc. in Prax. p. 1. resol. 485.*

Potest tamen tolerari consuetudo, qua clericis etiam in sacris, & beneficiatis permittitur exercere tabellionatus officium in causis ecclesiasticis, etiam si alioquin non indigeant: quia hoc officium in huiusmodi causis clericos absolute non dedecet, vt dicit *Layman. in Theolog. mor. lib. 5. tr. 5. cap. 8. num. 4. & alij, quos refert, & sequitur Barbos. in cap. sicut num. 9. Ne cler. vel mon. Vnde in causa hæresis non solum clericis secularibus, sed etiam regularibus etiam constitutis in sacris expresse permissum est in cap. vt officium s. verum de Heret. in. 6. immò ad illud exercendum possunt compelli, vt d. Ricc. in Collect. decis. 1613. par. 5: & in Curia Romana posse clericos in sacris etiã beneficia habentes officium tabellionatus exercere propter Summi Pontificis consensum, & tantæ curiæ dignitatem, dicit *Barbos. in d. cap. sicut nu. 8. Couar. practic. cap. 19. num. 8. & alij.**

Addit *Graff. par. 2. lib. 3. cap. 2. n. 21. & seq. quod textus ind. cap. sicut Ne*

Ne cler. vel mon. vbi clericis in factis prohibetur tabellionatus exercitium, intelligi debet in negotijs secularibus, vt colligitur ex Rubr. vbi dicitur, Ne clerici vel Monachi secularibus negotijs se immiscant; & ideo in foro ecclesiastico possunt huiusmodi officium exercere, vt obseruat etiam Barbof. in d. cap. sicut num. 10. vbi citat Franc. Marc. decis. 194. nu. 2. & 5. Couar. Practic. cap. 19. nu. 8. vers. nam clericus tabellio, & alios: & possunt etiam conficere instrumenta in negotijs spiritualibus, seu ecclesiasticis, si instituti sint a Papa, vel ab Episcopo, secus si a laico, vt post Host. dicit Graff. loco cit. d. cap. 2. num. 22. cum hac tamen distinctione, quod notarius creatus a Papa potest vbiq; conficere instrumenta cap. cuncta per mundum & c. per principalem 9. q. 3. constitutus vero ab Episcopo potest instrumenta conficere per totam diocesim ipsius Episcopi e. regenda 10. q. 1. Bellett. tit. de Discipl. cler. §. 29. num. 10.

9 *Queres, an valeat instrumentum factum per clericum notarium in negotijs secularibus? Resp: affirmatiue, si nondum fuerit illi publice interdictum huiusmodi officium per suum superiorem: secus si prohibitus fuit, & prohibitio huiusmodi transiit in notitiam populi, Bart. communiter receptus in l. vniuersos C. de decurion. lib. 10. Graff. par. 2. decis. lib. 3. cap. 2. num. 21: Barbof. in d. cap. sicut n. 3. Ne cler. vel mon. vbi citat Ferrett. cons. 213. num. 7. Franc. Marc. dec. 194. par. 2. & alios.*

Quare si priuatim tantum prohibitus fuerit, adhuc valebunt instrumenta per clericum confecta. Bellett. tit. de Disciplin. cleric. §. 29. num. 8. vbi de communi testatur; & hec procedunt etiam in Monacho: valent enim similiter instrumenta per eum confecta, nisi publice per suum superiorem prohibitus fuerit: quia non inuenitur textus ea instrumenta irritans, vt contra Couar. pract. cap. 19. num. 8. vers. Monachus tenet Sanch. apud Barbof. in d. cap. sicut num. 4. vbi etiam dicit, quod potest Monachus, qui in seculo erat Tabellio, complere post professionem, & signare instrumenta, que in seculo confecerat, quod etiam admittit Couar. loco cit.

10 *Idem dicendum, si causa pietatis concurrat: tunc enim poterit clericus non tantum artem, medicam, sed etiam chirurgicam exercere erga miserabiles, & cognatas personas, si in his artibus sit peritus Nauar. in man. cap. 25. num. 110. & d. cons. 3. Ne cleric. vel mon. Leo in Thes. for. eccles. p. 3. cap. 9. num. 48. Graff. par. 1. dec. lib. 2. cap. 66. num. 6. neque esset irregularis, si deinde aegrotus decedat, vt dicit Sylu. in ver. homicidium 2. num. 8. & alij apud Bellett. tit. de Disciplin. cleric. §. 31. num. 6. dummodo abstinenceat ab aduisione & incisione cap. sententiam Ne cler. vel mon. si enim ex causa huiusmodi aduisionis, vel incisionis aegrotus moriatur, clericus irregularitatem non effugeret, etiam si omnem adhibuerit diligentiam, & mors sequuta sit ex incuria ipsius*

in-

infirmi cap. tua nos, & ibi communiter scribentes de Homic. volunt. quicquid in contrarium dicant alij Doctores apud Dian. p. 4. tr. 2. ref. 23. nisi forte aduersionem, vel incisionem adhibuerit urgente necessitate, v. g. tempore pestis, quando non adest alius, qui hoc munus praestet; tunc enim clericus non incurreret irregularitatem, secundum Doctores, quos refert, & sequitur Barbof. in d. cap. tua nos num. 3.

Addit Dian. par. 4. tr. 2. ref. 23. quod si clericus etiam extra casum necessitatis secundum peritiam artis inbeat incisionem, vel aduersionem, non incidit in irregularitatem, si mors inde sequatur: quia pena lata contra facientes non ligat mandantes, neque consulentes, nisi exprimantur cap. in panis de reg. iur. in 6. cap. ubi cumque de Poenis eod. lib.

11 Obserua tamen quod laici medici, aut chirurgi non sunt irregulares, etiam si ex aliqua incisione egrotus perierit, dummodo sint in arte periti, & omnem diligentiam adhibuerint Sylu. in ver. homicidium 2. n. 8. Leo in Thef. for. eccles. par. 3. cap. 9. & alij communiter. idemque dicendum est de Clerico in minoribus huiusmodi officia secundum regulas artis exercente, qui ex hoc non prohibetur ad maiores ordines ascendere iuxta cap. ad aures de atat. & qual. etiam si esset beneficiatus: quia haec irregularitas non reperitur in iure expressa, ut dicit Nauar. cons. 3. No cler. vel mon. fieret tamen irregularis medicus de

publico stipendiatus, si ex omissione curandi percat infirmus secundum Hennig. in sum. lib. 14. de Irregul. cap. 12. §. 7. in med. quem refert Barbof. in cap. ad aures nu. 9. de Aetat. & qual.

12 Similiter poterit Clericus beneficiatus, aut in sacris ex eadem causa pietatis coram Iudice seculari defendere causas ecclesiae suae, conuictorum, & miserabilium personarum cap. 1. & cap. fin. de Postulat.

Addit Ricc. in Collect. dec. 2640 par. 7. quod clericis prohibetur exercere officium procuratoris continuum, non autem quando vnam, vel aliam causam defenderent.

13 Item possunt Clerici, si volunt, legitimam tutelam, aut curam suscipere: charitatis enim ratio suadet, ut clerici etiam suis consanguineis opem ferant, & tunc possunt ex bonis pupillorum iuste negociari absque reatu illicita negotiationis, dummodo id agant absque ordinis dedecore, & non sordide: & lucrum, quod ex iusta negotiatione peruenerit, non in suam, sed pupillorum cedat utilitatem c. peruenit, & ibi glos. 86. dist. 1. generaliter, & auth. Proshyteros C. de Episc. & cler. & ita censuit Sac. Congregatio teste Ricc. in Prax. for. eccles. par. 3. ref. 206. ubi citat Craff. par. 2. lib. 3. cap. 2. nu. 13. Viu. dec. 151. num. 7. & alios.

Limita i. quo ad tutelam testamentariam, aut datiuam, quam clerici suscipere non possunt glos. in d. c. peruenit in ver. tutelas, ubi ita intelligit textum in cap. Cyprianus

21. q. 3. supra citatum, & ita etiam tenent alij apud Ricc. d. ref. 206.

Limita 2. in Episcopo, & monacho iuxta auth. Presbyteros C. de Episcop. & Cler. ubi etiam legitima tutela illis intar dicitur. verum hæc auth. correctæ fuit per d. text. in cap. peruenit 86. dist. et ibidem dicit glos. in ver. tutelas, ubi etiam notat, quod ad tutelam miserabilium personarum omnes Clerici, seu Monachi tenentur per tex. in c. episcopus gubernationem 88. dist.

14 An verò clerici possint aliquid lucrari ex honesto artificio? Resp. affirmatiuè ex cap. nunquam de Consecr. dist. 5. c. clericus vultu, & cap. seq. 91. dist. etiam sine necessitate Genuens. in Prax. Archiepif. cap. 62. num. 12. ubi dicit, hanc esse magis communem Grass. par. 2. lib. 3. cap. 2. num. 26. Ricc. in Prax. p. 1. ref. 328. differt siquidem negotiatio ab artificio, quia negotiatio tunc dicitur, quando res empta non mutata forma alteri venditur: artificio verò dicitur, quando prima forma totaliter est mutata, ut ibidem dicit Genuens. n. 2. & alij. vnde licitum est clericis emere vnam, vt vinum faciant, vel oliuas, vt oleum vendant Fer. qq. mor. par. 1. q. 94. numer. 3. & seq. Ricc. in Prax. p. 3. ref. 204. vel emere lanam, & ex ea pannum conficere, præsertim per interpositas personas Vulp. in Prax. iudic. d. c. 33. nu. 4. nisi artificium huiusmodi esset illicitum, aut non conueniens statui clericali, puta pelles, vel coria aptare, taxillos, & chartas lusorias, seu arma bellica conficere, & similia, quæ prohiben-

tur per elemen. 1. de V. it. & hon. cleric. 15 ric. vnde quamuis possint clerici vendere etiam per minutum, & in domibus ecclesiæ vinum recollectum in proprijs, aut beneficiorum possessionibus, hoc tamen non eis licet per seipfos, sed per alios Genuens. d. cap. 62. num. 7. & 8. Ricc. in Prax. par. 1. ref. 328. Vulp. d. cap. 33. num. 10.

16 Vltimò notandum est, quod vt clericus dicatur negociator, plures actus requiruntur, & ideo non sufficeret vnus rei emptio, aut venditio glos. & Bart. in l. 1. §. licet ff. de Tribut. act. Ricc. in Prax. par. 1. ref. 328. & p. 3. ref. 201. Vulp. in Prax. iudic. cap. 33. nu. 9. & alij communiter.

S V M M A R I V M.

- 1 Qua pœna plectitur qui non promotus sacramenta conficit, vel ministrat.
- 2 An eadem pœna puniatur sacerdos, qui absque approbatione ordinarij præsumit audire sacras confessiones.
- 3 Item an eandem pœnam incurrat clericus sacerdos bis in die celebrans.
- 4 An laicus celebrans missam, vel audiens sacras confessiones incurrat irregularitatem.
- 5 An Episcopus possit dispensare in huiusmodi irregularitate.



C A P. VIII.

De ijs qui non promoti sacra-
menta conficiunt, vel
ministrant.

IN cap. 1. de Cler. nō
ordinat. ministr. Cle-
ricus non ordina-
tus, qui se pro cle-
rico ordinato gerit
deponitur ita vt numquam ordi-
netur. Sed ex constitutione Cle-
mentis VIII. quicumque non pro-
motus ad sacrum Presbyteratus
ordinem repertus fuerit, missarū
celebrationem usurpasse, vel sa-
cramentum penitentię ministras-
se a Iudicibus sanctę Inquisitio-
nis, vel locorum ordinarijs tam-
quam ecclesię misericordię indi-
gnus abijciendus est, & ab ordi-
nibus ecclesiasticis, si quos ha-
buerit, ritę degradatus statim cu-
ria seculari per Iudices secula-
res debitis pœnis plectendus tra-
ditur, ut refert Leo in T. hesur. for.
eccles. par. 3. cap. 4. num. 58, Barbof.
de offic. ob. pot. Episc. par. 2. ab. 40.
num. 25. Piasco. in Prax. par. 2. c. 14.
num. 94. & hac pœna puniendi sūt
etiam minores 23. annis dummo-
dō vigesimū ætatis annum com-
pleverint, vt statuit Vrbanus VIII
refte Dian. par. 4. tr. 7. ref. 11. & 12.
vbi etiam obseruat, quod in In-
quisitione Hispanica hæc pœna tra-
ditionis Curie seculari non est
hactenus in vsu, sed delinquens
arbitrio Iudicis punitur inspecta
qualitate facti, & personarum.

2 Hęc tamen pœna non habet locū

contra eos, qui sunt iam Presby-
teri, & non approbati presumunt
audire confessiones: quia dicta
constitutio loquitur de non pro-
motis arg. l. si Preses ff. de Pœn. glo.
in cap. 1. ver. Italia de Tempor. ord.
in 6. Dian. par. 4. tr. 7. d. ref. 11. sed
tunc deponuntur iuxta c. placuit
de Pœnit. dist. 6. & notat etiam
Lezan. in sum. q. 9. reg. to. 1. cap. 19.
num. 41. neque id procedit in
clerico sacerdote bis in die absq.
necessitate, seu legitima causa ce-
lebrante, quem pœna arbitraria
esse puniendum dicit Ferrus q. 7.
mor. par. 1. q. 40. num. 5. Ricc. in
Prax. for. eccles. par. 1. ref. 312. vbi
refert, quod in Curia Archiepisc.
Neapol. quidam sacerdos, qui plu-
res missas celebrabat eodem die,
fuit per triennium ad tririmes
damnatus, & suspensus a celebra-
tione missę, & in hoc etiam casu
contra similes delinquentes pro-
cedunt Inquisitores Barbof. d. p. 2.
all. 40. nu. 46. non tamen priuati-
uē, ut d. Dian. d. p. 4. tr. 7. ref. 12.

Quæres, an laicus celebrans
missam, vel audiens sacras confes-
siones, incurrat irregularitatem?
affirmatiuē respondet Nauar. in
M. x. cap. 27. num. 242. quia solē-
niter facit actum appropriatum
ordini presbyterali, & hanc sen-
tentiam tenent alij DD. apud Diā.
par. 4. tr. 2. ref. 77. per tex. in cap. 1.
de Cler. non ordin. min.

Sed cōtraria sententia videtur
verior: quia hæc irregularitas nō
est in iure expressa; textus enim
in d. cap. 1. loquitur de Clerico nō
ordinato; & ideo non debet ex-
tendi ad laicos, cum simus in pœ-

N a n n a l i -

An, & quando Clerici possint
in Curia sœculari testi-
monium ferre.

nalibus Henric. lib. 2. c. 29. §. 1. &
lib. 14. cap. 6. §. 1. Suar. de Censur.
disp. 11. sect. 3. num. 22. & alij quos
refert, & sequitur Bonacin. de cen-
sur. disp. 7. q. 3. pun. 6. num. 1. Dian.
loco cit.

5 Quæres 2: An Episcopus possit
dispensare in huiusmodi irregu-
laritate cum Clerico, qui non or-
dinatus solemniter baptizauit, aut
missam celebravit?

Rêsp. quod potest dispensare,
vt ministret in susceptis, non au-
tem vt ascendat ad superiores or-
dines; nisi delictum sit occultum,
tunc enim etiam quoad vterio-
res ordines dispensare potest, ita
Petrus Cornelia in 3. par. D. Thom.
tract. 7. de Irregular. disp. 7. dub. 2.
quæst. 2. quem refert Dian. loc. cit.
d. res. 77. vers. verum.

S V M M A R I V M.

1 Quando in causis civilibus, &
criminalibus possit clericus testi-
monium ferre.

2 An possit clericus per suum supe-
riorem compelli ad ferendum
testimonium in casu sangui-
nis.

3 Quando ad evitandam irregula-
ritatem profit protestatio, quod
ad pœnam sanguinis non inten-
dit.

4 Quando testis tenetur in re natu-
ra se se offerre ad testandum,
potest clericus testimonium fer-
re præmissa dicta protestatio-
ne.

5 Dico 2. quod sicut Clericus,
vel Monachus nequit testimonium
ferre



Ico 1. quod in causis ci-
uilibus, & criminalibus
ad defensionem rei, vel
etiam contra ipsum reum in ijs
causis criminalibus, vbi non ve-
nit imponenda pœna sanguinis,
sed agitur ciuilitè ad pœnam
carcerationis, & similes, potest
Clericus in foro sœculari cum li-
centia Episcopi examinari Ricc.
in Collect. dec. 597. par. 3. idem de
Regulari dicit Lezan. in sum. q. 7.
reg. to. 1. cap. 11. num. 24. nullamq.
incurrit irregularitatem ferens
testimonium in fauorem rei, si ob
id sequatur mors Accusatoris:
quia ipsius dictum per se, & ex
natura sua ordinatur ad manife-
standam rei innocentiam, & ad
illius defensionem; Vnde mors
accusatoris respectu testis censetur
sequi per accidens ex ipsius
testificatione: ad incurrendam au-
tem irregularitatem opus est, vt
adsit causa proxima ad mortem,
vel factum ex sui natura sit ad il-
lam directum, ita Saur. de Cens.
lib. 6. cap. 18. num. 11. Suar. disp. 47.
sect. 4. num. 9. Filliuc. to. 1. tract. 19.
c. 9. nu. 257. Vgol. de Irregular. 7.
n. 7. quos refert, & sequitur Dian.
par. 4. tr. 2. res. 96. quibus adde Bo-
nacin. de Censur. disp. 7. q. 4. pun. 3.
num. 4.

2 Dico 2. quod sicut Clericus,
vel Monachus nequit testimonium
ferre

ferre in causa sanguinis, quia sequuta morte, vel mutilatione irregularitatem incurreret *cap. si quis viduam dist. 50. cap. sententiam de Cler. vel Mon. Nauar. in Man. cap. 27. num. 212. & alij communiter*: ita neque ad id potest per superiorem cogi, etiamsi veritas per alios haberi non posset *Ricc. in d. collect. decis. 597. par. 3. & in Prax. for. eccles. par. 2. ref. 208. Lezan. in Sum. to. 1. cap. 11. nu. 24.*

3 nec ad evitandam irregularitatem prodesse in tali casu protestatio ipsius testis, quod ad poenam sanguinis non inrendit: quia hoc tantum admittitur, quando agitur de propria, aut suorum iniuria *iuxta cap. 2. de Homic. in 6. & dicunt Doctores apud Dian. p. 4. tr. 2. ref. 32. & 33.*

4 Limita quando testis tenetur iure naturae se se offerre ad testandum: tunc enim cum non presumatur, ecclesiam in hoc casu imposuisse irregularitatem, poterit clericus testimonium ferre praemissa dicta protestatione, atque ad id potest per superiorem ecclesiasticum compelli *Bonac. in de Censur. disp. 7. q. 4. pun. 3. nu. 1. & alij.*

S V M M A R I V M.

- 1 Laicus non potest esse iudex in causis ecclesiasticis.
- 2 Laicus non potest esse Vicarius Episcopi.
- 3 Bigamus similiter ad Vicariatus officium assumi nequit.
- 4 Sententia lata per laicum Vicarium est nulla.

- 5 Clericus coniugatus non potest officium Vicarij exercere.
- 6 An Episcopus delegare possit laico causas clericorum, vel spirituales.
- 7 An laicus possit esse Assessor Iudicis ecclesiastici.
- 8 Officium Assessoris quale sit.
- 9 An summus Pontifex possit laico concedere facultatem procedendi contra personas ecclesiasticas.
- 10 An Monachus, seu Regularis possit esse Vicarius Episcopi.

C A P. X.

An laicus possit esse Iudex Clericorum.

- 1 **L**aicus regulariter non potest esse iudex neque principaliter, neque incidenter in causis ecclesiasticis, *c. 2. de Iud. c. lator, & c. causa 2. Quis fil. sint legit. ex quo infertur, quod laicus non potest esse Vicarius Episcopi cap. decernimus ubi Rip. n. 56. & omnes de Iud. Piafec. in Prax. Episc. p. 2. c. 4. n. 6. Garc. de Benefic. par. 5. c. 8. nu. 2. Bellett. in Disquis. Cleric. tit. de favor. cleric. real. d. 2. n. 60. & alij apud Barbof. de offic. & pot. Episc. p. 3. all. 54. n. 3. & 4. ubi dicit, quod Vicarius Episcopi debet esse Clericus primae tonsurae ac aetatis 25 annorum.*
- 2 Idem dicendum est de bigamo, hic enim ad Vicariatus officium assumi non potest: quia omni privilegio clericali censetur exutus *cap. vnda Bigam. in 6. nisi forte ab impedimento bigamiae solutus fuerit Garc. loco cit. numer 4. & 5. Barbof. nu. 11. Ricc. in Prax. for. ec-*
- Nun 3 qes.

4 *eccles. par. 2. ref. 261.* vbi etiam dicit, quod sententia lata per laicum Vicariū est nulla, nisi communis error excuset, puta si publicè pro clerico habebatur arg: *l. Barbarius ff. de offic. Prætor.*

5 Inferitur 2. quod neque clericus coniugatus ad huiusmodi Vicariatus officium idoneus reputatur, etiam si contraxisset cum vnica, & Virgine, & deserret habitum, & tonsuram: hic enim potius comparatur laicis, quam clericis *Sylu. in ver. laicus nu. 3. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 2. d. ref. 261. & in collect. decis. 2485. par. 6. Bellett. loco cit. §. 3. num. 20. Sbroz. de Vic. Episc. lib. 1. q. 31. num. 5. & seq.*

6 Inferitur 3. quod Episcopus nō potest laico delegare causas spirituales, neque criminales clericorum *glos. in cap. bene quidem §. præter. 96. dist. Piafec. loco citato Clar. in Prax. crim. §. fin. q. 41. vers. quero numquid Bonac. de censur. in part. disp. 1. q. 16. pun. 2. num. 10. Barbof. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 108. num. 1. & seq. Sbroz. lib. 1. q. 66. num. 21. & de communi testatur Rip. in cap. decernimus nu. 64. de Ind. causas verò ciuiles, seu temporales Episcopus, & quilibet alius Index ecclesiasticus laico delegare potest, dummodò non fiat commissio generalis ad omnes causas *glos. in d. cap. bene quidem ver. præter. Piafec. loco cit. num. 6. Dian. p. 1. tr. 2. ref. 113. & alij, quos refert, & sequitur Barbof. d. par. 3. all. 108. num. 7. & ita practicatur, quamuis contrarium sentiant alij apud Bonac. de censur. in par. disp.**

1. q. 16. sect. 1. pun. 6. num. 1.

Potest etiam laicus esse Assessor Iudicis ecclesiastici in causis ecclesiasticis, & spiritualibus, ac etiam criminalibus contra clericos *Vulp. in Prax. iudic. cap. 33. n. 15. Sbroz. lib. 1. q. 31. num. 10. Barb. d. par. 3. all. 54. num. 7. & seq. & all. 108. num. 6. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 2. ref. 261. Bellett. tit. de fauor. cleric. real. §. 3. num. 18.* vbi addit, quod non potest talis Assessor laicus in huiusmodi causis præferre sententiam, præsertim cum officium assessoris sit solum cōsulere, ac Iudicem adiuuare, *l. 1. ff. de offic. Assess. consiliarios l. non minus & liceat omnibus C. de Assessor.*

Potest autem summus Pontifex causas spirituales, ac criminales clericorum laico committere iuxta communem DD. sententiam, quia tunc iudex laicus non iudicabit propria potestate, sed auctoritate summi pontificis tanquam ipsius delegatus; cum enim id pertineat ad potestatem iurisdictionis, ideo potest delegari *glos. in d. cap. bene quidem ver. præter 96. dist. Rip. in d. cap. decernimus num. 56. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 4. ref. 135. num. 7. Vulp. in Prax. iudic. cap. 43. numer. 4. & 5. Sbroz. d. q. 31. num. 14. & 15. Barb. d. all. 108. num. 1. Diana par. 1. tr. 2. ref. 113. Bonac. in de censur. in part. disp. 1. q. 16. sect. 1. pun. 6. num. 2. & alij.* Vnde refert Ricc. in collect. decis. 2062. var. 5. in Rebellionē Calabria fuisse processum cōtra Clericos & Monachos de licētia summi Pontificis per Iudicē laicum simul cū Iudice ecclesiastico.

Ob.

Observat tamen *Cl. in S. fin. q. 41. vers. sed quid dicendum*, & alij communiter, quod non potest Papa iurisdictionem ordinariam conferre principibus laicis in clericos.

- 10 Quæres, an Monachus, seu Regularis possit esse Vicarius Episcopi? Resp. affirmatiue de licentia tamen sui superioris, dummodo non sit ex ordine mendicantiũ *Franc: Marc. decis. 999. & decis. 1285. par. 1. quem refert Ricc. in collect. dec. 2485. par. 6. & in Prax. for. eccles. par. 2. ref. 351.*

S V M M A R I V M:

- 1 Vicarius Episcopi quando puniatur ab ipso Episcopo, & quando à Metropolitano.
- 2 Vicarius qualis constituendus sit.
- 3 An expediat, ut Vicarius Episcopi sit ciuis.

C A P. XI.

A quo puniri debeat Vicarius Episcopi delinquens in officio.

- 1  Vicarius Episcopi ita delinquat in officio, ut offendat iurisdictionem Metropolitanam, puta si illius iurisdictionem spernat, tunc ab eodem Metropolitano puniatur *cap. 1. de offic. Vic. in 6.* si vero delinquat in officio præiudicando partibus, & iustitiæ, cognitio

& punitio pertinet ad ipsum Episcopum, qui habet facultatem à iure, prout quibus alijs magistratus, coercendi officialem suam appellatione remota *l. nulli officia l. ii. C. quor. appell. non recip. Lotter. in tract. de re benef. lib. 1. quest. 22. nu. 100. & seq. quem refert Barbof. de offic. & pot. Episc. p. 3. all. 54. n. 183.* & tunc priuari potest officio Vicariatus, & officij salario *Ricc. in collect. decis. 2836. p. 7. ubi citat Franc: Marc. decis. 646.*

- 2 Quare Episcopus viros graues, ac doctrina, pietate, & religione præstantes, atque in expediendis litibus, & negotijs diligentes ad huiusmodi officium eligere debet, nè quid eorum incuria succedat, de quo ipse rationem sit Deo redditurus. Vnde non expedit eligere exterum ad Vicariatum, sed ciuem, in quo præsumitur maior fides, ac diligentia, & integritas, *ut d. Sbroz. de Vic. Episc. lib. 1. q. 34. & alij. quos refert, & sequitur Barbof. d. par. 3. all. 54. num. 2. & 3.* præsertim si ciuis esset vir eminentis scientiæ, ac probitatis: tunc enim cessat suspicio, nè fortè amicitia, propinquitate, gratia, aut metu adductus ius aliquo modo quandoque violaret, minusue liberè diceret: quam ob causam S. Carolus Vicarios externos adhibere solebat, *ut narrat Carolus à Basil. S. Petri in eius vita lib. 7. cap. 36. quem refert Barbof. ubi supra.*

S V M M A R I V M:

1. *A quo Iudice puniantur Iudæi, ac Saraceni.*
2. *Qua pœna plectantur Christiani, qui cum Iudæis habitant.*
3. *Quam pœnam incurrant Christiane nutrices, quæ Iudæorum filios lactare præsumunt.*
4. *Qua pœna plectendi sint Iudæi, qui cum muliere Christiana copulam habent.*
5. *Quid si Christianus cognoverit Iudæam, vel Saracenam:*
6. *Qua pœna puniantur Christiani, qui capti à Saracenis, vel Iudæis Christianam fidem abnegarunt.*

C A P. XII.

De Iudæis, ac Saracenis.

- I**udæi, ac Saraceni seculari Iudici subsunt in delictis secularibus, & in causis, quæ inter personas seculares sunt mixti fori, locus est præventioni *cap. postulasti de Iudæis l. Iudæis C. eod. tit. Io. Franc. Leo in Thes. for. eccl. par. 4. cap. 4. num. 12. Ricc. in collect. decif. 434. par. 2. Viu. relatus in Syntag. opin. comm. tom. 2. tit. 30. de Iudæis cap. 8. vers. Iudæos: sed in delictis*
- merè ecclesiasticis iudici ecclesiastico subijciuntur, *et in cap. etsi de Iudæis & Sarac.* Vnde si quid in contemptum Christianæ religionis committant, aut hæreticas propositiones contra nostram fidem proferant, vel si negent ea,

quæ habent communia circa fidem cum christianis, pœna extraordinaria, videlicet pecuniaria, carcerum, verberum, trimum, vel alia arbitrio inquisitorum puniuntur pro qualitate delicti, ac tradi etiam possunt curiæ seculari ultimo supplicio puniendi *ex constitutione Greg. XIII. quæ refert. Dian. p. 4. tr. 7. ref. 2. & notat etiam Ricc. loco cit. Barbof. in c. ad hæc num. 3. de Iudæis & Saraceni. ubi etiam dicit, quod Iudæus retinens nutrices christianas eorundem inquisitorum iudicio sub-*

Christiani verò, qui cum Iudæis habitant, excommunicandi sunt *cap. Iudæi 2. de Iudæis & Saraceni. nisi à Christianis huiusmodi in fideles detineantur tamquam serui: seruilis enim conditio excludit præsumptionem subuersionis, ut dicunt Doctores apud Barbof. in d. cap. Iudæi num. 2. Clericus verò deponitur c. nullus 28. q. 1. eam demque pœnam subeunt laici, & clerici, qui Iudæorum azima comedunt ex d. cap. nullus Christianæ etiam nutrices, quæ eorum filios lactare præsumunt, excommunicari debent cap. etsi Iudæos eod. tit. conuiuia quoque cum Iudæis interdicta sunt ex cap. omnes 28. q. 1.*

Quæres, qua pœna plecti debeant Hæbrei, qui cum muliere Christiana copulam habent? Resp. quod si cum Christiana simplicè fornicationem committant, pecuniaria pœna puniuntur *secundum magis communem opinionem; si verò adulteriū, vel aliud grauius cri-*

crimen cum Christiana perpetraverint, eadem, qua Christiani, plectendi sunt *P. Fichard. relatus in Syntag. opin. commun. to. 1. tit. 30. de*

5 *Iudeis cap. 4.* Christianus verò cognoscens Iudæam, vel Saracenam capitali pœna plectendus est, sicut Sodomita, & ij, qui cum brutis nefariè coeunt *secundum Bonifac. de Vitalin. in tit. de Raptor. in fin. quem refert, & sequitur Graff. par. 2. lib. 2. cap. 27. num. 37.*

6 Quares 2. qua pœna puniantur Christiani, qui capti à Saracenis, vel Iudæis Christianam fidem abnegarunt?

Resp. quod si spontè compareant, & dicant, se adhuc fidem corde retinuisse, tunc abiurant vt vehementer suspecti, & aliè pœnitentiæ salutare inunguntur, exceptis pueris, rusticis, feminis, & alijs similibus personis, qui propter eorum simplicitatem solent abiurare de leui: si verò fatentur, se verè fidem abnegasse, hoc casu vt formales hæretici abiurant, & grauiore pœnitentiæ imponuntur *Geniens. in Prax. Archiep. cap. 68. num. 12. Dian. par. 4. tr. 7. res. 3. ubi citat Aloys. Bariol. in Aphor. lit. P. ver. Pueri §. 2. Pagn. in Direct. Inquis. par. 2. comm. 59: Ricci. ull. de Iur. person. lib. 6. cap. 5. numer. 7. & seq.*

Sed si nō spontè comparuerint, & confiteantur facta apostatica, absque intentione abnegandi fidem, super intentione torquentur: & si post torturam legitimè adhibitam in negatiua persistant, abiurant similiter vt vehementer suspecti: si verò intentionem præ-

uzam confiteantur, tamquam formales heretici abiurant, & vltra abiurationē puniuntur arbitrio Iudicis, qui considerare debet qualitatem metus illati, & personæ delinquentis, vt d. *Pagn. loco cit. & alij apud Dian. ubi supra ref. 3.*

S V M M A R I V M.

- 1 Iniuria illata clerico an sit mixti fori.
- 2 Quando clericus possit pro sua, vel suorum iniuria absque irregularitatis metu agere coram Iudice seculari.
- 3 In quo casu cesset actio iniuriarum.
- 4 Iniuria vni facta toti familia, totique agnationi facta censetur.
- 5 Illata iniuria vni de collegio, vel vniuersitate quando possit agere Vniuersitas, vel collegium nomine proprio.
- 6 Iniuria quibus modis fiat.
- 7 Inferens iniuriam qualiter se plectendus.
- 8 Si non appareat, quis nam ceperit iniurias dicere, neuter de iniuria tenetur.
- 9 Quid si inter plures homicidium committatur unico vulnere, & ignoretur, quis occiderit.
- 10 An veritas conuictij excuset ab iniuria.
- 11 Clerici laicos iniuriantes quomodo debeant eis satisfacere.
- 12 Quando Iudex possit cognoscere de iniuria sibi illata.
- 13 Qua pœna multandus sit qui alapa percutit Potestatem.

C A P. XIII.

De Iniurijs.

S. I.

An iniuria illata Clerico, siue alijs personis Ecclesiasticis sit mixti fori.

- R**esp. affirmatiue, siue de ea agatur ciuilitur, siue criminaliter *Guid. Pap. dec. 562. vbi dicit, quod ita seruatur Ricc. in Collect. decis. 138. p. 1. & dec. 2303. p. 6. vbi citat Vin. dec. 27. Ann. all. 146. Enanc. dec. 597. Marcell. Vulp. in Prax. iudic. cap. 27. per tot. vbi etiam asserit, quod ex officio potest procedi contra iniuriantem, personas ecclesiasticas.*
- 2 Hinc fit, vt clericus tam pro sua, quam suorum iniuria absque irregularitatis metu agere possit coram Iudice seculari etiam criminaliter, preuia tamen protestatione, quod ad penam sanguinis non intendit, etiam si pro certo sciat, Iudicem ad penam sanguinis processurum *Grass. p. 1. lib. 2. cap. 62. num. 32. Ricc. in Prax. for. eccles. p. 4. ref. 247. & in Collect. decis. 618. p. 3. vbi addit, quod hec protestatio reddit accusatorem immunem, etiam si accusator habeat animum protestationi contrarium: hoc tamen procedit in foro fori: non autem in foro conscientie & ideo tunc esset irregularis, licet occultus, quia ius non requirit protestationem mendacem, & fraudolentam, vt dicit Nau. in Man.*

cap. 27. num. 226. Grass. loco citato num. 41.

- 3 Obserua tamen, quod quando agitur ciuilitur ad astimationem iniuriam, non potest offensus postea agere criminaliter, vt *decisum refert Ricc. in Collect. de is. 138. par. 1. vbi etiam dicit, quod cessat actio iniuriarum, si quis propria auctoritate vendicauerit iniuriam sibi illatam, etiam si fuerit primo prouocatus.*
- 4 Obserua 2. quod iniuria vni facta toti familiae, totique agnationi facta ceterum ita, vt cuilibet actio competat *Bart. & alij in hlex cornelia. ff. de Iniur. agere tamen ad priuatum suum commodum, vt sibi pena, vel quid aliud applicetur, competit tantum principali offenso, eique, qui habet offensum in sua potestate, vt Patri respectu filij, vel marito respectu vxoris* *Surd. dec. 89. num. 11. Ricc. in Collect. dec. 138. par. 1. & dec. 3777. par. 8.*
- 5 An vero illata iniuria vni de collegio, vel vniuersitate possit agere vniuersitas, vel collegium nomine proprio? Resp. affirmative, si contumelia, vel iniuria respiciat vniuersitatem *Guid. Pap. dec. 463. nu. 2.*
- 6 Obserua 3. quod iniuria fit tam voce, quam scriptis, tam agendo, seu accusando, quam excipiendo: utroque enim modo fama & existimatio proximi laeditur: & ideo qui crimen alteri opposuit, & illud non probauit, actione iniuriarum tenetur *Ricc. in Collect. decis. 3777. par. 8. vbi citat Surd. dec. 89. n. 2. Magon. dec. Flor. 25. in. 2. & 7.*

S. II.

§. II.

Qua poena puniantur inferentes
iniuriam:

7 **R**esp. quod secundum ius com-
mune arbitraria poena ple-
suntur *Guid. Pap. decis. 562. Clar.
in Pract. crim. §. Iniuria vers. sed
quero Graff. par. 2. lib. 3. cap. 4. n. 4.*
& ut plurimum in exilium mittun-
tur *Ricc. in Collect. decis. 1783. p. 5.*
vnde delictum occasione iniuria
perpetratum poena etiam extra-
ordinaria esse puniendum dicit
idem *Ricc. in Collect. decis. 1841
par. 5.* potest etiam iniuriam pas-
sas a Iudice petere ut iniuriantem
condemnet, vel ad petendam
sibi veniam, vel ad estimationem
iniurie *Gratian. dec. Rot.
March. 199. quem refert, & se-
quitur Ricc. in d. Collect. decis.
3777. par. 8.* tunc autem non at-
teditur quantitas deducta ab ini-
uriato, sed iudex consideratis om-
nibus circumstantiis, & qualitati-
bus augebit, vel minuet quanti-
tem pro suo arbitrio *§. Poena au-
tem Instit. de Injur. Surd. d. decis.
89. nu. 9.* Vnde si quis calore ira-
cundia, vel prouocatus in alium
verba iniuriosa proferat, mitius
punitur, *Ricc. in Pract. for. eccles.
par. 1. ref. 583. & in d. Collect. decis.
3777. par. 8. Graff. par. 2. lib. 2. ca-
pit. 17. num. 28.* vbi etiam dicit,
8 quod si non apparet, quis coepe-
rit iniurias dicere, neuter de iniu-
9 ria tenetur: quemadmodum si in-
ter plures homicidium commit-
tatur vnico vulnere, & ignoretur,
quis occiderit, omnes sunt absol-

uendi *Peguen. dec. 63. quem refert
Ricc. in Collect. dec. 129. par. 1.*

10 **A**ddit *Magon. dec. Rot. Flor. 25.*
Ricc. in collect. dec. 138. par. 1. quod
veritas comitij excusat ab iniuria,
contrarium tamen videtur veri-
us: quiaque tangunt ignominiam
alicuius detegi prohibentur, *ita
Graff. d. par. 2. lib. 2. cap. 17. nu. 23.
& 24.* & hanc communem dicit
*Clar. ind. §. Iniuria vers. ite qua-
ro in fin.*

11 **O**bserua tamen, quod licet Cle-
rici laicos iniuriantes debeant eis
competenter satisfacere, non ta-
men decet, quod clerici sequant
genua, vel aliud faciant, quod ten-
dat in opprobrium clerici *c. quan-
do 86. dist. Graff. d. par. 2. lib. 2. cap.
17. num. 38.*

§. III.

*An Iudex possit cognoscere de
iniuria sibi illata.*

12 **R**esp. quod Principes, & alij no-
recognoscentes superiorem
possunt de iure, & absoluta pote-
state cognoscere de tali iniuria,
sive fuerit manifesta, sive occulta
*l. 1. C. si quis Imperat. o. Guisfa-
rius & ibi glos. 23. q. 4.* licet de
honestate deberent potius causa
delegare, *ut ex c. 1. de maled. ob-
seruat Graff. decis. cas. conse. par. 2.
lib. 3. cap. 15.* inferiores vero non
possunt de iniuria sibi facta cogno-
scere, nisi sit notoria, & illata ra-
tione officij *cap. Romana de Pen-
in 6.* quia cum in notorijs non requi-
ratur causa cognitio *c. de manife-
sta d. q. 2. cum sit Romana de Ap-
pel. non possunt dici iudices in-*

O O O cau-

causa propria, sed potius iuris
exequentores *Gayl. lib. 1. obser. 39.*
Triulsan. dec. 10. num. 34. quos re-
feret Ricc. in Collect. decis. 138. par. 1
nec possent in tali casu vt suspe-
cti recusari *Graff. loco cit. d. cap. 4.*
num. 4. quod procedit, quando
pœna pro tali delicto esset à iure
expressa, secus si esset arbitraria
Graff. vbi supra, & alij Doctores
relati in Syntag. opin. sommun. tit.
de Injur. cap. 1. vers. iniuria quan-
do est notoria.

Hinc infert *Ferr. qq. mor. par. 1*
q. 87. num. 4. quod potest Iudex
ecclesiasticus punire laicos, qui
eoram ipso aliquam irreuerentiã
committunt: & tunc punire de-
bet in continenti sine alia accu-
satione, & iuris ordine præter-
misso, *vt dicit Ricc. loco cit. quem-*
admodum Iudex sine processu, &
causę cognitione procedere po-
test contra filios obsequia paren-
tibus nõ præstantes l. nequicquã
d. de plano, vbi Bart. ff. de offic. Pro-
conf. ita etiam potest Prælati pun-
ire suum subditum pro propria
iniuria, modo id faciat extra iu-
dicium animo corrigendi iuxta
glos. in cap. & qui emendat. dist. 45.
Graff. d. par. 2. lib. 3. cap. 4. nu. 5.

Obserua tamen, quod Iudex
pro iniuria occulta sibi illata po-
test capere delinquentem, & in-
custodiam ponere Principi, seu
Superiori reseruando cognitio-
nem, *vt dicit Graff. loco cit. n. 2.*

Si verò iniuria, quæ infertur in
personam Iudicis redundaret in
Deum, & in ecclesiam, tunc Iudex
potest, & debet iniuriam illam
vindicare siue sit manifesta, siue

sit occulta *iuxta glo. in cap. si quis*
erga ver. priuatur 2. q. 7. S. T. b. 2. 2.
q. 108. art. 1. ad 4. quemadmodum
Iudex punire potest iniuriam,
quæ temp. respicit l. 1. C. de off.
eius qui vic. &c. quamuis reculari
possit vt suspectus, cum secunda-
riò personam eius respiciat Graff.
vbi supra num. 6.

13. Querens, quæ pœna plectendus
sit qui alapa percussit Potestatem?
Resp. quod pœna capitis punitur,
vt deci sua refert Ricc. in Collect.
decis. 1783. par. 5. vbi tamen sub-
dit, quod alapam Iudici non pro-
tribunali, sed inferiori loco infe-
rens, non est damnandus pœna
mortis: si verò Potestati, seu alijs
officialibus resistentiam faciat, ar-
bitraria pœna punitur, *idem Ric.*
in Collect. dec. 559. par. 3. inferens
verò alapam famulo Curie pœna
exilij multatur *Grammat. dec. 14.*
Ricc. in Collect. dec. 1514. par. 5.

SYMMARIUM.

1. Auctor libelli famosi ab utroque
Iudice ecclesiastico videlicet, &
seculari punitur.
2. Quæ sit pœna huius criminis de iu-
re ciuili, & quæ de iure canonico.
3. Conficiens libellum famosum contra sta-
tum ordinis Predicatorum, vel Mi-
norum excommunicatione incurrit.
4. Quid si conficiat simile libellum con-
tra alias Religiones, quibus com-
municata sunt priuilegia Pra-
dicatorum, & Minorum.
5. Et quid si conficeret libellum hu-
iusmodi contra particularem
Religiosum.
6. Referuntur casus in quibus su-
pradictæ pœne non habent locum.

7 Qua poena auctor famosi libelli
de consuetudine plectatur.

CAP. XIV.

De Libellis famosis.

1  Vctores libelli famosi
tam ab ecclesiastico,
quam laico Iudice
puniuntur per c. qui
in alterius 5. q. 1. & l.
vn. C. de famos. libell.

2 De iure autem civili poena capi-
pitis puniuntur, vt in d. l. vn. vbi
etiam hæc poena ad eum extendi-
tur, qui libellum famosum a se
reperit statim non lacerauit,
sed manifestauit; eademque poe-
na plectitur componens libellum
famosum, etiamsi illum non affi-
xerit Ricc. in Collect. decis. 49. p. 1.
Vulp. in Prax. iudic. c. 26. vbi etiã
refert, Pium V. & Greg. XIII. con-
tra conficientes huiusmodi famosos
libellos poenam mortis imposuisse.

Sed iuxta antiquos canones ta-
les excommunicantur, ac verbe-
ribus flagellantur cap. qui in al-
terius, & cap. si qui inuenti 5. q. 1.
Clericus verò potest deponi, quia
est crimen graue, & damnatione
dignissimum Sylu. in ver. libellus
num. 5. Ricc. in Collect. dec. 1630. p. 5
eademque poena puniuntur in-
uenientes talem libellum, & illũ
non lacerantes, vt in d. cap. qui in
alterius, & dicit Sylu. loco cit.

3 Item conficiens libellum famo-
sum contra statum ordinis Præ-
dicatorum, vel Minorum, incurrit
excommunicationem Papæ refer-
uatam ex constitutione Alexandri

4 *Quarti incip. Ex alto, quam refert
Bonacin. de Contract. disp. 2. q. 4.
pun. 9. num. 9. & de Censur. in part.
disp. 2. q. 3. pun. 36. vbi hanc excõ-
municationem extendit ad confi-
cientes similem libellum contra
alias Religiones, quibus commu-
nicata sũt priuilegia ordinis Præ-
dicatorum, & Minorum: immo
tales esse de hæresi suspectos di-
cit Vulp. in Prax. iudic. cap. 26. n. 6
secus esset, si quis conficeret fa-
mosum libellum contra aliquem
particularem Religiosum: quia
hoc priuilegium concessum est in
fauorem Religionis in comuni,
non autem alicuius Religiosi in
particulari, vt dicunt Doctores a-
pud Bonacin. locis cit. Vulp. vbi su-
pra num. 7.*

6 *Limita 1. si crimina in libello
descripta notoria sint. tunc enim
poenæ supradictæ non habent lo-
cũ glos. in d. c. qui in alterius Clar.
in Præf. crim. §. fin. q. 68. vers. li-
belli famosi Sylu. in ver. libellus
num. 5. etiamsi huiusmodi crimi-
na manifestentur in eo loco, in
quo sunt secreta, modo alibi sint
publica Bonac. de Contract. d. disp.
2. q. 4. pun. 9. nu. 9. vers. sexto, & alij.
conficiens tamen libellũ in tali ca-
su non eximitur ab actione iniu-
riarum: vt enim quis eximatur
ab actione iniuriarum non solum
requiritur veritas conuitij, sed
etiam quod absit voluntas iniu-
riandi; quia quæ tangunt ignomi-
niam alicuius, detegi prohiben-
tur, & ideo puniri debet iuxta
§. poena Instit. de Iniur. Graff. p. 2.
lib. 2. cap. 17. num. 23. & seq.*

Limita 2. si quis eadem crimi-

O o o 2 na

na alteri obiecta probauerit, ut
in d. l. x. c. de famos. libel. d. c. qui
in alterius, & ibi glos. 5. q. 1. Sylu.
loco cit. num. 5.

Limita 3. quando libellus famo-
sus non continet crimen, propter
quod veniat imponenda capitalis
pœna: tunc enim capite non pu-
nitur, sed sicut accusatus punien-
das esset glos. in d. l. x. ver. si quis
famosum.

Limita 4. si auctor libelli famo-
si per alium libellum reuocauerit
ea, quæ in eodem famoso libello
proposuerat asserens non esse ve-
ra secundum Ricc. in collect. decis.
1630. par. 5.

Limita 5. si quis ad bonum fi-
nem, vel ex simplicitate manife-
stauit contenta in libello famoso:
ad incurrendas enim pœnas præ-
dictas requiritur dolus, ut scili-
cet infametur ille, de quo libel-
lus conscriptus est Sylu. in ver. li-
bellus num. 5. Grass. par. 2. decis. lib.
2. cap. 17. num. 26. idem dicendum
si bono zelo manifestauit, ut pu-
niatur auctor famosi libelli, & il-
lius pœna alijs sit exemplo: nam
ad hoc expedit, peccata nocen-
tum fieri nota l. i. c. ad l. Iul. repet.
6. qua propter 2. q. 7. sed tunc debet
probare, ut in d. c. quapropter &
c. quidam 5. q. 1. & dicit Grass. loco
citato.

7 Ultimo obseruat Clar. in Pract.
crim. S. fin. q. 68. ver. libelli famosi,
quod tales auctores famosi libelli
aut picturas obscenas seu quid si-
mile in loco publico ponentes in
alterius infamiam de consuetudi-
ne pœna capitis non puniuntur,
sed extraordinaria, videlicet vel

fustigationis, vel ictuum funis, &
ad summam pœna triremium iux-
ta facti, & personarum qualitatē.

S V M M A R I V M .

- 1 Delictum in ecclesia commissum
est mixti fori.
- 2 Qua pœna huiusmodi delictum
punitur de iure ciuili, & can-
onico.
- 3 Quoties in iure certa pœna non
imponitur, delinquens arbitrio
Iudicis punitur.
- 4 An arbitrium iudicis concessum
extendi possit usque ad mortem
naturalem.
- 5 Hodie omnis pœna etiam à iure
determinata est Iudici arbitra-
ria.
- 6 Percutens aliquem in ecclesia
solet pecuniaria pœna multari.
- 7 Quando Iudex possit pœnam au-
gere, vel minuere.
- 8 Quando possit Iudex pœnam cor-
poralem commutare in pecunia-
riam.
- 9 Quando possit Princeps facere
gratiam absque partis remissio-
ne.
- 10 An inferiores Principe possint
suis subditis gratiam facere.

C A P. XV.

De delictis in ecclesia commissis

- 1 **D**elictum quoque in eccle-
sia commissum est mixti
fori, quia ab vtroque
iure punitur ex cap. 2. de
immun. eccles. in 6. vbi rixæ omnes
& strepitus in ecclesia prohiben-
tur

tur, quod etiam prohibet Concilium Tridentinum *sess. 22. in Decret. de obseruan. & exiitan. in celebrat. miss. & ex l. si quis in hoc genus, & auth. sed nouo C. de Episc. & cler. quauis enim delinquens sit laicus, ecclesiasticus tamen in hoc genere delicti est index competens ratione loci sacri, qui est in iurisdictione, & territorio ipsius Abb. in cap. fin. num. 5. de immunit. eccles. Castrensis. in l. 1. nu. 8. C. de Episc. & cler. Roland. conf. 24. n. 6. lib. 2. Car. de Grass. de effect. cleric. off. 1. num. 617. & seq. Leo in Thes. for. eccles. par. 1. c. 13. num. 23. Ricc. in collect. decis. 451. par. 2. Vulp. in Prax. iudic. c. 41. num. 49. Dian. p. 4. tr. 1. ref. 67. quicquid in contrarium dicat Clar. in §. fin. q. 38. vers. vidi etiam.*

2 Et de iure quidem civili poena capitalis, aut exilij, siue verberu pro facti qualitate infligitur, ut in d. l. si quis in hoc genus & d. auth. sed nouo; de iure autem canonico punitur poena arbitraria, cum in d. cap. 2. certa poena non imponatur *h. sac. etio legum, & ibi g. lo. ff. de Poen. cap. de causis §. 1. de offic. deleg. g. lo. & Bart. in l. nemo martyres C. de Sacros. eccl. Marant. de ordin. Iudic. disp. 5. qq. leg. ah. n. 19* quod arbitrium Iudici concessum extendi posse vsque ad mortem naturalem in atrocioribus delictis, dicit Ricc. in collect. dec. 559. par. 3. Mill. in Prax. crimin. tract. de Poen. num. 47. sed contrarium tenet Clar. in §. fin. q. 83. vers. sed quero, & alij apud Barlos. in d. c. de causis num. 12. quorum opinio benignior est, & in praxi sequenda.

5 Item omnis poena etiam a iure determinata hodie est iudici arbitraria ita, vt eam possit ex causa diminuere, & augere *h. hodie ff. de Poen. Alciat. in cap. cum non ab homine num. 29. de iud. Gandin. de malefic. tit. Vtrum poena possit augeri Marant. de ordin. iudic. par. 4. dist. 1. num. 65. Vulp. loco cit. c. 46. num. 14. Piasec. in Prax. Episc. p. 2. cap. 4. de Poen. num. 93. Loccatoll. de quest. iudic. inspect. 5. num. 311.*

6 Addit Sperell. dec. 4. n. 12. quod licet percutiens aliquem in ecclesia etiam absque sanguinis effusione possit per Episcopum excommunicari, quoties id expedire viderit, solet tamen pecuniaria poena multari per cap. si quis in atrio & c. quisquis inuentus 17. quest. 4.

7 Sed quæres, ex quibus causis Index possit augere, vel minuere poenam?

Resp. quod Index aliquando potest augere poenam ordinariam, vt quando multis grassantibus, & delinquentibus opus est exemplo, vt poena vnus metus sit multorum Gandin. d. tit. Vtrum poen. poss. augeri. Mill. in Prax. crim. tr. de Poen. num. 30. quod procedit, etiamsi causam non exprimat Ricc. in collect. decis. 561. par. 3.

Resp. 2. quod potest minueret poenam, vbi delictum commissum fuit calore iracundie, si esset tantus, vt illud deliberatè quis non fecisset *c. ira 11. q. 3. Ricc. in Prax. for. eccles. p. 1. ref. 583. & in collect. decis. 1841. par. 5. contrarium tamen tenent alij apud eundem Ricc. in Prax. vt supra par. 2. ref. 9. alias nul-*

nullum homicidium esset puniendum, quod iracundia plerunque committitur.

Secundò propter nobilitatem, vel paupertatem delinquentis *c. fin. de Pœn. cap. qui contra 24: q. 1. Mill. in Praët. crim. tr. de pœn. num. 16. & seq.*

Tertiò ratione sexus, leuius enim puniuntur mulieres, quam viri *Ricc. in collect. dec. 1841: par. 5. Mill. loco cit. num. 38.*

Quartò si vir sit honestate conspicuus, & non deliquit nisi semel *cap. licet 45. dist. Gandin. loco cit. immò in tali casu potest Iudex pœnam etiam indulgere c. Lugdunensis 9. q. 2. ibi, si tamen eorum probabilem vitam id indulgentia prospexeris promereri Ricc. in Prax. for. eccles. par. 2. ref. 275. ubi citat Tiraq. de pœn. temper. caus. 51. per tot. Alex. cons. 121. num. 8. lib. 7. Farinac. in tit. de indic. & Tortur. quest. 7. n. 185. quibus adde Grammat. decis. 23. num. 7.*

Quintò si impubes delinquit, hic enim licet commiserit delictum puniendum pœna mortis, non solum non puniretur pœna mortis, sed nec alia corporali *l. 1. §. impuberi ff. Ad Syllan. l. de minore ff. de quest. cap. 1. & 2. de delict. puer. Ricc. in collect. decis. 1845. p. 5. idem dicendum de minoribus 25. annorum iuxta tex. in l. auxilium ff. de minor. Grammat. dec. 23. ac de senec. tanta 86. dist.*

Sextò ubi crimen commissum fuit ex simplicitate, vel sine dolo *l. 1. §. excusantur ff. ad Syllanian. c. extuarum de Sortil. dic. tanta 86. dist. vel ex ebrietate l. omne deli-*

ctum §. per vinum. ff. de Re militi qui vero ex furore delinquit, penitus excusatur, quia satis suo furore punitur, nisi interuallis quibusdam sanior sensu efficiatur, & eo momento scelus admiserit: tunc enim morbo eius non est danda venia, sed secundum sceleris immanitatem supplicio est afficiendus, ut in l. Diuus ff. de offic. Praesid. Mill. in Prax. crim. d. tract. de pœn. num. 24. & seq. Addit tamen Ricc. in Collect. decis. 1840: p. 5. quod furioso minuitur pœna etiam in delictis commissis ante furorem.

Septimò si in aliqua arte, vel scientia excellens sit, vel insignis: talibus enim personis non solum minui, sed planè condonari potest pena ordinaria, nisi magnitudo delicti aliud exposceret: tunc enim excellens in arte delinques pœna ordinaria puniri potest, ut decisum refert Ricc. in collect. decis. 1842. par. 5.

Octauò propter merita, & seruitia à se, vel à Patre præstita Principi, vel Reip. *§. sed quod Principi in fin. iuncta glos. in ver. ob meritum instit. de iur. nat. gent. & ciuil. Grammat. dec. 23. per tot.*

Nonò mitius punitur qui clam, quam qui palam delinquit *Ricc. in collect. dec. 1841. par. 5. Mill. in Prax. crim. tract. de Pœnis n. 36.*

Decimò ubi plures delicto interuenerunt, & nescitur quis verè deliquerit *Alciat. reg. 3. præsup. 44. num. 4. & comunem dicit Boss. in tit. de Homicid. n. 26.*

Vndecimò per lasciuia lapsus mitius punitur *l. omne delictum §. per vinum ff. de re milit. quia amor est*

est species furoris *Ricc. in collect. decis. 1843. par. 5.* ubi etiam refert, quemdam iuuenem, qui hac de causa interfecit corrualem, non fuisse punitum pœna mortis.

Duodecimò propter diuturnitatem temporis minuitur pœna, ita, vt non possit homicida decapitari *l. si diano ff. de Pœn. etiã si delictum fuerit iteratum Ricc. in Prax. for. eccles. par. 2. ref. 47.*

Decimotertiò mitius punitur qui tantum consensit delicto, vel ad illud fuit pronocatus, vt *decisum refert idem Ricc. in collect. decis. 261. par. 2.* ubi etiam dicit, quod potest Iudex pœnam illi minuire qui diu stetit in carcere, quia, carcer est pars pœnæ.

Decimoquartò ratione scandalali Iudex mitiorem sententiam dicere potest; quia propter scandalum, & tumultum aliqua postponuntur, & fiunt quæ aliter non fierent *Mill. in Prax. crimin. tr. de Pœn. num. 29*

Decimoquintò, si quis pro cõseruanda sui iuris possessione aliu occiderit, non punitur pœna ordinaria, sed mitiori *Ricc. in Prax. vt supra par. 1. ref. 569. & alij.*

Addunt alij, quod committens crimen aliqua causa motus licet iniusta, ex quo crimine veniret, alias imponenda pœna mortis, excusabitur a pœna prædicta ratione illius causæ, licet iniuste *vt dicunt Doctores apud Grammat. decis. 23. nu. 8.*

8 Quare ex his, & similibus causis pœnam corporalem posse à iudice commutari in pecuniariam iuxta personarum, & criminum,

qualitatem concludit *Ricc. in Prax. par. 4. ref. 120.* quod intellige, modò Iudex possit super crimine dispensare *iuxta glof. notabilem in cap. licet ver. pœnam pecuniariam de Pœn.* Vnde cum Episcopus in adulterijs, & alijs criminibus, quæ sunt minora, possit dispensare *ex cap. At si clerici §. de adulterijs ex. de Iudic. per. consequens in ijs tantum poterit pœnam commutare. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 4. ref. 122. Sbrozz. de Vic. Episc. lib. 2. q. 37.*

Intellige 2. dummodò compositio huiusmodi fiat ante sententiã, non autem post *l. acta §. de amplianda ff. de Re iud. Sbrozz. ubi supra nu. 16. Ricc. loco cit. d. ref. 122.* ubi dicit, quod post sententiam compositiones facere non licet, nisi Pontifici, vel Regi; hoc tamen limitant Doctores, quando in sententia reseruatum fuit ius mutandæ pœnæ, vel concessa fuit resitutio aduersus sententiam; tunc enim Iudices etiam inferiores cõpositiones post sententiam facere possunt, vt dicit *Sbrozz. loco supracit. n. 17. Genuens. in Prax. Archiep. cap. 48. n. 2.*

Intellige 3. dummodò compositio fiat cum remissione partis, vt *d. S. T. bo. 2. 2. q. 67. art. 4. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 4. ref. 121. & in Collect. decis. 3460. p. 8.* quemadmodum Princeps non aliter gratiam facere potest, quam prius concordata parte, vt dicunt Doctores, quos refert, & sequitur *Clar. in §. fin. quest. 59. vers. adde,* nisi fieret pro bono pacis, vel publicæ utilitatis; vel si offensus esset

esset mortuus, vel exterus, vel incognitus; his enim casibus gratia fieri potest absque partis remissione *Ricc. in Collect. decif. 3460. par. 8.*

10. Quæres, an Inferiores Principe possint facere gratiam suis subditis? Resp. negatiuè, nisi quoad pœnas, & bona, quæ eis applicantur *l. acta § de amplianda ubi Bart. ff. de Re iud. Boff. in tit. de Remed. ex sol. clem. Princip. n. 51. Clar. d. q. 59. in princip. secus dicendum est in Episcopo, qui in adulterio, & alijs minoribus criminibus gratiam facere potest iuxta cit. tex. in cap. at si Clerici § de adulterijs.*

Verum de consuetudine Barones contrarium seruant, ut *dd. Clar. & Boff. locis cit.* ita etiam de consuetudine hodie Episcopi faciunt gratiam de omnibus delictis, præsertim si in sententia ad sit clausula, salua moderatione, & gratia &c. ut *d. Genuens. in Prax. Archiep. d. cap. 48. n. 2. Vulp. in Prax. iudic. cap. 46. n. 20.*

Addit Vulp. *d. cap. 46. n. 20.* quod licet Barones in Regno non possint remittere pœnas, nec facere gratiam suis subditis condemnatis per sententiam, quia facere gratiam post sententiam est ius Regium; tamen si condemnati appellauerint ad iudicem secundarum causarum, poterunt facere gratiam appellatione pendente; quia per appellationem rescinditur iudicatum, & reponitur in eo statu, ut possint fieri omnia, quæ possent post litem contestatam, ut dicit Bart. in *lita*

demum n. 3. C. de Procur. quem alij communiter sequuntur teste Maran. de ordin. Iudic. par. 4. dist. 6. n. 16.

S V M M A R I V M.

- 1 Duellum est mixti fori.
- 2 Quas pœnas incurrant Duellantes, vel consilium, aut auxilium præstantes, vel cooperantes ad duellum. Quando à supradictis pœnis excusentur, ibidem.
- 3 Duellum quomodo probandū sit.
- 4 An incurrat supradictas pœnas, qui calore iracundiæ inimicum ad duellum inuitat, & in conti-nenti accedit ad locum.
- 5 Supradicta pœna non procedunt, ubi locus, aut tempus statutum non fuerit.
- 6 An decedentes in duello priuentur Ecclesiastica sepultura, si pœnitentiæ signa ostenderint.

C A P. XVI.

De Duello.

DVelli quoque inter crimina mixti fori numerandū est, cū ab utroque iure prohibetur, ut notat Andr. Alciat in tract. de Singul. certam. cap. 3. & 4. contra glossam in qua actione §. si quis in collatione ver. committente ff. ad l. Aquil. ubi dicit; quod duellum iure Romano non est prohibitum.

2 Illud autem expressè prohibetur in *l. vn. C. de Gladiator. & in Regno Neapolitano* adest Pragmatica statuens pœnam mortis natura.

naturalis ipso iure incurrendam, non solum per ipsos principales audentes prouocare alios ad duellum, etiamsi nullum sequatur certamen, sed etiam per Nuncios intermedios, & assistentes similibus pugnis, & duellis, ut refert *Quarant. in ver. Duellum in fin.*

De iure vero canonico sub varijs pœnis prohibetur in c. monomachiam 2. q. 5. cap. 1. & 2. de Cler. pugn. in Duell. & in Concilio Tridentino sess. 25. de ref. cap. 19. ubi diuersæ imponuntur pœnæ & primo Domini temporales etiam Imperator, & Reges, qui locum ad monomachiam in terris suis inter Christianos concesserunt, eo ipso sunt excommunicati, ac iurisdictione, & dominio illius loci, quem ab Ecclesia obtinent, privati intelliguntur, & si feudalis sit, directis Dominis statim acquiritur: quas pœnas ad eosdem locorum Dominos extendit Greg. XIII. si huiusmodi duellum permiserint, aut quantum in se fuerit, non prohibuerint, ut ex constitutione incip. Ad tollendum, quam refert *Quarant. in ver. Duellum.* idemque de magistratibus, Presidibus; Locumtenentibus, aut etiam militum Ducibus incastris, vel extra ea, in alieno, vel hostili solo, vel cum militibus contrarij exercitus monomachiam in quocunque casu prohibito permittentibus, vel quantum in ipsis est, non prohibentibus, aut post commissum crimen veniam, & impunitatem concedentibus statuit Clemens VIII. in constit. incip.

Illius vices, quam similiter refert Quarant. loco cit. & notat etiam Bonacin. de Censur. in partic. disp. 2. q. 3. pun. 48. num. 25. in fin. Dian. par. 6. tr. 6. ref. 20.

Secundò ex eodẽ Concilio qui pugnam comiserint, quiq; eorum Patrini vocantur, excommunicationis, ac omnium bonorum suorum proscriptionis, ac perpetuæ infamiae pœnam incurrunt, & ut homicidæ iuxta sacros Canones puniuntur: et si in ipso conflictu decesserint, perpetuò carere debent Ecclesiastica sepultura; quod excitata Greg. XIII. constitutione procedit tam in duello publico, quam priuato, etiamsi nulli Patrini, aut socij ad id vocati fuerint, nec loci securitas habita, nullæque prouocatoris litteræ, aut denunciationis chartulæ præcesserint.

Tertiò per dictum decretum Concilij illi etiã qui consilium in causa duelli tam in iure, quam in facto dederint, aut alia ratione ad id quemquam suaserint, nec non spectatores eandem excommunicationem incurrunt: idemque statuerunt Greg. XIII. & Clemens VIII. in prædictis constitutionibus, ubi dictæ pœnæ extenduntur etiam ad mandantes, & alio quo vis pacto cooperantes, etiamsi postea duellum sequutum non fuerit, nisi fortè per ipsosmet cooperantes steterit, nè sequeretur, ut obseruat etiam Bonacin. loco cit. n. 24. & seq. Ricc. in Prax. for. Eccles. par. 3. ref. 49.

Ex quo inferunt Doctores, eum hac excommunicatione non af-

fici, qui auxilium, vel consilium, vel mandatum dedit ad pugnam in duello, vel ad prouocandum ad duellum, sed re integra ante prouocationem, & pugnam influxum sui consilij, mandati, vel auxilij renouauit: neque eum, qui libellum prouocatorium composuit, vel scripsit, si non affixit, nec intimauit: quia tunc per ipsos stat, nè prouocatio, vel pugna, aut libelli publicatio sequatur *Peregr. de Duell. q. 5. quem refert Bonacin. loca cit. nu. 34. & 35. Dian. par. 6. tr. 6. ref. 21. vbi dicit, hoc procedere, etiamsi reuocans consilium, aut mandatum nihil profecerit.*

Quod autem dicitur de spectatoribus, ijdem Summi Pontifices declararunt, id intelligendum esse de spectatoribus ex industria, & ex proposito: vnde transeuntem obiter, & aspicientem duellum, non incurrere supradictas penas dicit *Ricc. in Prax. for. eccles. p. 3. ref. 54. & alij.*

Addit *Bonacin. loca cit. num. 30.* neque eum ligari excommunicatione, qui ad locum duelli causa inspiciendi accessit, sed duellum, vel actus ad pugnam proximus non fuit sequutus: quia non dicitur spectator, & in materia pœnali verba strictè accipienda sūt: *& hanc sententiam sequitur etiã Dian. p. 3. tr. 6. ref. 1. vbi cum Less. lib. 10. cap. 4. dub. 1. n. 83. & Scott. in Bull. Pont. epitom. 155. theorem. 392. à supradictis pœnis excusat spectantem duellum ex occulto.*

Item Ciuitates, castra, & alia loca, in quorum territorijs id faci-

mus scientibus, & tacitè, vel expressè permittentibus, aut tolerantibus Dominis, aut magistratibus, vel Senatu, aut Populo admisū fuerit, ecclesiastico supponuntur interdicto *ex dicta constitutione Clementis VIII. vbi supradictæ excommunicationis absolutio, & interdicti relaxatio sedi Apostolicæ reservatur.*

Clericus verò in duello pugnās vltra supradictas penas: est deponendus *c. 1. de Cler. pug. in duell. & priuandus est beneficijs, dignitatibus, & officijs ecclesiasticis, & est inhabilis ad illa, & alia in posterum obtinenda ex constitutione Pij IV. vt obseruat Bonacin. de Censur. in part. disp. 2. q. 3. pun. 48. nu. 21. idemque procedit quoad Religiosos, vt d. Lezan. in Sum. qq. reg. 10. 3. ver. duellum nu. 18.*

Duellum verò in foro exteriori debet plenè, & concludèter probari cum omnibus suis qualitatibus, videlicet quod spontè, ac deliberatè, & ex pacto inuicem inito, seu ex præuia conuentione ab vtraque parte susceptum fuerit: quia *Greg. XIII. prohibuit duellum ex condicto: condictum autem est vtriusque dimicantis placitum, siue consensus, vt d. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 2. ref. 170. Megal. var. resol. to. 2. ref. 141. nu. 3.*

Secundò quod facta fuerit assignatio loci, & temporis *ex dicta constitutione Greg. XIII.*

Hinc inferunt Doctores, eum qui in rixa, & calore iracundię inimicum ad duellū inuitat, & in continenti accedit ad locum, non esse

esse excommunicatum, nec incurrere alias pœnas contra duellâtes inflictas; quia talis pugna nō fit præmeditatē, nec ex præuia conuentione procedit *Ricc. in Prax. for. Eccles. par. 1. ref. 170. vbi citat. Sanch. in Sum. lib. 2. cap. 39. n. 28. Ludouic. decis. Rot. Lucen. 11. Graff. cons. 4. 5. 6. & 7. de Homicid. quibus adde Marcell. Vulp. in Prax. iudic. cap. 1. n. 49. vbi dicit, quod tunc propriè dicitur fieri calore iracundiæ, quando non deuenitur ad aliquem actum intermediū. Quod procedit etiam in terminis constitutionis Clementis VIII. quamuis enim ibi sub pœna excommunicationis simpliciter prohibeatur prouocatio ad duellum, tamen intelligi debet de prouocatione deliberata, ac præmeditata; ideò non sufficit prouocatio, quæ fit ex rixa; tum quia ita colligitur ex verbis dictæ constitutionis, *ibi, ex composito ineuntes, nec non id scelus suadentes, aut prouocantes*, nam clausula in principio posita refertur etiam ad sequentia *cap. secundo requiris de Appell. tum quia dicta constitutio intelligenda est iuxta communem vsū loquendi, & iuxta sensum aliarum constitutionum, vt d. Dian. par. 3. tr. 6. ref. 1. Bonacin. de Censur. in part. disp. 2. q. 3. pun. 48. n. 5. & seq.**

Addunt alij Doctores, quod neque supradictæ pœnæ contra duellantes haberent locum, etiãsi post conuentionem de pugnando factam in rixa intercedat aliquod temporis spatium, & pugna in determinato loco sequuta sit:

dummodò pugnantes intra illud tempus non se vertāt ad actus extraneos, & alienos ab ipsa pugna, & arbitrio prudentis duret calor iracundiæ: quia principium actionis præcipuè inspiciendum est *Bonacin. loco cit. n. 8. Suar. to. 4. in 3. par. disp. 22. sect. 5. n. 21. & 22. & alij apud Dian. 6. tr. 6. ref. 21. vbi etiam dicit, quod si pugna sequatur eodem die, quo facta fuit rixa, & conuentio, præsumitur commissâ ex eodem calore iracundiæ.*

Inferunt 2. quod neque incurritur excommunicatio, & aliæ pœnæ supradictæ ob quascumque diffidationes etiam animo deliberato factas, si locus, aut tempus statutum non fuerit; quia huiusmodi conflictus non sunt propriè duella, de quibus loquitur summi Pontifices, ita *Bonacin. loco cit. n. 15. & alij communiter.*

Quæres, an decedentes in duello priuentur Ecclesiastica sepultura, si pœnitentiæ signa ostenderint? affirmatiuè respondet *Ricc. in Prax. for. Eccles. par. 3. ref. 53. vbi refert, ita in his terminis sacram Congreg. declarasse, & probatur ex cap. 1. de Torneam. idem tenent alij Doctores apud Bonacin. de Censur. in part. d. disp. 2. q. 3. pun. 48. n. 22. vbi addit, hoc procedere, etiam si ex vulnere ac cepto in duello non statim, sed alio die moriatur, quia hæc pœna inflicta est in detestationem criminis, & ad terrorem aliorum: quamuis contrarium teneat *Dian. par. 4. tr. 4. ref. 192.**

S V M M A R I V M .

- 1 An crimen usurarum sit mixti fori.
- 2 Si coram Iudice ecclesiastico pendeat causa civilis super usuris, Iudex laicus supersedere debet in causa criminali.
- 3 Quibus pœnis plerendus sit qui usuras exercet.
- 4 Hoc crimen quomodo probetur.
- 5 Quando sufficiant testes singulares ad probandum hoc crimen.

C A P. XVII.

De Usuris.

- 1 **N**on mediocris est inter Doctores altercatio, an usurarum crimen sit mixti fori: alij enim putant usurarum prohibitionem à iure canonico originè sumpsisse *ex text. in cap. 2. de usur. & idèd huiusmodi crimen esse merè ecclesiasticum* censet *Graff. par. 2. lib. 2. cap. 24. n. 42. & alij, quibus adde Bart. in l. 1. nu. 6. C. de Sum. Trin. vbi dicit, quod de iure civili usurae erant permittæ per text. in l. eos C. de Usur. ex quo infert Marant. de ord. Iudic. disput. 5. qq. legalium num. 10. Ricc. in Collect. dec. 2078. par. 5. quod Iudex secularis non potest contra usurarios procedere, nisi per particulares constitutiones, & statuta loci usurae prohibeantur.*
- Alij verò tenent, usuras etiam de iure Codicis vetitas esse in

auth. ad hęc C. eod. tit. de usur. & idèd esse mixti fori: & hanc esse magis communem dicunt Doctores relati in Syntag. opin. comm. tit. de Usur. cap. 1. 3. & 4.

Praxis tamen obseruat, quod si quæstio sit facti, puta quia non dubitatur, an contractus sit usurarius, tunc uterq. Iudex est competens *Franc. Marc. decis. 535. p. 1. quem refert Ricc. in Collect. decis. 2078. par. 5. Si verò inter partes vertitur quæstio iuris, scilicet an contractus sit usurarius, vel non, tunc cognitio spectat ad Iudicem Ecclesiasticum priuatimè quoad laicum, vt dicunt Doctores apud Dian. par. 1. tract. 2. ref. 78. Bellett. in Disquis. cleric. tit. de fauor. cleric. real. § 4. n. 130. & communem dicit Clar. § fin. q. 37. vers. quero igitur Ricc. in Collect. dec. 2045. par. 5. siue quæstio iuris huiusmodi in iudicio deducatur principaliter, siue incidenter, cap. tuam de ord. cogn. cap. lator Qui fil. sit. leg. Mart. par. 2. de Iuris. c. 43. n. 75: què refert, & sequitur Layman. l. 4. tract. 9. cap. 2. n. 9: quicquid in contrarium dicat Clar. d. q. 37. vers. quero igitur in fin.*

2 Vnde si coram Iudice ecclesiastico pendeat causa civilis super usuris, Iudex Laicus supersedere debet in causa criminali, etiam si primo loco coram eo fuerit intentata, & expectari debet exitus causæ civilis; quamuis enim causa criminalis regulariter suspendat iudicium civile: *l. per minorem ff. de Iudic. l. fin. C. de ord. Iudic. hoc tamen nõ procedit, quãdo causa criminalis pendet à re-*

solu-

soluzione causæ ciuilibus, & sententia in ciuili causa lata parit exceptionem rei iudicatę in criminali, vt in hoc casu *Gratian. discept. 394. numer. 24. & seq. Rot. in Romana pecuniaria 28. Iunij 1604. coram Millino, quam refert Ricc. in Collect. decis. 1954. par. 5.*

3 Qui verò vsuras exercet, ultra vsuram restitutionem, arbitrio Iudicis punitur tam de iure ciuili, vt d. *Clar. in D. vsura vers. sed qua no Ricc. in Collect. decis. 559. par. 3.* quam de iure canonico *Mirant. loco cit. nu. 4. & 13.* & incurrit etiã alias pœnas impositas in cap. quia in omnibus de *Vsur.*

Addit *Ricc. in Collect. dec. 2046 par. 5.* quod in Regno Neapolis vsuræ prohibentur sub pœna publicationis bonorum.

4 Probari autem debet hoc crimē concludenter per testes, vel confessionem, quādo agitur criminaliter, & ad puniendum *Bursat. cōf. 135. nu. 13. lib. 2. Honded. cōf. 33. num. 56. lib. 2.* quos refert *Ricc. in Prax. for. eccles. par. 2. ref. 52.* nisi contractus sit suspectus ab initio, veluti si probetur, originalem causam fuisse contractum mutui, vel si persona, cum qua contrahitur, sit vilis, & solita fœnerari: tunc enim facilius præsumitur vsura, illaque coniecturis, & præsumptionibus probatur, vt d. *Ricc. loco cit. d. ref. 52.* idem dicendum, quando in contractu interesse taxatur, vel exigitur lucrum cessans non concurrentibus illis tribus cōditionibus, videlicet quod creditor sit solitus negotiari: secundo quod habuerit merces præ-

manibus: tertio quod debitor pecuniæ mutuata fuerit in mora, vt *decisum refert idem Ricc. in Collect. decis. 622. par. 3.* vbi etiam dicit, quod contractus ex modicitate pretij iuncto pacto de retro uendendo iudicatur illicitus.

5 Vbi verò non agitur de certo actu, sed tantum de consuetudine vsurarum, tunc sufficiunt testes etiam singulares, & vsurarum participes concurrentibus tamē præsumptionibus, & coniecturis arbitrio Iudicis *cap. illo vos de Pignor. cap. cum in Dicepsi de Vsur. Ferr. qq. mor. par. 1. 7. 36. nu. 5.* vbi citat *Mascard. de Probat. lib. 3. conclus. 1419. num. 14. & 15. Farinae in Tract. de Testib. q. 64. n. 199. Menoch. de Arbitr. cas. 247.*

SVM MARIVM.

- 1 Crimen Simonia est merè ecclesiasticum.
 - 2 An de iure diuino reperiatur pœna contra Simoniacos.
 - 3 An simonia mentalis obliget ad restitutionem.
 - 4 In vsura mentali sola intentio obligat ad restitutionem.
 - 5 Simoniacus conuenionalis quas pœnas incurrat.
 - 6 Quibus pœnis plectitur Simoniacus realis.
- Quando Simoniacus excusetur à prædictis pœnis,
Item quo casu possit Episcopus cum Simoniacis dispensare, ibidem.
- 7 An qui sciunt aliquos commisisse simoniam, teneantur eosdem reuelare.
 - 8 Quando Simonia dicatur realis.
 - 9 Emens

- 9 *Emens ecclesiastica officia quas pœnas incurrat.*
- 10 *Quid si quis emeret, aut venderet pensionem, aut In patronatus.*
- 11 *Simonia quomodo probanda sit.*
- 12 *Confessio extrajudicialis quando præjudicet:*
- 13 *In Simonia ultra tractatum præcedentem probari etiam debet effectuatio.*
- 14 *Quas pœnas subeant committentes simoniam in ordine.*
- 15 *Quibus pœnis afficiantur mediatores simoniae.*
- 16 *An pœna supradicta procedant contra committentes simoniam in prima tonsura conferenda, vel recipienda.*
- 17 *An Episcopus possit simoniacè ordinatos à suspensione, & alijs pœnis absolueret:*
- 18 *Quas pœnas incurrant committentes Simoniam pro ingressu Religionis.*
- 19 *Quibus pœnis plectantur recipientes, vel retinentes beneficia, vel pensiones cum simonia confidentiali.*
- 20 *Quando à predictis pœnis excusentur.*

C A P. XVIII.

De Simonia.

 Rimen Simoniae est merè ecclesiasticum glos. fin. in cap. cum sit generale de for. compet. quam sequuntur communiter Doctores, Clar. in S. Simonia vers. hoc crimen Bellett. in

Disquis. Cleric. tit. de fauor. cleric. real. §. 2. n. 22. & alij relati in Syntag. opin. commun. tit. de Simon. cap. un. versus fin. Simoniacus enim heretico comparatur cap. quoties de Simon. c. altare 1. q. 3. Gom. de Trienn. poss. q. 12. versus fin.

2 *Observant autem Doctores, quod nulla de iure Diuino reperitur pœna contra Simoniacos præter peccatum, ut constat ex cap. mandato de Simon. vbi sermo est de Simonia etiam iure Diuino prohibita, ut dicit Caiet. in 2. 2. q. 100. art. 6. in respons. ad. 5. vers. mihi videtur, sed omnes pœnæ inductæ sunt de iure humano. Vnde licet Papa incurere possit peccatum Simoniae recipiendo pecuniam pro aliqua re spirituali, ut dicit S. Tho. 2. 2. d. q. 100. art. 1. ad. 7. & ideo non possit liberare ab huiusmodi peccato alium vendentem, siue ementem ab ipso rem spiritualem: nihilominus Papæ auctoritas eximeret à pœnis iure humano impositis omnes, qui cum eo, vel eius consensu faciunt actum simoniacum, ut d. Nau. in man. cap. 23. n. 108. vbi etiam addit, quod eximeret etiam à culpa, & pœna Simoniae iure tantum humano prohibita per l. quidam consulebant ff. de re iud. & ita tenet etiam Sylu. in ver. Simonia n. 19. in fin. quamuis contrariū sentiat Caiet, vbi supra in respons. ad 7.*

3 *Ex quo infert Sylu. loco cit. n. 20. quod Simonia mentalis etiam iure naturali, & Diuino prohibita sola penitentia aboletur, nec obligat ad restitutionem accep-*

torum, etiam si utraque pars hanc simoniam committat, ut in c. fin. de Simon. ea enim, quæ restituenda sunt ratione simonie, non sunt restituenda necessario vigore naturalis aut Divini iuris, sed de consilio solum; si quæ autem obligatio est, ex lege humana est, quæ de interioribus non disponit cap. si cut tuis de Simon. secus est in usura mentali, in qua sola intentio obligat ad restitutionem iuxta cap. consuluit de Usur. & ratio diversitatis est, quia id, quod pro usura datur, involuntariè datur; quod autem datur simoniaco mentali datur voluntariè, quoniam datur animo emendi, vel vendendi, ut d. Caietan. 2. 2. d. q. 100. art. 6. Sylv. in ver. Simonia n. 20. Nau. d. cap. 23. n. 103. vers. quinto non obstat.

5 Simoniacus verò conventionalis licet non incurrat excommunicationem, neque alias pœnas in iure expressas, quæ intelligi debent de actu completo Nau. in man. c. 27. num. 106. Ricc. in Prax. for. eccl. par. 3. ref. 52. Grass. decis. par. 1. lib. 2. cap. 96. nu. 20. & seq. Bonacin. de Simon. disp. 1. q. 7. pun. 1. §. 2. nu. 6. & 7. Piasec. in Prax. Episc. par. 1. cap. 4. num. 48. pecuniam tamen per huiusmodi Simoniam acceptam debet restituere etiam ante Iudicis sententiam cap. de hoc ex. de Simon. Sylv. ubi supra num. 20. Grass. par. 1. lib. 2. cap. 98. num. 7.

Cui verò facienda sit talis restitutio? Resp. quod ante Iudicis sententiã satis est restituere ei, à quo pecunia accepta est Nau. d. cap. 23. nu. 104. Layma. in Theol.

mor. lib. 4. tract. 10. cap. ult. §. 9. nu. 79. & seq. Bonacin. de Simon. disp. 1. q. 7. pun. 3. diff. 1. nu. 2. Dian. par. 4. tr. 4. ref. 157. & 167. sed in foro externo nõ ei, qui turpiter dedit, sed pauperibus, vel ecclesie, aut alteri pio loco arbitrio Episcopi applicari debet: si ob turpem ff. de condict. ob turp. caus. l. 2. C. eod. cap. audiuimus de Simon. S. Thom. 2. 2. q. 32. art. 7. & d. q. 100. art. 6. ad 4. Grass. d. cap. 98. num. 7. Layman. loco cit. Bonacin. ubi supra nu. 24.

Item talis Simoniacus potest etiam deponi ex d. cap. de hoc ex. de Simon. vel alias Iudicis arbitrio puniri Nau. d. cap. 23. nu. 111. vers. ad decimum quartum Piasec. loco cit. par. 1. cap. 4. num. 48. item privari potest beneficio, licet non sit ipso iure privatus Navar. loco cit. num. 104. Gom. in Reg. de Triè. possess. q. 12.

6 Simoniacus verò realis diversimodè punitur; si enim simoniam huiusmodi commiserit in beneficio, est ipso iure excommunicatus, & absolutio reservatur Papæ; præterea omnis simoniacè facta presentatio, electio, provisio, seu quævis alia dispositio ad Dignitatem, officium ecclesiasticum, & quodvis beneficium est irrita ipso iure, nullumque ius per eam acquiritur, sed ad eorum omnium restitutionem etiam ante Iudicis sententiam tenetur, ut in extrauag. 2. de Simon. cap. Inquisitionis de Accusat. cap. si quis neque 1. q. 1.

Item tenetur restituere fructus perceptos, & eos, qui percipi potuerunt S. Tho. 2. 2. d. q. 100. art. 6. ad 7. Ricc. in Prax. for. eccl. par. 1. ref.

ref. 623. atque etiam distributio-
nes, quia istę percipiuntur ratio-
ne tituli, ut dicunt DD: apud Bo-
nacini. de Simon. d. disp. 1. q. 7. pun. 2.
num. 12. non est tamen ipso iure
suspensus, ut d. Nau. in Man. c. 23.
num. 111. vers. tertio. & conf. 91. n.
4. de Simon. nec tenetur ad restitu-
tionem fructuum perceptorum,
ex alijs beneficijs legitimę ob-
tentis: quia dispositio d. extrauag.
habet locum tantum in beneficijs
simoniacę acquisitis, ut post Suar.
d. Bonacin. de Simon. disp. 1. q. 7. pñ.
1. §. 6. num. 12. Renuntians veró
simoniacę licet possit puniri, ac
priuari beneficio, non tamen il-
lud amittit ipso iure: quia renun-
ciatio nulla est Nau. in Man. cap.
23. num. 105. in fin. Layman. in
Theol. mor. lib. 4. tr. 10. cap. ult. §. 8.
num. 77. Gom. in reg. de Trien. pos-
sess. q. 12. vers. & ista.

Item qui beneficium per simo-
niam ab alio commissam ignorá-
ter obtinuit, cognita simonia nō
solum tenetur dimittere benefi-
cium cap. ex insinuatione, & cap. si-
cut tuis de Simon. sed etiam distri-
butiones, & fructus extantes, & al-
ios perceptos post cognitam Si-
moniam S. Thom. 2. 2. q. 100. art. 6.
Grass. d. cap. 98. nu. 3. Nau. conf. 97.
num. 7. de Simon. Quarant. in ver.
Simoniam vers. altera pœna. Bonac.
de Simon. d. disp. 1. q. 7. pun. 2. nu-
mer. 19.

Obserua tamen, quod in tali
casu non dicitur simoniacus, neq.
est excommunicatus cap. de simo-
niacę ex. de Simon. etiã si resignare
nolit Bonacin. d. disp. 1. q. 7. pun. 1

§. 2. nu. 12. & alij. peccaret tamen
retinendo beneficium in tali casu
Nau. conf. 97. num. 7. de Simon.

Nec teneretur dimittere bene-
ficiam, aut fructus restituere,
si prouisus expressę contradixe-
rit, aut prohibuerit, ut in d. cap.
sicut tuis. idemque dicendum,
si alius in fraudę electi ipso igno-
rante pecuniam largiatur, ut eū-
dem ad beneficium inhabilem
reddat cap. nobis fuit eod. tit.

Obserua 2. quod potest Episco-
pus cum taliter electo, seu prouiso
dispensare, dummodò benefi-
cium sit simplex, & prouisus spon-
tę resignauerit, & ratam non ha-
buerit simoniam ab alio commis-
sam cap. penult. de elect. Ricc. in
Prax. for. eccles. par. 2. ref. 31. Nau.
cap. 23. num. 110. vers. tertio. Grass.
d. par. 1. lib. 2. cap. 98. num. 4.

Secus esset, si beneficium sit cu-
ratum: tunc enim Episcopus non
potest dispensare d. cap. nobis de
Simon. idem dicendum, si postea
ratam habuerit simoniam soluē-
do pecuniam promissam, aut red-
dendo solutam, vel si liberę post
notitiam non resignauerit, sed Iu-
dicis sententiam expectauerit d.
cap. penult. de elect. vel si pecunia
tradita fuerit de consensu electi
ante electionem cap. Mattheus de
Simon. his enim casibus requiri-
tur dispensatio Papę, etiam si be-
neficiam sit simplex, ut d. S. Tho.
2. 2. d. q. 100. ar. 6. ad 7. glos. in cap.
de simoniacę de Simon. Nau. conf.
91. num. 5. & 7. de Simon.

Notandum tamen est, quod si-
quis solueret pecuniam ab alte-

ro traditam non eo fine, vt approbaret Simoniam, sed alio, puta nē amicus iacturam patiatur, non censetur ratificare Simoniam. *Nau: conf. 10. de Simon.* vbi etiam addit, quod etiam si ratam habeat Simoniam, non tamen esset excommunicatus, nec suspensus, nec irregularis, neque inhabilis ipso iure ad vñum beneficium, *idem dicit Bonacin. de Simon. d. disp. 1. q. 7. pun. 1. §. 2. n. 12. & seq.*

Observa 3. quod si is, cui collatum est beneficium, cum tali ignorantia facti per triennium possideat, deinde molestari amplius non debet: nam per possessionem triennem plenum ius in beneficio acquirit itā, vt quoad conscientiam etiam sit tutus, *Lajman. lib. 4. tract. 2. cap. 15. Gom. in Reg. de Trienn. q. 12. vers. & ista.*

Præterea Simoniacus realis deponitur, & est infamis *cap. sicut Simoniaci c. de hoc ex. de Simon. cap. inquisitionis de Accusat. S. Th. 2. 2. q. 100. art. 6. ad 3. Gom. in d. reg. de Trienn. q. 12. vers. fin.* hæc tamen poena locum non habet, nisi de Simonia in iudicio constiterit *Sylu. in ver. Simonia n. 19.*

Est etiam perpetuò inhabilis ad dignitates, officia, & beneficia, tam quæ sita per Simoniam, quam ad alia in futurum obtinenda *ex constitutione Pij V. incip. Cum primum §. & vt Simoniaci prauitatis, quam refert Piossec. in Prax. episc. par. 2. cap. 4. n. 51.* Et hæc poena incurritur ipso facto ante vlam sententiam, cum ad sui executionem non requirat hominis actionem *secundum Bonacin. de*

*Simon. d. disp. 1. q. 7. pun. 2. diff. 2. vbi etiam subdit, non posse Episcopum vigore concilij Tridentini sess. 24. de ref. cap. 6. super huiusmodi inhabilitate dispensare; quia hæc non est verè irregularitas. alij tamen asserunt, hanc poenam quoad beneficia in futurum obtinenda itā intelligendam esse, vt non censeatur habere locum in foro conscientia ante sententiam; quia dicta constitutio non punit nisi conuictos in iudicio, itā *Nau: conf. 92. de Simon. & alij.* Vnde Simoniacum posse etiam sine dispensatione alia beneficia adipisci obtenta absolutione ab excommunicatione dicit *Grass. decis. aur. par. 1. lib. 2. cap. 98. n. 2.* nisi simonia sit notoria, vel de illa fuerit condemnatus, tunc enim ratione infamiae impeditur, vt *post Panorm. d. Nau: conf. 91. de Simon.* obtentum tamen beneficium per Simoniam propriam, non potest retinere sine dispensatione Papæ, etiam si sit simplex *d. extratu. 2. de Simon. Nau: d. conf. 91. n. 5. & 7. Ricc. in Prax. for. Eccles. par. 2. ref. 31. & itā etiam censuit sac. Congregat. vt refert Bonacin. de Simon. d. disp. 1. q. 7. pun. 1. §. 6. n. 11.* immò illud vacat ipso iure, & potest impetrari etiam absque alia declaratione, quæ post impetrationem fieri poterit, *idem Ricc. in Prax. vt sup. p. 3. ref. 306.**

Potest etiam beneficijs ante Simoniam obtentis priuari per sententiam iudicis, non tamen est ipso iure priuatus *c. Presbyter 1. q. 1. cap. sicut Simoniaci cap. de hoc ex. de Simon. cap. Inquisitionis de*

Accusat. Bonacin. d. disp. 1. q. 7. puni
2. diff. 1. Nau. d. conf. 92. de Simon.
 Et si pluries huiusmodi crimen
 commisisse conuictus fuerit, præ-
 ter supradictas pœnas etiam cor-
 poraliter est puniendus, & ab or-
 dinibus ecclesiasticis degradatus
 à fidelium consortio eijsi debet
ex d. constit. Pij V.

7 Adde, quod qui sciunt, aliquos
 commisisse, vel procurasse Simo-
 niam, aut in ea mediatores fuisse,
 absolui non possunt, donec præ-
 dictos reuelent *iuxta extra. cum*
detestabile scelus de Simon. obser-
uat tamen Sylu. in ver. Simonia n.
19. quod hodiè hæc pœna non li-
gat, quia est iam abrogata per nõ
vsum.

8 Querens, an Simonia dicatur rea-
 lis, quando ab ytraque parte non
 fuit completa in totum, sed tan-
 tum in parte? affirmatiuè respon-
 det Nau. *conf. 34. n. 1. de Simon.* &
 tunc pœnæ *d. extrau. 2.* retrotra-
 huntur ad tempus factæ conuen-
 tionis Simoniacæ, *ut d. idem Nau.*
in man. c. 23. n. 104. hoc tamen in-
 tellige in foro externo, non au-
 tem in foro cõscientiæ *Layman. in*
Theol. mor. lib. 4. tr. 10. cap. ult. §. 7.
n. 68. vers. deinde in fin. & alij, quos
refert, & sequitur Bonacin. de Si-
mon. d. disp. 1. q. 7. pun. 2. n. 29.

9 Querens 2. an emens ecclesiasti-
 ca officia, quæ spiritualem iuris-
 dictionem, aut administrationem
 habent, incurrat in pœnas *d. ex-*
trau. 2. de Simon.

Alij respondent, quod licet in
 tali casu committat simoniam,
 punibilem à Iudice, non tamen
 ligatur pœnis *d. extrauag. ita Na-*

uar. in Man. cap. 23. n. 111. & 6. 27.
num. 106. vbi dicit, quod d. ex-
trauag. tantum agit de simonia,
quæ committitur in ordine, &
beneficio, & ita etiam tenet
Graff. par. 1. lib. 2. cap. 98. num. 7. &
8. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. ref.
623. Piasco. in Prax. par. 2. cap. 4.
nu. 47. & alij apud Dian. par. 4. tr.
4. ref. 167. vbi dicit, quod Episcopus,
& alij recipientes pretium,
pro huiusmodi officijs non tenentur
illud ante Iudicis sententiam
restituere.

Contraria tamen sententia vi-
 detur verior: quia *d. extrau. lo-*
 quitur tam de Beneficijs, quam
 officijs ecclesiasticis, *ibi, dignitati*
bus, personatibus, officijs ecclesia-
sticis, & quibusvis beneficijs &c.
 & ideò emens officium Vicarij
 Episcopi, Prioris, Prouincialis, vel
 Generalis in Religionibus subij-
 citur pœnis *d. extrauag. ut d. Lay-*
man. in Theol. mor. lib. 4. tr. 10. cap.
ult. §. 7. n. 72. & tenetur huiusmo-
di officia resignare, idem Nauar.
in Man. c. 23. nu. 111. vers. ad 13.
quamuis contrarium teneat San-
ch. in opusc. tom. 1. lib. 2. cap. 3. dnl.
113. num. 6. quem refert, & sequi-
tur Dian. d. par. 4. tr. 4. ref. 167.

10 Emens verò, seu vendens pen-
 sionem, vel ius patronatus, seu ius
 presentandi pœnas *d. extrauag. nõ*
incurrit, ut d. Nau. d. cap. 23. n. 111.
in fin. Layman. loco cit. Bonacin. de
Simon. disp. 1. q. 7. pun. 1. §. 2. n. 5.

11 Simonia verò ad effectum pri-
 uationis debet plenè, & conclu-
 denter probari, etiamsi ciuilitè
 agatur *Rot. in Imolen. confidentia*
12. Februarij 1595. coram Pam-
philio

philio, quam refert Ricc. in collect. dec. 1739. par. 5. & ideo non iungitur vnus testis cum fama, latè Gabr. lib. 1. tit. de Probat. concl. 1. num. 12. nec admittuntur coniecture, nisi sint euidentes, & clarę, ac simoniam necessariò concludentes cap. insinuatum, vbi glo. & DD. de Simon. Clar. in §. Simonia vers. fin. neque testes focij criminis, vel singulares, aut deponentes de solutione pecuniarum, si nesciant, ex qua causa fuerint soluta Ricc. in Collect. dec. 1739. p. 5. neque attenditur confessio cedentis post resignationem, si dicat, se resignasse beneficium sub promissione certę summę pecuniarum, vt decisum refert Ricc. in Prax. par. 3. ref. 306. nec item preiudicaret confessio extraiudicialis ipsius rei, vt d. glof. communiter recepta in cap. de hoc ver. confessi de Simon. nisi talis confessio fuerit geminata, tunc enim plene probaret delictum Farinac. in Prax. crimin. q. 82. nu. 13. quem refert Barbof. in d. cap. de hoc nu. 7.

Addit Ricc. in Collect. decis. 2365. par. 6. quod confessio ab aliquo facta tamquam teste non nocet sibi in alio iudicio: idemque esset, si confessio facta fuerit coram non suo Iudice: quia non preiudicaret confitentis, sicut nec tenet sententia lata à non suo Iudice cap. at si clerici de Iudic.

13 Præterea requiritur, vt simonia nedum sit conuentionalis, sed etiam realis, & ideo non solum necessaria est probatio tractatus precedentis iuxta cap. Artaldus 8. q. 3. sed probari etiam debet ef-

fectuatio, que sit conformis tractatui, siue conuentioni, alias non probatur simonia, vt decisum refert Ricc. vbi supra d. par. 3. ref. 306. Quarant. in ven. Simonia vers. lemita.

14 Si verò simonia realis commissa fuerit in ordine, vltra excommunicationem Papę reseruatam simoniacè ordinatus eo ipso suspensus est ab excoqutione illius ordinis, & ab omnibus alijs ordinibus etiam licitè receptis d. extrau. q. 2. de Simon. Sylu. in ver. suspensio num. 7. Layman. lib. 4. tr. 10 cap. ult. §. 7. num. 71. & etiam ab alijs suscipiendis, vt apertè declarauit Sixtus V. in sua constit. incip. Sanctum, & salutare, quam contra simoniacos in suo robore reliquit Clemens VIII. in constit. incip. Romanum Pontificem, prout refert Quarant. in ven. ordo §. Tertia, & quarta constit. & si in eis ministrare præsumserit, beneficijs, & officijs ecclesiasticis ipso facto priuatur, quorum dispositio sedi Apostolicę reseruat, & ad illa, vel alia in posterum obtinenda fit inhabilis, & si Regularis fuerit, eo ipso priuatur voce actiua, & passiuā ex d. constit. Sixti V. præterea talis simoniacus deponendus est cap. erga 1. q. 1. Bonacin. de Simon. disp. 1. q. 7. pun. 1. §. 2. nu. 19.

Ordinantes verò simoniacè inspecto iure antiquo incurrunt suspensionem iuris à collatione ordinum per triennium cap. penult. de Simon. sed per d. constit. Sixti Quinti tam à collatione primæ tonsurę, & quorumcumque ordinum, quam ab excoqutione om-

nium munerum pontificalium eo ipso suspenduntur, & ab ingressu ecclesie interdicuntur, & si spreta huiusmodi suspensione, & interdicto in præmissis se temerè ingesserint, etiam à regimine, & administratione suæ ecclesie, seu monasterij, & à perceptione fructuum mensæ eiusdem, & quorumcumque beneficiorum suspensionem eo ipso incurrunt, eiusque suspensionis, & interdicti relaxatio, & pœnarum remissio Papæ reservatur.

15 Mediatores etiã simoniæ commissæ tam in beneficio, quam in ordine eadem excommunicatione ligantur sequuta collatione, seu ordinatione, & ad restitutionem pretij tenentur etiam ante Iudicijs sententiam *per d. extrau. 2. de Simon. immò etiam tenentur in defectum Beneficiarij ad restitutionem fructuum perceptorum à Beneficiario Simoniacò, vel Beneficiarij culpa non perceptorum; quia ipsi censentur causa, & cooperatores damni, ut dicunt DD. apud Bonacin. de Simon. disp. 1. q. 7. pun. 1. §. 2. nu. 1. & pun. 3. diff. 2. num. 6.* non tamen suspensi sunt, quia talis suspensio in hoc casu non habetur in iure, nisi contra præsentatorem ad ordinem per simoniam, qui per triennium ab ordinum executione suspensus est, *ut in cap. penult. de Simon.*

16 Quæres, an dispositio *d. extrau. 2. de Simon.* procedat contra committentes simoniam in prima tonsura conferenda, vel recipienda? Resp. affirmatiuè; quia dispositio

pœnalis explicanda est iuxta vfitatam loquendi formam sacrorum canonum; sacri autem canones vocant primam tonsuram ordinem *e. cum contingat de etat. & qual. & ita tenet Bonacin. d. disp. 1. q. 7. pun. 1. §. 2. nu. 3. vbi citat Vgolin. de Simon. tab. 4. cap. 3. nu. 2. & cap. 4. num. 1. Suar. tom. 1. de Relig. lib. 4. de Simon. cap. 56. num. 5. Layman. lib. 4. tr. 10. cap. 8. num. 71. & alios & aperte statuit Sixtus V. in d. Constit. incip. Sanctum, & salutare.*

17 Quæres secundò an Episcopus à dicta suspensione & alijs pœnis possit simoniacè ordinatos absolueri virtute Concilij Tridentini *sess. 24. de ref. cap. 6.* Negatiuè respondet idem Bonacin. *d. q. 7. pun. 1. §. 7. n. 6. & 7.* quia Sixtus V. in d. constitutione sedi apostolicæ reseruauit absolutionem quoad simoniacè ordinatos, etiamsi casus esset occultus, *cõtra Ricc. in Prax. for. Eccl. p. 2. ref. 31.* qui putat, posse episcopum in tali casu absolueri.

Obserua tamen, quod nullus alius Simoniacus, præterquam in ordine, vel beneficio est ipso iure excommunicatus *Sylu. in ver. Simonia n. 19. Nau. in man. cap. 23. n. 111. vers. 6. & 7.* vbi etiam dicit, quod nullus alius simoniacus, præterquam in ordine, est ipso iure suspensus; quamuis 18 enim *per extrau. 1. de Simon. tam dantes, quam recipientes pro ingressu Religionis excommunicentur, & capitula, seu conuentus eo ipso suspendantur, illam tamen non esse vsu receptam dicit Layman. lib. 4. tr. 10. cap. ult. §. 7.*

S. 7. n. 69. & seq. contra Bonacin. de Simon. disp. 1. q. 7. pun. 1. §. 4. n. 1. Unde ceteri Simoniaci si clerici sint, infamia, & depositione puniuntur: laici verò excommunicantur *c. si quis Episcopus 1. q. 1. S. Tho. 2. 2. q. 100. art. 6* & si commiserint Simoniam occasione ingressus in Religionem, expellendi sunt, et in alio monasterio arctiori includendi ad pœnitentiam agenda *cap. dilectus 2. de Simon. nisi aliter necessitas postulet, vel ignorantia excuset cap. de Regularibus cap. quoniam eod. tit. valida tamen esset in tali casu professio, nec amitterent vocem actiuam, vel passiuam Layman. d. lib. 4. tr. 10. cap. ult. S. 7. n. 70* vel possunt tales simoniaci arbitraria pœna puniri *ex cap. sicut simoniaca, & ibi glos. de Simon. & ex cõstitutione Pij V. incip. cum primum, relata per Piasco in Prax. Episc. par. 2. c. 4. n. 51.*

19 Recipientes autem, vel retinentes beneficia, vel pensiones cum Simonia confidentiali incurrunnt pœnas contentas in *constit. Pij IV. incip. Romanum Pontifici c. 2. & Pij V. incip. Intolerabilis, quas refert Quaranta in ver. simonia:* & primò incidunt in excommunicationem Papæ reseruatam, etiamsi hæc simonia sit tantum conventionalis: sufficit enim, quod quis accipiat beneficium in confidentiam, licet non impleuerit quod promisit, nec possessionem huiusmodi beneficij adeptus fuerit *Nau. in man. cap. 23. n. 110. vers. secundo nota Bonacin. de Simon. disp. 1. q. 7. pun. 1. §. 1. n. 8. & 9.*

Secundò, beneficia in cõfidentia

recepta vacant ipso iure, & illorũ dispositio sedi apostolicę reseruetur, nec valet dictorum beneficiorum collatio, seu pensionum reseruatio, sed illa tenentur dimittere etiam ante sententiam Iudicis, etiamsi huiusmodi simonia commissa ab alio fuerit ignorante prouiso *S. Tho. 2. 2. q. 100. art. 6. ad 3. Nau. conf. 97. n. 7. de simon.*

Tertiò, fructus interim malè percepti ex beneficijs, & pensionibus huiusmodi in vtroq. foro Camere Apostolicę restitui debet: & nõ solũ tenentur restituere fructus perceptos, sed etiam eos, qui percipi potuissent à diligenti possessore *S. Tho. loco cit. immò etiam fructus perceptos propter eorum industriam, & sollicitudinem deductis tamen expensis, & huius sollicitudinibus iusta mercede Quarant. in ver. simonia vers. altera pœna, exceptis fructibus illis, qui alias expensi sunt in utilitatem Ecclesiæ S. Th. d. q. 100. art. 6. ad 3.*

Quartò, priuatur etiã alijs officijs, & beneficijs antea legitimè obtentis, quę pariter sub dicta reseruatione cõprehenduntur, & ad alia obtinenda fiunt inhabiles: quod intellige in foro externo, non autem in foro conscientię: quia bonis proprijs, & iure quęsito, ac possessione nemo in pœnam priuandus est ante sententiam saltem criminis declaratoriam *Quarant. in ver. simonia vers. secundo amplia Layman. lib. 4. tr. 10. cap. ult. §. 8. num. 77.*

20 Limita primo quoad dantes, vel Resiguanes; isti enim non suby-

subyciuntur excōmunicationi late in dictis constitutionibus Pij IV. & Pij V. *et dicunt Doctores apud Bonacin. de simon. d. disp. 1. q. 7. pun. 1. §. 1. n. 11.* incurrunt tamen excōmunicationem *extrau. 2. de simon.* post completam ab utraque parte simoniam; quem admodum mediatores huiusmodi confidentie non excommunicantur ex vi dd. constitutionum, vbi nulla de illis fit mentio, sed excōmunicantur *per d. extrau. 2.* completa tam ex parte dantis, quam accipientis huiusmodi simonia; quia omnis confidentia, de qua dictę constitutiones agunt, est simonia beneficalis *Nau. d. cap. 23. n. 110. vers. adde nouē. Layman. in Theol. mor. lib. 4. tr. 10. cap. ult. §. 8. n. 78. in fin.* nullam tamen excommunicationem incurrerent mediatores simoniae confidentialis commissę in pensionibus, quia *in d. extrau. 2.* sermo tantum est de simonia commissa in beneficijs, & ordinibus ecclesiasticis.

Limita secundō si cōfidentialis simonia commissa fuit in pensione precisē: quia dictę constitutiones intelligi debent de pensionibus, quę ex beneficijs cum simonia confidentiali resignatis, cessis, seu collatis acceptę fuerunt, *ut sentit Bonacin. dicta disp. 1. q. 7. pun. 1. §. 1. num. 10.*

Limita 3. si ipsa renunciatio nō sequatur, quia per dd. constitutiones Pij IV. & Pij V. non punitur affectus, seu tractatus illicitus de renunciando beneficium sub confidentia, *Quarant. in ver. Simonia, ante vers. Altera pœna.*

Limita 4. si confidentia committatur in resignatione, quę sic causa permutationis, quo casu nō confidentia, sed alia communis simonia committitur: quia supra dictę constitutiones loquuntur de resignationibus beneficiorum, quę simpliciter fiunt in fauorem aliorum *Nau. conf. 77. de simon. Layman. lib. 4. tr. 10. cap. ult. §. 3. n. 75. vers. Illud porrō.*

S V M M A R I V M.

- 1 Vnusquisque tenetur denunciare hereticum.
- 2 Quam pœnam incurrat non denuncians hereticum.
- 3 An Aduocatus patrociniū prestatans heretico excommunicationem incurrat.
- 4 An filius teneatur denunciare Patrem hereticum.
- 5 An socius criminis reuelare teneatur.
- 6 Principalis non comprehenditur in monitorio, quod conceditur ad finem reuelationis.
- 7 Quando cesset obligatio denunciandi hereticum.
- 8 Quando graue damnum imminens à denunciatione excuset.
- 9 Quando dicatur metus cadens in constantem virum.
- 10 Vbi non agitur de bono publico, non tenentur reuelare qui de iure compelli non possunt ad testificandum, & quomodò id intelligatur.
- 11 An pramittenda sit ante denunciationem euangelica monitio.
- 12 An suspecti de heresi sint denunciandi.

- 13 Quando dicatur suspicio vehe-
mens, vel leuis.
Abiuratio de leui, vel de vehementi
quomodo fiat, ibidem.
- 14 Quam pœnam incurrant retinē-
tes, seu legentes libros prohibitos.
- 15 Habentes libros prohibitos de-
ferre eos debent Inquisitoribus,
vel Episcopis.
- 16 Legentes, vel retinentes libros
Catholicorum, in quibus rese-
runtur errores hæreticorum, an
incurrant excommunicationem
Bulle Cœnæ.
- 17 An Episcopus, vel Inquisitor pos-
sit licentiam concedere reti-
nendi, seu legendi libros prohi-
bitos.
- 18 Hæresis crimen est merè ecclesia-
sticum.
- 19 Superiores Regularium de hoc
crimine non puniunt suos sub-
ditos, sed eos deferre debent ad
sanctum Tribunal.
- 20 Rei etiam ex alio crimine capti
per alios Iudices, si de hæresi sint
accusati, ad Inquisitores sunt re-
mittendi.
- 21 Si in eodem loco adsit Episcopus,
& Inquisitor, potest uterque in-
quirere, ac reos citare, & arre-
stare.
- 22 Episcopus illum in procedendo
modum seruare debet, quem
Inquisitores seruare tenentur,
& quæ forma seruanda sit in
examine Rei, & testium.
- 23 Ad torturam, vel ad sententiam
neque Inquisitor sine Episcopo,
neque Episcopus sine Inquisito-
re procedere potest.
- 24 Quid sit in sententia proferenda
non conueniant.
- 25 An in hoc crimine possit reus ab-
solutus iterum de eodem crimi-
ne vexari.
- 26 An Inquisitor, & Episcopus pos-
sint pœnas mitigare, vel muta-
re.
- 27 Vbi Inquisitio sita non est, In-
quisitorū munus Episcopi præ-
stant.
- 28 Hæretici formales quibus pœni
placētantur.
- 29 Quid si hæreticus paratus sit re-
dire ad fidem ecclesiæ.
- 30 Qua pœna relapsi puniantur, &
qui sint relapsi, vel pro relapsis
habeantur.
- 31 Hæreticis relapsis, si pœnitentiam
egerint, non denegantur sacra-
menta Confessionis, & Eucha-
ristiæ.
- 32 An sit reconciliandus hæreticus,
qui in tortura hæresim confite-
tur, & deinde huiusmodi con-
fessionem extra tormenta rati-
ficat.
- 33 Quando dicatur quis in hære-
sim relapsus ob non adimpletam
pœnitentiam.
- 34 An damnetur tamquam relapsus
qui de formali abiurauit, si de
secundo lapsu vehementer sit sus-
pectus.
- 35 Quando Curia seculari traden-
dus sit qui abiurare recusat.
- 36 Quam pœnam subeant fautores
Receptatores, vel defensores hæ-
reticorum.
- 37 An Hæreticus pœnitēs remaneat
inhabilis ad retinenda beneficia
post abiuratum hæresim.
- 38 Item an remaneat inhabilis ad
audiendas confessiones.
- 39 An in hoc crimine admittantur
testes


- testes singulares, seu inhabiles.*
- 40 *Condemnatus in pœnam arbitriam ex defectu probationis, an superueniente legitima hæresis probatione possit condemnari in pœnam ordinariam.*
- 41 *An in hoc crimine sufficiat violēta præsumptio ad condemnandum.*

C A P. XIX.

De Crimine Hæresis.

§. I.

An unusquisque teneatur denunciare hæreticum.

- I  Esp. affirmatiuè, ut d. Ricc. in Prax. for. eccl. par. 2. ref. 255. Pagn. in Direct. Inquis. p. 2. 2. commen. 78. vers. postremò tam magistratus, & alij communiter. nã si crimen læsæ maiestatis humanæ quisque tenetur reuelare, multò magis tenebitur reuelare crimen læsæ Maiestatis Diuinę quod procedit, etiamsi delictum adçed sit occultum, ut probari non possit secundum Bonacin. in Tract. de oner. & oblig. denunc. pun. 2. nu. 2. semper enim subest periculum subuersionis aliorum, ut d. Martin. Delrius Disquis. Magic. lib. 5. sect. 4. vers. sexto tenentur, ut de etiam detegenda sunt alia crimina vergentia in damnum publicum, vel in damnum Innocentis etiã si occulta sint, ut dicunt DD. apud Bonacin. loco cit. pun. 1. §. 8. num. 2.

Idem Dicendum, si hæresis quis sciat sub magno secreto etiã iurato, extra tamen sacramentalem confessionem S. Thom. 2. 2. q. 70. art. 1. ad 2. Farinas. de Hæres. q. 197. num. 50. Caren. de offic. Inquis. par. 2. tit. 9. §. 5. n. 22. Bonacin. loco cit. num. 4. Dian. par. 4. tr. 5. ref. 32. quod etiam locum habet contra Apostatas à fide cap. contra Christianos de Hæret. in 6. itã etiã quilibet tenetur manifestare secretum, quoties illius manifestatio necessaria est ad vitandam Reip. perniciem, seu aliud iniustum proximi damnum etiam temporale, quod alia ratione vitari non potest Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 96. num. 63. Bonac. de oner. & oblig. denunc. pun. 1. §. 5. num. 2. Vulp. in Prax. iudic. cap. 2. num. 8.

Quare id meritò sub pœna excommunicationis præcepit Innocentius IV. constit. 18. incip. Nouerit, ibi, Item si quis hæreticos sciuerit, vel aliquos occulta conuenticula celebrantes, seu à communi conuersatione fidelium vita, & moribus dissidentes, eos studeat indicare Confessori suo, vel alij, per quem credat ad Prælati sui, & Inquisitorum hæretica prauitatis notitiã peruenire: alioquin excommunicationis sententia percussatur. Hęc autem excommunicatio non est latę sententię, ut d. Caren. loco citato par. 2. tit. 9. §. 7. num. 25. Bonacin. ubi supra d. pun. 2. num. 12. Inquisitores tamen, & Episcopi suis edictis sub pœna excommunicationis eo ipso incurrendę præcipere consueuerunt, ut non tantum

tum hæretici, sed etiam suspecti quomodolibet de hæresi denunci-
cientur, & de hac excommuni-
catione loquuntur Doctores.

Item qui hæreticos non denū-
ciant, vt suspecti de hæresi puniū-
tur, *Pegn. loco supra cit. par. 2. cō-
men. 78. vers. postremò tam magi-
stratus Decian. in Tract. crimin.
lib. 5. cap. 51. num. 35.* præsertim
si ad id ex officio, vel speciali præ-
cepto teneantur *Dian. par. 4. tr. 7.
ref. 2. vers. verum hæc opinio.*

Addunt alij, quod ultra excom-
municationem latam in edictis
Inquisitorum, excommunicationem
nullę Cœnæ incurrunt tam-
quàm hæreticorum fautores: sed
hoc procedit, quando quis defē-
deret hæreticum, vt hæreticum,
*iuxta c. accusatus S. Sacerdotes de
Hæret. in 6.* fecus si denunciatio
omittatur ex amicitia, cōsanguini-
tate, metu, vel alia simili causa
*vt d. Bonacin. de Censur. in part.
disp. 1. q. 2. pun. 3. num. 2. Dian. p. 4.
tr. 7. ref. 21. vers. verum ego. & alij
communiter.* vnde si Aduocatus
3 patrociniū præstet hæretico
in iudicio ad defensionem causæ,
quam habet cum alio, non erit
excommunicatus, quia hereti-
cus nō habet litem, vt hæreticus;
similiter si hæretico ægrotò Me-
dicus opem ferat, non est excom-
municatus, quia non est ægrotus
vt hæreticus *Alter. de Censur. to. 1.
disp. 2. lib. 5. cap. 5. vers. primo loco.*

4 Quere in hoc casu non excusat
grauè damnum, vel periculum,
quod ex denunciatione imminet
sibi, vel Patti, fratri, aut alijs con-
5 sanguineis: quia in crimine hære-

sis agitur de bono cōmuni, quod
priuato præferendum est *Royas
de Hæret. sing. 3. num. 30. vers. sep-
timum ampliatur Dian. par. 1. tr. 4.
ref. 7. Bonacin. de oner. & oblig. de-
nunc. pun. 1. §. 3. num. 2. & pun. 2.
num. 3.* vbi dicit, quod etiam fi-
lius Patrem hæreticum denūcia-
re tenetur, præsertim quando hē-
reticus dogmatizaret in magnam
Reip. perniciem *Genuens. in Prax.
Archiep. cap. 18. num. 8. Caren. de
offic. S. Inquis. par. 2. tit. 9. §. 7. n. 34.
Sous. in Aphorism. Inquis. lib. 1. c.
34. num. 60.* nam si licitum est fi-
lio impunè occidere Patrem ho-
stem Reip. & oppugnantem Pa-
triam *iuxta l. minimè ff. de Relig.
& sumpt. fun.* multò magis licitè
poterit, & tenebitur denunciare
Patrem hostem, & aduersarium
Dei, Reip. catholicæ, ac boni cō-
munis: & tunc in præmium dela-
tionis filius à pœnis contra Hære-
ticorum filios à iure statutis libe-
ratur *arg. l. quisquis §. ult. ff. ad l.
Iul. maiest. & d. l. minimè ff. de
Relig. & sumpt. fun. Caren. par. 2.
tit. 9. §. 3. num. 11. & alij apud Bo-
nacin. loco cit. pun. 2. num. 3.*

Obserua tamen 1. quod filius
non debet cogi ad deponendum
contra Patrem, nisi in subsidium,
*vt d. Genuens. in Prax. cap. 18. n. 9.
Dian. p. 1. tr. 4. ref. 4. vbi citat Fil-
liuc. tom. 2. tract. 40. cap. 8. nu. 233.*
quemadmodum nec frater con-
tra fratrem admitti debet, nisi
quando alij testes haberi nō pos-
sunt *Pegn. in Direct. Inquis. par. 2.
commen. 15. litt. B.*

5 Obserua 2. quod socius crimi-
nis reuelare non tenetur: quia

R r r nemo

nemo tenetur seipsum prodere, nisi iuridicè interrogetur *c. quis aliquando de Pœnit. dist. 1. S. I. h. 2. 2. q. 69. art. 1. Barbof. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 96. nu. 45. Dian. par. 1. tr. 4. ref. 9. & p. 4. tr. 5. ref. 4. 1. & alij cõmuniter.* Vnde nec principalis comprehenditur in monitorio, quod conceditur ad finem reuelationis *Vulp. in Prax. iudic. cap. 2. nu. 7. Genuens. in Prax. Archiep. cap. 2. num. 1.* vbi etiam dicit, quod in Curia Archiep. Neap. nunquam decernuntur monitoria contra principales non reuelantes, sed tantum contra principale s non restituentes.

7 Idem dicendum, si quis non certò sciat, aliquem esse hæreticum, sed tantum suspicatur, vel id audiuit à persona fide non digna, vel si audiuit à persona fide digna, non amplius recordatur, à quo audiuerit: vel si is, à quo audiuit, nihil certi sciat *Gutier. can. qq. lib. 1. cap. 11. num. 71. Bonacin. loco cit. d. pun. 2. nu. 7. Dian. par. 4. tr. 5. ref. 27. Caren. d. tit. 9. §. 7. n. 31. Barbof. par. 3. all. 96. nu. 66. & 67.* nemo enim tenetur reuelare, nisi ea, quæ nouit peruisum, vel aliū sensum corporeum, vel per confessionem ipsius rei, extra tamen Confessionis sacramentum, vel quæ habentur pro indubitatis, ut d. *Nau. d. cons. 3. de Hæret. Purinat. de Hæres. d. 7. 197. num. 51. Vulp. in Prax. cap. 2. num. 9.* Cessat etiã hæc obligatio, quando is, à quo alius sciuit, aliquè esse hæreticū, iam reuelauit *Gutier. can. qq. lib. 1. c. 11. n. 72. Vulp. d. c. 2. n. 9.* vel si hæretici noti sint Episcopis, & Inquisitori-

bus, ut in locis, in quibus permixti sunt cum catholicis, ut dicit DD. quos refert, & sequitur *Bonacin. in tract. de oner. & oblig. denunc. pun. 2. numer. 9.*

8 Obserua 3. quod in aljs casibus, vbi crimen non vergit in damnum, aut detrimentum publicum, non obligatur quis denunciare, quando ex denunciatione graue imminet periculum, & detrimentum denuncianti, eiusque cõsanguineis, seu affinibus vsq. ad quartum gradum, *Bonacin. vbi supra. pun. 1. §. 3. num. 2. & seq. Dian. par. 1. tr. 4. ref. 7. & par. 4. tr. 5. ref. 19. & alij.* Vnde in tali casu non tenetur aliquis denunciare, seu testimonium ferre vigore monitorij, quod conceditur pro rebus deperditis *Nau. in man. cap. 25. n. 50. Barbof. de offic. & pot. Episc. v. 3. all. 96. num. 70. Vulp. in Prax. iud. cap. 2. num. 11.* idem dicendum, si malum comminatum esset personæ arctissima amicitia coniunctæ, ut d. *Sanch. de matrim. lib. 4. disp. 4. num. 9.*

Addunt alij, quod nec mulier sollicitata tenetur denunciare Confessarium, si ex illa denunciatione timet damnum notabile, ut supra, ita *Sous. in Abhorism. Inquis. lib. 1. cap. 34. nu. 58. Peirin. in Priuil. minim. to. 2. constitut. 4. Greg. XV. §. 9. nu. 28.* quamuis in hoc casu agatur de bono Religionis, ut obseruat *Dian. par. 4. tr. 5. ref. 19.* vbi etiam dicit, quod cessante periculo denunciare tenetur, & ratio est, quia secundum communem sententiã metus cadens in virum constantem excusat

fat à legis humanæ obseruantia
cum dilectus de ijs, quæ vi, me-
tusue causæ sunt. S. Th. 2. 2. q. 147.
ar. 3. ad 2. Sylu. in ver. metus q. 7.

Verum in singulari casu quando
9 dicatur metus cadens in constan-
tem virum, Iudicis arbitrio relin-
quitur, qui cõsiderare debet sin-
gulares circumstantias, & condi-
tionem personæ; nam metus, qui
terrebit virum quietum, pacificũ,
inermem, non terrebit virum ri-
xosum, & affuetum armis: & sic de
fœmina, in qua minor metus desi-
deratur *Sanch. loco cit. lib. 4. disp.*
4. num. 2. & 3. Peirin. tom. 2. conslit.
4. Greg. XV. § 9. num. 28.

10 Quartò obseruant alij Doctores,
quod vbi non agitur de bono
publico, neq. tenentur reuelare
qui de iure compelli non possunt
ad testificandum, quales sunt con-
sanguinei, & alij enumerati in
lege Iulia ff. de Testib. vnde filius
non tenetur ex vi monitorij, de-
nunciare Patrem, nec vxor ma-
ritum, nec frater fratrem *Genues.*
in Prax. Archiep. cap. 2. num. 3. &
alij apud Barbof. de offic. & potest.
Episc. par. 3. all. 96. num. 52. & seq.
Ricc. in Prax. par. 2. ref. 310. quod
etiam ad alios consanguineos, &
affines vsq. ad quartum gradum,
ac familiares extēdit Sylu. in ver.
familia nu. 8. Lazar. de monit. scēt.
3. q. 11. & alij: hoc tamen intelli-
ge, quando ex huiusmodi denun-
ciatione graues dissensionēs, &
discordiæ, aliaque grauia damna
sequerentur, quia nullus tenetur
suo malo procurare bonum pro-
ximi temporale; secus si denun-
ciare possint sine graui damno,

vt d. Bonacin. in tract. de oner. &
oblig. denunc. pun. 1. §. 3. num. 5.

Quæres, an præmittenda sit an-
te denunciationem euangelica
monitio?

11 Negatiuè respondet Pegn. in
Direct. Inquis. 2. par. cõmen. 2. vers.
Quod si queratur. Farinac. de Hæ-
res. q. 197. num. 39. Caren. de offic.
S. Inquis. par. 2. tit. 9. §. 4. nu. 16. &
17. Barbof. de offic. & pot. Episc. p. 3.
all. 96. num. 69. Dian. par. 1. tr. 4. ref.
2. tum quia denunciatio præcipi-
tur non solum vt hæreticus emē-
detur, sed vt etiã puniatur: & ideo
etiamsi correctio facta sit, non ob-
id denūtiatio est omittenda, quia
sic expedit bono Religionis, & cõ-
muni: tum quia potest hæreticus
singere, se esse emendatum, vade
potuit ecclesia reseruare sibi, vel
suis Prelatis, seu Iudicibus hanc
cognitionem, vt d. *Dian. par. 4. tr. 5.*
ref. 24. Caren. par. 2. tit. 9. §. 4. n. 18.
Barbof. de offic. & pot. Episc. par. 3.
all. 96. num. 69. & alij: quod præ-
cipuè procederet, quãdo crimen
hæresis est notorium, & publicum
vt d. *S. Tho. 2. 2. q. 33. art. 7. Decian.*
tr. crim. to. 1. lib. 5. c. 30. num. 3. vel
si probabiliter constet, hereticũ
ad sanam mentem non esse redi-
turum Martin. *Delrius Disquis.*
Magic. lib. 5. scēt. 4. vers. sexto tenē-
tur Bonacin. loco cit. pun. 1. §. 8. n. 5.
Barbof. loco cit. num. 69. aut si hæ-
reticus priuatim homines auertat
à fide *S. Tho. loco cit.* vel si hereticus
esset pertinax *Tolet. de Instruct.*
Sacerd. lib. 4. cap. 5. num. 1. Martin.
Delr. loco sup. cit.

Addit Farinac. d. q. 197. nu. 35.
vers. Adde, & alij quos refert, & se

R r r 2 quitur

quiter Caren. loco cit. par. 2. tit. 9. §. 2. quos etiam esse statim denunciandos, qui vel ioco proferunt propositiones hæreticas: quia ecclesia de manifestis quidem indicat, non de occultis *ceru- bescant dist. 32.*

Alij tamen censent ante denunciationem præmittendam esse evangelicam monitionem quando hæreticus est occultus, & hæresis sibi tantum, non alijs nocet, & est firma spes, quod statim per secretam admonitionem possit à tanto malo reuocari, ita S. Tho. 2. 2. q. 3. d. art. 7. Bonacin. d. tract. de oner. & oblig. Denunc. d. pun. 1. §. 8. nu. 5. vers. si verò, & alijs apud Dian. par. 1. tr. 4. ref. 2. vers. Sed audiamus Decian. d. cap. 30. numer. 3. Peirin. in Priuileg. minim. to. 2. con. fit. 4. Greg. XV. §. 9. num. 26. quia præceptum correctionis fraternæ est naturale, & Diuinum Matth. 18. & illam omittens peccat mortaliter, quando adest spes probabilis lucrandi fratrem, ut docent Theologi communiter, & probatur ex epistola D. Pauli ad Titum cap. 3. ibi, hæreticum hominem post vnã, & secundam correptionem deuita.

Vnde si quis non ex errore mentis, aut pertinacia, sed ex metu, vel alia passione, aut ignorantia erraret, non esset statim denunciandus, sed correctio fraternæ præmitti debet, præsertim si vir simplex sit, & pius, ut d. Tolet. de Instruct. Sa. cerd. lib. 4. c. 5. nu. 1. Martin. Del. r. d. lib. 5. sect. 4. vers. sexto tenentur, neque esset denunciandus Concionator, qui inter

concionandum aliqua profert ex incuria, vel in eo s. d. ratione; quia non est præsumendum, hæc cum dixisse cum plena deliberatione, nisi aliter conijciatur de eius mente, ut notat Bonacin. d. tract. de oner. & oblig. denunc. pun. 1. §. 8. num. 5. vers. ex quo patet.

Si verò post monitionem se non correxerint, tunc utique denunciandi sunt Genuens. in Prax. Archiep. cap. 18. n. 4. & alijs communiter. ut autem correctio fraternæ iudicetur non profutura, non satis est, ut ea semel fiat, & non proficit, sed iterum, atque iterum est adhibenda, quamdiu iudicio prudentis speretur emendatio, ut d. Sigund. de Præcept. eccles. tr. 2. lib. 4. cap. 3. n. 31. quem refert Dian. par. 1. tr. 4. ref. 2. vers. idem docuit Bonacin. ioco cit. d. §. 8. n. 4. Addit S. Tho. 2. 2. q. 3. d. art. 7. Genuens. in Prax. cap. 18. n. 7. quod si dubitetur, vtrum quis ex malitia, an ex ignorantia peccet, hoc est si probabiliter dubitetur de eius pertinacia, etiam tunc prius est admonendus, quam denunciandus; quia in meliorem partem interpretatio est faciendã, & hanc sententiam esse valde æquam dicit Martin. Del. loco cit. Dian. vbi supra tr. 4. ref. 2. in fin. & cū hac modificatione intelligenda esse edita inquisitorū censet Peirin. loco cit. §. 9. n. 27. quia præceptum superioris intelligendum est saluo ordine fraternæ correctionis S. Tho. vbi supra d. art. 7. vbi etiam dicit, quod si verè constet, aliquem esse iam emendatum, non esset denunciandus; quod arbitrio

trio boni viri remittitur, qui considerata qualitate personæ id iudicabit *Genuens. d. cap. 18. n. 6.* Vnde non denunciante in tali casu ab excommunicatione in edictis Inquisitorum contenta excusat *Caren. par. 2. tit. 9. §. 4. n. 18. in fin.*

12 Idemque de alijs criminosis, vel suspectis de heresi, qui vigore huiusmodi edictorum sunt denunciandi, dicunt DD. *apud Dian. par. 4. tr. 4. ref. 3. vers. sed contrariam sententiam Martin. Delr. loc. cit. l. 5. sect. 4. vers. sexto tenetur.*

Observat tamen *Genuens. in Prax. cap. 18. num. 10.* quod suspecti de heresi vehementer, vel violenter tantum denunciandi sunt, non autem leuiter de heresi suspecti; quia periculosum est Iudici ob leuem heresis suspicionem, honestum hominem de fide interrogare. contrarium tamen quotidiè practicatur in Tribunali S. officij, teste *Caren. loco cit. n. 2. tit. 9. §. 2.* præsertim cum suspicio leuis in hoc crimine habeatur pro legitima ad effectum saltem cogendi taliter suspectum ad abiurandum de leui *iuxta tex. in cap. accusatus de Hæret. in 6.*

13 Dicitur autem suspicio de heresi vehemens, vel leuis, si indicia erunt vehementia, vel lenia *Megal. in Promptuar. ver. abiuratio hæresum num. 1.* quod ex qualitate facti, & personarum, & alijs circumstantijs prudens Iudex iudicabit: Vnde tales vel de vehementi, vel de leui abiurare debent eiusdem Iudicis arbitrio *Dian. par. 4. tr. 7. ref. 6. & 21.* Huiusmodi verò indicia, ex quibus red-

ditur quis suspectus de heresi, per duos testes contestes probari debent *Boff. in tit. de Hæret. n. 5.*

Abiuratio verò de leui vt plurimū fit in secreto imposita pœnitentia salutari, & reus regulariter non torquetur *Genuens. in Prax. Archiep. cap. 68. n. 8. & 9. Dian. par. 4. tr. 7. ref. 7. vers. notandum est hic Piafec. in Prax. Episc. par. 2. cap. 4. n. 41.* & aliquando solet imponi pœnitentia publica, vt videlicet reus teneat candelam accensam in ecclesia, dum Missa solemniter celebratur, omissa abiuratione, vt *d. Genuens. d. cap. 68. n. 13.* abiuratio tamen de vehementi in publico fieri consuevit, ac reus torquetur pro vltiori veritate super vsu, intentione, & complicibus *Genuens. loco cit.*

Consentur autem vehementer suspecti de heresi contrahentes binas nuptias, comedentes carnem diebus ab ecclesia prohibitis sine necessitate, admiscentes sacramenta, vel sacramentalia in sacrilegijs, quique nefarijs Demonibus preces fundunt, aut illis sacrificant, hæreticaliter blasphemantes Deum pluries, & frequenter, percutientes, seu deturpantes imagines sanctorum, contamaces in causa fidei, impediētes officium S. Inquisitionis, conuersantes cum hæreticis, aut eorum familiares, sollicitantes mulieres, aut masculos ad turpia in confessione, & alij similes, *Royas in tract. de Hæret. sing. 3. 4. & 5. Genuens. in Prax. Archiep. cap. 18. n. 11. & cap. 68. n. 8. Dian. par. 4. tr. 7. ref. 4. 8. 9. & 10. & alij.*

Suspecti verò leuiter de hæresi dicuntur semel, aut bis in ira blasphemantes, aut sustinentes excommunicationē per annum, nō tamen in causa fidei, vel qui viuentē vxore deueniunt ad actum proximum contrahendi cum alia V. g. faciendo contractum dotis, denūtiationes in ecclesia *Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 2. all. 40. n. 48. Dian. par. 4. tr. 7. ref. 4.* item non reuelantes hæreticos regulariter sunt tantum leuiter de hæresi suspecti, quia tales vt plurimum omittunt denunciare non in defensionem hæresis, sed ex amicitia, vel alia causa *Duard. ad bull. Cæn. lib. 2. can. 1. q. 33. conclus. 1. n. 17. Caren. p. 2. tit. 9. §. 9. n. 43.* Obseruat tamen *Pegn. in Direct. Inquis. par. 2. comment. 85. in fin. quem refert Dian. par. 4. tr. 7. ref. 1. vers. queritur. 2.* quod ferè semper in hoc sunt, & personarum, & causarū circūstantiæ considerāde, ex quibus interdū vehemēs suspicio, interdū leuis, interdū verò nulla oritur. Hinc fit, vt non omnes detinentes libros prohibitos censeantur de hæresi suspecti, & ideo non omnes denunciādi sunt, sed ij, quos uir prudens arbitrabitur, vt *d. Genues. in Prax. Archiep. cap. 18. n. 13. vbi ita intelligit constitutionem Pij IV. incip. Dominici Gregis*; nulla enim videtur esse suspicio, si retinens esset homo probatæ vitæ, si nescit legere, aut si inconsideratè, aut parum legerit: si eos cum hæreditate nescius acceperit, aut si quamprimum sciuerit, episcopo præsentauerit: idem esset, si libri

scripti ab hæreticis nihil contra fidem contineant, sed ad Grammaticam, medicinam, aliasque prophanas artes pertineant *Genues. loco cit. Ricc. in Prax. for. eccl. p. 1. ref. 437.*

Addit *Dian. par. 4. tr. 7. ref. 21.* quod non denunciātes hæreticum ex meru, vel amicitia, vel simili causa nullo modo sunt suspecti de hæresi, neque puniendi iuris latis contra fautores hæreticorū, sed alijs arbitrio Inquisitorum, tamquam inobedientes eorum mandatis.

14 Quæres, an, & quando retinentes, seu legentes libros prohibitos in excommunicationem incurrant? Resp. quod qui scienter legunt, aut retinent sine sedis Apostolice licentia libros hæreticorū hæresim continentes, vel de Religione tractantes, incidunt in excommunicationem I. Bullæ Cæneæ; illi verò hæreticorum libri, qui neque hæresim continent, neque tractant de Religione, non sunt vetiti in bulla Cæneæ, sed in indice librorum prohibitorum, vbi etiam legi, aut retineri sub excommunicatione prohibentur huiusmodi hæreticorū libri, vel cuiusuis Auctoris scripta propter hæresim, vel falsi dogmatis suspicionem damnata, vt *statuit Pius Quartus in Cōstitutione supra cit. & notat Bonacin. de Censur. in part. disp. 1. q. 2. pun. 4. n. 1. & seq. vbi etiam dicit, quod hæc excommunicatio nulli reseruata est, & ideo quilibet Confessarius potest absolvere iuxta cap. nuper de Sent. excom.*

Qu

Quī autem libros alia de caufa prohibitos legerit, vel habuerit, 17 præter peccati mortalis reatum. Episcoporum, & Inquisitorum arbitrio punitur, *vt d. Dian. par. 4. tr. 7. ref. 6.* non tamen incidit in hanc Indicijs excommunicationē, *vt constat ex d. constit. Pij IV.*

15 Notandum est autem, quod habentes libros prohibitos non satisfaciunt illos comburendo, sed necessario eos deferre debent Inquisitoribus, vel Episcopis, *Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 90. num. 5.* Episcopi verò licet possint eo modo, quo Inquisitores, publicare edicta super libris prohibitis, eosque recipere, quia Sacrum Con. Tridentinum malum confidit de Episcopis, *vt in Decret. de edition. & usu sacror. libror. sess. 4. & in Indic. libror. prohib. reg. 4. 9. & 10.* collectos tamen libros prohibitos Inquisitoribus consignare tenentur, *vt resoluit Sac. Congregat. Inquisitionis teste Leon. in Thes. for. eccles. par. 3. cap. 6. nu. 11. in fin. Piafec. in Prax. Episc. par. 2. cap. 4. num. 39.*

16 Notandum 2. eos, qui legunt, vel retinent libros catholicorum, in quibus referuntur, vel inferuntur errores, vel adorationes hæreticorum, nō affici excommunicatione bullæ Cene Domini etiā si legant animo imbibendi errores: idemque dicendum de legentibus libros Infidelium non baptizatorum, in quibus continentur errores contra fidem, quia isti non sunt libri hæreticorum, *vt dicunt DD. quos refert, & sequitur Bonacin. de Censur. in part.*

disp. 1. q. 2. pun. 4. nu. 21.

17 Quæres 2. an Episcopus, seu Inquisitor possit dare licentiam retinendi, seu legendi huiusmodi libros prohibitos? Resp. quod nec Episcopus, nec Inquisitor potest hodiè secum dispensare circa lectionem librorum prohibitorum, nec dare alijs licentiam tales libros legendi ex constitutione Urbani VIII. *Incip. Apostolatus officium,* vbi reuocantur omnes, & quæcunque licentia legendi, & habendi libros quoscunque ob hæresim, vel falsi dogmatis suspicionem, etiam ratione Astrologiæ iudiciariæ, vel alias quomodolibet prohibitos quibuscunq. personis tam secularibus, quam regularibus cuiuscunq. ordinis, Societatis, & instituti, ac quacunque dignitate etiam ecclesiastica fulgentibus cuiuscunque status gradus, conditionis, qualitatis, & preheminentiæ, etiam speciali nota, & mentione dignis concessa, *vt refert Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 90. nu. 6. & notat etiam Dian. par. 4. tr. 8. ref. 46. in fin. vbi subdit, quod hodiè hanc facultatem concedit solum Sac. Congregatio Inquisitionis.*

In casu tamen magnæ necessitatis, in quo Summus Pōtifex, aut Sac. Congregatio adiri non possit, licitum erit Episcopis huiusmodi licentias concedere: tunc enim non præsumitur, Papam Episcopis adimere facultatem dispensandi, *vt d. Bonacin. de Censur. in partic. d. disp. 1. q. 2. pun. 4. num. 10. & alij.*

§. II.

*A quo Iudice, & qua poena
Heretici puniantur.*

18 **Q**uamuis hæresis crimen à lege civili multis pœnis, & præcipuè ultimo supplicio puniatur, ut in *l. Arriani, & l. quicumque*, ut tot. tit. C. de Heret. & manich. nihilominus hoc delictum non est mixti fori, sed merè ecclesiasticum; & ideo Iudices sæculares sese intromittere nõ possunt, ut est tex. in c. ut inquisitionis de Heret. in 6. & statuit etiam Greg. XIV. in constit. que incip. Cum alias nonnulli, quam refert Quarant. in ver. Reuerentia Diuinorũ, & in hoc conueniunt omnes Doctores.

Hæc igitur cognitio ad Episcopos, & Inquisitores tantum spectat *cl. 1. §. propter quod de Heret.* qui tamquam sedis Apostolicæ delegati etiam contra Regulares, & alios exemptos procedunt *cap. ad abolendam de Heret. cap. accusatus §. sacerdotes eod. tit. in 6.* nec possunt Superiores

19 Regularium hac in re se intromittere cum suis subditis, sed debent eos illicõ deferre ad Sanctũ Tribunal. ex decreto Pauli V. apud Barbof. de offic. & pot. Episc. par. 2. all. 40. n. 39. Ricc. in Collect. decis. 567. par. 3. & in Prax. par. 1. ref. 557. Megal. var. resol. tom. 1. ref. 21. num. 11.

20 Hinc fit, vt Rei etiam ex alio crimine capti per alios Iudices, si de hæresi sint accusati, ad Inquisitores, si eos postulauerint, sunt remittendi: & interim exequutio

ratione aliorum criminum est suspendenda, quousque de hæresis crimine cognoscatur, ut d. Trasmier. in Tract. de Polygam. lib. 2. quæst. 16. n. 5. & seq. quem refert, & sequitur Barbof. d. par. 2. all. 40. num. 51.

21 Quare si in eodem loco adfit Episcopus, & Inquisitor, potest vterque tam simul, quam diuisim inquirere, reos citare, arrestare, siue capere, ac tuta custodia mancipare *d. cl. 1. §. propter quod.* & notat etiam Piaser. in Prax. Episc. par. 2. cap. 4. n. 39. Marcell. Vulp. in Prax. Iudic. for. Eccles. c. 41. n. 32.

22 Debent tamen Episcopi illum in procedendo modum seruare, quem Inquisitores seruare tenentur per iura communia, vel per speciales cõcessionis, seu ordinationes sedis Apostolicæ *cap. per hos de Heret. in 6.* & ideo in examine testium ultra Iudicem, & Notarium, debent interuenire duæ Religiosæ, & discretæ personæ propter pondus criminis *cap. vt officium §. verum quia eod. tit. in 6.* & si Religiosi, aut Clerici non inueniantur, possunt adhiberi etiam laici, modò sint honesti, ac graues, *Genuens. in Prax. Archiep. cap. 68. n. 1. Piaser. loco cit. num. 41.* quod etiam seruari debet in examine Rei, *Marcell. Vulp. d. cap. 41. num. 34.* vbi etiam dicit, quod si Episcopus, vel Inquisitor nõ possit alias duas reperire personas, quæ huiusmodi examini testium, vel Rei interueniant, debet saltem in fine examinis coram duobus testibus depositio legi, idque in actis registrari.

Testes

Testes autem sunt diligenter interrogandi, an Inquisitus protulerit hæresim seriò, vel iocosè vel ex ignorantia, vel referendo aliorum opinioniones, & qua intentione, *vt d. Genuens. in Prax. Archiep. cap. 68. n. 1.* non enim dicitur hæreticus, nisi qui pertinaciter credit aliquam hæresim, seu qui contra scripturam sacram, aut ecclesie catholice definitionem sciens errat *cap. qui in ecclesia 24. q. 3. clem. vn. §. porro de sum. Trinit. S. Tho. 2. 2. q. 11. art. 2. Nau. cap. 11. num. 22. & alij apud Dian. par. 4. tr. 7. ref. 36. vers. quare.*

Vnde si quis sententiam suam quamuis falsam, atque perversam nulla pertinaci animositate defendat, quærat autem tota sollicitudine veritatem, corrigi paratus, cum inuenerit, nequaquam est inter hæreticos computandus *cap. dixit Apostolus 24. q. 3.*

23 Ad torturam verò, vel ad sententiam neque Inquisitor sine Episcopo, aut eius Vicario, neque Episcopus sine Inquisitore procedere potest *cap. vt commissi de Hæret. in 6. d. cl. 1. §. propter quod* Vnde non potest Inquisitor sine Episcopo cogere reū ad abiurationem, quia abiuratio quædam, condemnatio est *Barbof. d. par. 2. all. 40. num. 39. vbi cit. Zanard. in Direct. Theol. par. 2. cap. 6. quæst. 15. Azor. instit. mor. par. 1. lib. 8. c. 18. q. 16. Molin. de Iust. tract. 5. disp. 28. num. 19.*

24 Si verò in sententia proferenda non cõueniant, tunc per vtrūque negotium sufficienter instrumentum ad sedem apostolicam re-

mittere debet *cap. per hoc de Hæret. in 6.* potest tamen alter sine altero reos absolueret: quia ius antiquum solum correctum est in cõdemnatione *secundum glos. in d. clem. 1. ver. contra eos, quam esse communiter receptam dicit Clar. in ver. Hæresis vers. sed quis inter.* Sed contrarium tenet Simanc. *in Cathol. Instit. tit. 3. nu. 9. Roias sing. 27. num. 7. Zech. in Sum. tract. 1. tit. de fide cap. 11. num. 14. Azor. to. 1. lib. 3. cap. 18 q. 16. quos refert: & sequitur Dian. par. 4. tr. 8. ref. 50. & ideò opinio d. glos. non est admitenda, nisi vbi adesset consuetudo in contrarium legitimè prescripta.*

25 Obserua tamen, quod licet in alijs criminibus post sententiam absolutoriam nõ possit reus absolutus iterum de eodem crimine vexari, tamen in crimine hæresis contrarium statuit Pius V. *vt refert Dian. par. 4. tr. 7. ref. 35.* nam in tali causa sententia absolutoria nunquam transit in rem iudicatã & ideò probationes superuenientes coniungi possunt cum præcedentibus insufficientibus *iuxta communem Doctorum sententiam.*

26 Obserua 2. quod postquam cõcorditer Episcopus, & Inquisitor imposuerunt delinquenti aliquã pœnam, possunt illam mitigare, vel mutare, non tamen vnus sine alio *cap. vt commissi de Hæret. in 6. & ita statuisse etiam Urbanum VIII. refert Dian. p. 4. tr. 7. ref. 37:* vbi addit, quod in Inquisitione Hispana ex priuilegio speciali summi Pontificis solus supremus Inquisitor potest minuire, & rela-

xare pœnas delinquentibus impositas.

27 Vbi verò Sancta Inquisitio sita non est, Inquisitorum munus Episcopi præstant *Barbos. d. par. 2. all. 40. num. 39.* & habent eadem privilegia circa officium Inquisitionis, quæ habent Inquisitores delegati *Ricc. in Prax. for. eccles. par. 2. ref. 203. ubi citat Pegn. in 3. p. Direct. Inquis. schol. 112.*

28 Hæretici autem formales, si nolint ad fidem ecclesiæ redire, ultra excommunicationem in Bulla: Cœnæ contentam, & infamiam, de qua in *cap. infames 6. q. 1. sæculari iudicio relinquuntur animadversione debita puniendi, clericis à suis ordinibus prius degradatis, & excommunicatis 2. ex. de Hæret. siue confessi fuerint, siue per legitimos testes conuicti, ut dicunt DD. apud Dian. d. par. 4. tr. 7. ref. 25 & de consuetudine tam laici, quàm clerici igne comburantur, ut d. Vitali. de Malis. tit. de Crimin. Hæref. num. 6. & si absentes fuerint, eorum statua comburitur Dian. par. 4. tr. 7. ref. 27. Idem dicendum de Apostatis à fide, qui subiacent eisdem pœnis, quibus subduntur hæretici *cap. contra Christianos de Hæret. in 6.**

Addit Loccatell. de *Question. Iudic. insp. 5. numero 191.* quod in hoc crimine, si reus interrogatus non vult respondere, vel obscure responderet, uti pertinax, & conuictus potest condemnari.

Magistratus verò sæcularis quicumque hæreticum sibi à iudicibus fidei traditum debet ultimo supplicio afficere non obstante,

quavis appellatione *cap. ut inquisitionis de Hæret. in 6. ubi omnes Leges civiles in fauorem fidei cõditæ contra hæreticos approbantur, ut notat etiam Boss. tit. de Hæret. nu. 37. nec potest Iudex laicus in tali casu pœnam commutare, nec aliquo modo de hoc crimine cognoscere d. cap. ut inquisitionis & est communis DD. opinio, ut d. Clar. §. fin. q. 96. vers. quæro etiam alias esset suspectus de Hæresi, & possit ab Inquisitoribus puniri, ac iurisdictione priuari *cap. ad abolendam de Hæret. Barbos. d. all. 40. num. 51. ubi citat Rebuff. to. 2. ad leg. Gall. tit. de Litter. requisitor. in prin. p. n. 20. Menoch. de Præsumpt. lib. 5. quest. 6. num. 31.**

Obterua tamen, quod Inquisitor, & Episcopus non condemnant ad mortem, sed tantum declarant, reum esse hæreticum, ipsumque exuunt privilegio clericali, si est Clericus, ut d. Boss. tit. de for. comp. nu. 160. Clar. in §. fin. q. 36. vers. sed quæro Bonac. to. 2. disp. 10. q. 2. pun. 1. §. 4. n. 9. non enim potest Iudex ecclesiasticus sententiam sanguinis ex: Nè Cler. vel Monach.

Filij quoque hæreticorum usque ad secundam lineam paternam, ad primam verò maternam sunt inhabiles ad officium ecclesiasticum, seu sæculare, si eorum Patres ante mortem ecclesiæ reincorporati non fuerint *cap. statutum 2. de Hæret. in 6.* quemadmodum in crimine læsæ maiestatis humanae filij delinquentis ab honoribus, & officijs arcantur, ac perpetuam incurrunt infamiam l.

quis-

quisquis *S. filij C. ad l. Tul. maiest.*
 Præterea bona hereticorum ipso iure sunt confiscata *cap. cum secundum de Heret. in 6.* illaque de iure applicantur fisco ecclesiæ in terris ecclesiæ; sed in terris imperij applicantur fisco Curie secularis; etiã si catholicos habeant filios *cap. vergentis ex eod. tit. Boss. tit. de Heret. num. 33.* Bona autem clericorum in tali casu applicantur ecclesijs, ubi sunt beneficiati: & si plura beneficia obtineant, inter ecclesias diuidantur pro rata *cap. excommunicamus S. damnati iuncta glos. in ver. stipendia eod. tit.* si verò beneficia non habeant, pertinent ad fiscum Ecclesiæ Cathedralis *ut d. Clar. in S. heresis vers. item bona;* sed hodiè locis pijs applicantur *ex decreto Concilij Tridentini sess. 25. de ref. cap. 3* quare bona alienata ab heretico à die commissi criminis, & ante sententiam declaratoriam recuperat fiscus ab emptoribus etiam bonæ fidei, nec tenetur restituere pretium huiusmodi emptoribus *Ricc. in Collect. dec. 3640. p. 8 ubi citat Thesaur. dec. 40. Rot. Roman. decis. 747. num. 9. par. 4. in Nouis. Clar. in S. fin. q. 51. vers. scias etiam;* & hæc pœna confiscationis imponi potest etiã post mortem heretici, si de heresi legitimè cõstet *iuxta cap. accusatus S. in eoverò casu de Heret. in 6.* quemadmodum etiam post mortem eius memoria damnatur, ac statua cõburitur *Clar. in d. S. heresis vers. item de crimine Dian. par. 4. tr. 7. ref. 28.* tunc autem citandi sunt filij, vel heredes defuncti, illisque

danda est copia indiciorum, qui etiam per procuratorem comparere possunt, *ut dicunt DD. quos refert, & sequitur Dian. par. 4. tr. 7. ref. 28.* hoc tamen intellige intra quinquennium à die mortis defuncti: transacto enim quinquennio memoria defuncti damnari nequit, nec bona possunt confiscari *iuxta glos. communiter receptam in l. Manichæos vers. subire C. de Heret. Clar. in S. fin. q. 51. vers. scias etiam in fin.*

Dotes etiam vxorum propter heresim maritorum confiscantur, si scieter matrimonium cum Hereticis contraxerint *ex cap. decreuit, & ibi glos. in ver. tunc de Heret. in 6.* sed probanda est talis scientia, quia ignorantia in dubio præsumitur *l. verius ff. de Prob.*

Item propter huiusmodi crimen vacant beneficia ipso iure *cap. ad abolendam ex de Heret. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 3. ref. 455.* quorum collatio in tali casu reservatur Papæ *ex constitutione Pij V. ut d. Barbof. in d. cap. ad abolendam num. 5.* Huiusmodi autem beneficia etiam ante sententiam declaratoriam possunt tamquam vacantia impetrari, cū illa sententia non priuet, sed priuatum declarat, *ut decisum refert Ricc. in Collect. dec. 3640. par. 8.* non tamen tenetur reus dimittere beneficia ante sententiam criminis declaratoriam, *Barbof. in d. cap. ad abolendam num. 8.*

Addunt alij, quod etiam ipso iure vacant pensiones, & beneficia filiorum heretici etiam prius obtenta, *Ricc. loc. cit. ubi etiam refert,*

ita resoluisse Rot. in vna Con-
chen pensionis 6. Martij 1598. co-
ram Peregrino. sed hoc de con-
suetudine non feruatur, vt dicit
Clar. in S. Hæresis vers. Item Cle-
rigus.

Item propter hæresim Iuspa-
tronatus amittitur c. cum secun-
dum de hæret. in 6. & tunc Iuspa-
tronatus non transit ad fiscum,
sed liberatur beneficium, & illud
ius applicatur ecclesiæ, vt dicunt
DD. apud Leon. in Thes. for. Eccles.
par. 2. cap. 6. n. 32.

Obserua tamen, quod per con-
demnationem, vel confiscatio-
nem factam à Iudice seculari
Reus non amittit Iuspatronatus,
iuxta glos. in Clem. Pastoralis ver.
subiecta de sent. & re iud. quam
communiter sequuntur Doctores,
vt d. Leo loca cit. num. 33. quicquid
dicat glos. in cap. filijs ver. propin-
quis 16. q. 7.

- 29 Si verò hæreticus præuia pœ-
nitentia paratus sit redire ad fi-
dem Ecclesiæ, pro prima vice,
non traditur Curie seculari, nec
eius bona confiscantur, sed abiur-
ratione de formali publicè facta
ad pœnam carceris, vel triemiũ,
vel aliam arbitrariam iuxta deli-
cti, & personarum qualitatem,
damnatur d. cap. ad abolendam de
Hæret. Megal. in Promptuar. ver.
abiuratio hæresim n. 1. Boss. in tit.
de Hæret. n. 17. & seq. Clar. in S.
hæresis vers. sed quero Piasec. in
Prax. Episc. par. 2. cap. 4. n. 43. vers.
in alijs autem Dian. par. 4. tr. 7. ref.
24. etiam si post sententiam pœ-
niteat Clar. loco cit. vers. sed vsque
Boss. ubi supra n. 20. immò suffice-

ret, si pœniteat, postquam è car-
ceribus in Ecclesiã pro publica
fidei actione ducitur, modò spe-
cialia conuersionis signa tunc
ostenderit, vt dicunt DD. apud
Dian. d. ref. 24.

- 30 Secus dicendum est in hæreti-
co relapso, qui scilicet post abiur-
rationem erroris deprehensus
fuerit in abiuratam hæresim re-
cidisse; tunc enim sine vlla au-
dientia seculari Iudicio relin-
quitur puniendus d. cap. ad abolendam: idemque dicendum, si quis
errauit in vna specie hæresis, vel
in vno articulo, & abiurauit hæ-
resim simpliciter, & postea errat
in alio cap. accusatus. S. eum verò
de Hæret. in 6. & est communis
opinio, vt d. Bonacoff. relatus in
Sijntagm. opin. comm. tit. de Hæresi
cap. 1.

Pro relapso etiam habetur ne-
gans Trinitatem, aut Diuinitatẽ
Christi Domini, aut eius concep-
tionem de Spiritu Sãcto, aut eius
mortem, vt nos redimeret, aut
Virginitatem Virginis Mariæ:
vnde in his casibus etiam pro
prima vice tradendus est Curie
seculari ex consuetudine Clemen-
tis VIII. incip. Dominici Gregis,
quam refert Quarant. in ver. Hæ-
retici. eademque pœna puniuntur
Magistratus, ac Domini Ec-
clesiastici, vel temporales schis-
matici, aut hæretici, seu hæresim
vel schisma excitantes, qui que
hæresim Principi persuadere tẽ-
tauerint, vt d. Dian. par. 4. tr. 7. ref.
24. vers. notandum est tamen Pia-
sec. in Prax. par. 2. cap. 4. numer. 43.
vers. qui item.

Simi-

Similiter relapsus censetur, ac relapforum pœna punitur qui pœnitentiam sibi iniunctam per Inquisitores non adimplet *d. p. ad abolendam de Heret. Ricc. in Colleſt. decis. 123. par. 1. Megal. var. resol. to. 2. ref. 149. Barboſ. in d. cap. ad abolendam. nu. 17. idem dicendū* 31 de Hereticis fictione iuris impœnitentibus, quales sunt qui legitimis testibus conuicti negant, se hæresim commiſiſſe *iuxta communem, & receptam opinionem DD. quos refert Clar. in d. S. heresis vers. & nota. eademq; pœna plectitur confitens diminutus, qui scilicet non fatetur omnes suos errores, aut omnes qualitates, quæ respiciunt veram, & formatam hæresim: vel non omnes complices reuelauit, dummodò diminutio plenè probetur, & circa illa non præſumatur obliuio, quod relinquitur arbitrio prudentis Iudicis, ut dicunt DD. quos refert, & sequitur Dian. par. 4. tr. 7. ref. 25*

Notandum est etiam, quod si talis reus aliquos complices in suo examine subiciuit, quia ex relatione sibi grane damnum imminebat, non esset tunc indistinctè puniendus, & Curia seculari tradendus tamquam diminutus, sed mitius damnandus, ut d. Frei. in addit. ad tract. de Confess. sollicit. q. 19. n. 15. quæ refert idē Dian. p. 1. tr. 4. ref. 7. vers. Hinc Pegna &c.

Item relapsus etiam dicitur, si fugiat è carcere, illo extracto secundum Barboſ. in d. cap. ad abolendam. nu. 16. & alios. sed contrarium videtur verius; hoc enim casu hereticus reconciliandus est, sed ma-

ior pœnitentia pro fuga ei iniungi debet *Dian. d. p. 4. tr. 7. ref. 14. ubi citat. Sonſ. in Appor. lib. 3. c. 29. n. 5.*

Curia quoque seculari traditur qui abiurare recusat *ex constitut. Martini V. quæ refert Dian. d. par. 2. tr. 7. ref. 14. vers. nota etiā:* 31 Obserua tamen, quod huiusmodi hereticis, etiā si pluries sint relapsi, si pœnitentiam egerint, non denegantur sacramenta Confessionis, & eucharistiæ; quia ecclesia nulli claudit gremiū redeunti: nō tamen euitadunt pœnam corporalem, sed tūc prius laqueo suspenditur, & deinde mortui igne crematur *c. super eo, ubi glos. de Heret. in 6.*

32 Obserua 2. quod si reus in tortura hæresim confiteatur, & deinde huiusmodi confessionem extra tormenta ratificet, reconciliandus est; quia in tali casu hæc confessio libera, ac spontanea censetur, & ita omnium consensu receptum esse dicit *Simanc. in Enchir. tit. 58. n. 14. Roias de Heret. p. 2. n. 292. quos refert Dian. p. 4. tr. 7. ref. 24. vers. non desinam, & vers. seq.*

33 Obserua 3. quod non dicitur verè in hæresim relapsus ob non adimpletam pœnitentiam qui verè prius in hæresim nō est lapsus: sed iterum est ei alia pœnitentia iniungenda arbitrio Inquisitorū; *Megal. var. resol. to. 2. ref. 149. nu. 8. ubi citat. Simanc. de Cathol. Instit. tit. 47. rubr. de Pœnit. & Conuers. n. 77. & Farinac. de Heres. q. 193. n. 147. vel tamquam impœnitens puniendus est pœna arbitraria, ut d. Dian. p. 4. tr. 6. ref. 14. vers. dicendum est igitur.*

Vnde suspectus de vehementi nõ dicitur verè relapsus ex eo, quod iterum de vehementi suspectus sit; sed ex his duabus suspitionibus vehementibus violèta suspicio procedit, *Megal. loco cit. nu. 7. & in promptuar. ver. Abiuratio heresum. nu. 2. vbi citat Farinac. de Hæres. q. 95. num. 25.*

34 An verò damnandus sit tamquam relapsus is, qui de formali abiuravit, si de secundo lapsu vehementer suspectus sit? negat Ricc. in *Collect. decis. 123. par. 1. & alij apud Dian. p. 4. tr. 7. ref. 26. vers. solum hic*, vbi dicit, quod ita seruetur per Inquisitores Italiae; & hæc quidem sententia benignior est; sed contrariam existimo in iure veriorè *per text. expressum in cap. accusatus de Hære. in 6. vbi dicitur, quod si quis abiuravit hæresim, de qua erat vehementer suspectus, & deinde cõstet, in eandem hæresim incidisse, censetur relapsus, ac relapsorum pœna punitur, etiamsi prima hæresis non fuerit plenè probata, & ita tenet Sylu. in ver. hæresis 1. n. 15. Megal. var. resol. to. 2. ref. 149. n. 7. vbi asserit, quod relapsus dicitur, quando plenè constat de vno lapsu priori, vel posteriori.*

Obserua 4. quod si relapsus sponte, & non ex metu, nec iudicij præuenti redeant ad ecclesiam, eorum vitæ parcitur, *Sancta rell. in Tract. de Hæres. c. 42. n. 18. Decian. in Tract. crim. lib. 5. c. 56. n. 12. & alij apud Barbos. in d. cap. ad abolendam n. 20. & 21.*

35 Obserua 5. quod abiurare re-

cusans tunc curiæ seculari traditur, quando aut confessus, aut conuictus, aut in heresi manifestè deprehensus fuit: si verò non fuerit confessus, vel conuictus, non est statim tradendus Curie seculari, sed prius excommunicari debet; & si per annum pertinaciter in excommunicatione persistat, tamquam hereticus condemnatur *Dian. par. 4. tr. 7. ref. 14. vers. nota etiam, vbi citat Umbert. Locat. in Prax. Inquis. ver. suspicio n. 8. Hyppolit. Riminald. lib. 4. conf. 395. n. 64. Eijmeric. in Direct. Inquis. par. 2. q. 55.*

36 Queres, qua pœna puniantur fautores, receptatores, vel defensores hæreticorum?

Resp. quod si id faciant ex motiuo heresis, vel intentione fauendi heresi, incurrunt in excommunicationem contentam in Bulla Cene in princ. *Bon. in de Censur. in part. disp. 1. q. 2. pun. 3. num. 1. & seq. Barbos. in cap. excommunicamus 1. §. credentes n. 23. de Hæret. Graff. decis. aur. par. 1. lib. 2. cap. 9. num. 9. & seq. & alij communiter*; præterea arbitraria pœna puniuntur, & abiurant etiam de leui, vel de vehementi iuxta qualitatem circumstantiarum, iudiciorum, & personarum, *vt dicunt DD. apud Dian. d. par. 4. tr. 7. ref. 21.* sc̄cus dicendum est, si quis beneficium faciat heretico ratione amicitiae, vel consanguinitatis, vel metus, vel ob aliam similem causam; tunc enim non incideret in dictam excommunicationem, *arg. cap. accusatus §. ille quoque, vbi glos. in ver. non possit, & §. sacerdo.*

cerdotes de Heret. in 6. N. u. c. 27. n. 55. Bonacin. loco cit. & alij, & lenius in tali casu punitur, videlicet vel exilio, vel multa pecuniaria, & ad summum abiurat de leui arg. l. 2. ff. de Recept. Dian. par. 4. tr. 7. ref. 21.

In dubio autem presumitur quis prestare auxilium, vel fauere hereticis propter sanguinis coniunctionem, seu amicitiam, non autem propter heresim: nisi receptans sit extraneus, tunc enim cessat naturalis affectio, & inclinatio, *Bonacin. de Censur. in part. disp. 1. q. 2. pun. 3. n. 2. in fin.*

37 Quæres 2. an hereticus poenitens remaneat inhabilis ad retinenda beneficia post abiuratum heresim?

Resp. quod si hereticus confessus fuit heresim, vel de ea in actis conuictus fuit, tunc abiurans remanet inhabilis ad beneficia, & officia retinenda, & obtinenda, donec fiat habilis per dispensationem Papæ: quia in tali casu constat, eum fuisse hereticum. *Nau. cons. 18. n. 6. de Heret. Barbosa. in d. cap. ad abolendam n. 10. idem dicendum, si abiurauit ob suspicionem violentam, tunc enim sicut verè, & formaliter hereticus est habendus, ut post Eymen. & Pegn. d. Megal. in Promptuar. ver. abiuratio heresim n. 5: secus esset, si abiurauerit heresim ob suspicionem leuem, vel vehementem: hoc enim casu non remaneret inhabilis ad beneficia, & Canonicatus etiam in Cathedra si obtinendum, nec priuatur ob*

retis cum verè non sit hereticus, sed potius per abiurationem se purgat, ostenditque se innocetum contra suspicionem ortam, ut dicunt DD. supra citati, quibus adde Bonacoss. relat. in Syntag. opin. comman. tit. de heresi cap. vn. Ricc. in Collect. decis. 123. par. 1. & in Prax. for. eccles. par. 1. ref. 438: ubi refert, ita resouisse Rot. in vna Gadic. Canon. cat. 20. Iunij 1587. coram Comitulo.

38 An verò remaneat inhabilis ad audiendas confessiones? affirmatiuè respondeo, si de formalis, aut de violenta, vel etiam vehementi abiurauit, secus si de leui, ita sentit Ricc. in Collect. decis. 567. par. 3.

39 Quæres 3. an in causa heresis admittantur testes singulares, & alij inhabiles vel minus idonei? Resp. quod huiusmodi testes non solum faciunt indicium ad torturam, sed etiam probant ad imponendam poenam extraordinariam, exceptis inimicis, cap. in fidei, & cap. accusatus §. licet de Heret. in 6. Genuens. in Prax. Archiep. cap. 68. num. 11. Dian. par. 4. tr. 7. ref. 31. & tr. 8. ref. 57. nō tamen probant ad conuincendum de heresi, & ad imponendam poenam ordinariam: tunc enim requiruntur duo saltem testes, qui sint cōtestes, fide digni, & omni exceptione maiores, inter quos admittitur etiam Denunciator iuxta cap. in omni de Testib. Piasec. in Prax. d. par. 2. cap. 4. num. 41. & alij communiter.

Hos tamen intellige, quando reus

reus esset male vite, & fame, tunc enim posset pena ordinaria puniri ex testimonio duorum testium secus si reus esset integre fame, & vita incorrupta; hoc enim casu non esset incongruum, aut differre supplicium, donec forte alia addantur probationes, aut mitius punire *Pegn. in Direct. Inquis. comment. 20. Rotas de Heret. par. 2: n: 103: quos refert Dian. par. 4: tr: 7. ref: 32: qui eadem. par. 4: tr: 6: ref: 111* dicit, quod hodie vt plurimum, non damnatur hereticus ad penam ordinariam, nisi aduersus illum adsint tres testes contestes omni exceptione maiores.

40 Notandum est autem, quod condemnatus in penam arbitrariam ex defectu probationis, superueniente deinde legitima heresis probatione, potest vt hereticus in penam ordinariam damnari, ac brachio seculari tradi, *Dian. par. 4: tr: 7: ref: 35: ubi citat Sous. in Aphor. Inquis. lib: 2: cap. 37: n: 8: & 9: & alios:*

41 Notandum 2: quod in hoc crimine sufficit etiam violenta presumptio ad condemnandum, puta si citatus ad respondendum deinde contumax per annum fuit, vel per idem tempus excommunicationem sustinuit *cap: cum contumacia, ubi glo. de Heret. in 6: quod procedit, etiam si a principio esset tantum leuiter de heresi suspectus; nam si ob eam causam, citatus, vt respondeat, negligat intra terminum assignatum respondere, illa leuis suspicio transit in vehementem; si vero in illa negligentia per annum perseue-*

ret, suspicio vehemens transit in violentam, & ideo post annum vt hereticus condemnatur *Eymer. in Direct. par: 3: q: 47: quem refert Dian. par: 4: tr: 7: ref: 18: Clar. in S: heresis vers: ite de crimine Bonac. de Censur: disp: 2: q: 2: pun: ult: n: 2: Bossit: de Heret: num: 5:*

S V M M A R I V M.

- 1 InforDESCENS per annum in excommunicatione an, & quando sit suspectus de heresi.
- 2 Item quando possit vt hereticus condemnari.
- 3 InforDESCENS per annum in excommunicatione habetur pro confessio, & conuictio de eo crimine, cuius causa excommunicatus fuit.
Quando possit beneficijs priuari, ibidem.
- 4 Excommunicatus etiam post sententiam potest probare suam innocentiam.
- 5 Talis inforDESCENS per annum potest etiam arbitraria pena puniri,
Eadem pena plebitur inforDESCENS per mensem continuatum in excommunicatione; ibidem.
- 6 InforDESCENTI per annum non prodest absolutio, que a summo Pontifice in impetrationibus gratiarum conceditur.



C A P. XX.

De excōmunicato inforDESCENTE per annum in excōmunicatione.

InforDESCENTE per annū in excōmunicatione diuersis afficitur penis: & primò est suspectus de heresi, & ideo Inquisitorū iudicio subiicitur; quia perseuerando in excōmunicatione per tantum temporis spatium censetur male sentire de potestate clauium, ut notant DD. apud Bonacin. de Censur. disp. 2. q. 2. punct. ult. n. 2.

Hæc tamen conclusionem alij non ita simpliciter admittunt, sed concurrentibus aliquibus conditionibus, videlicet, quod inforDESCENS in excōmunicatione per annum fuerit nominatim excōmunicatus, & declaratus *cap. cum contumacia de Hæret. in 6. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. ref. 444.*

Secundò, quod fuerit excōmunicatus ex causa hæresis, & alia criminali, non autem civili *Ricc. in Prax. ut supra par. 3. ref. 209. Rota in vna Segobien. inforDESCENTIA 5. Iunij 1598. coram Seraphino. quam refert Dian. d. par. 4. tr. 7. ref. 18.* vbi etiam dicit, quod ex consuetudine Inquisitores non solent procedere contra excōmunicatos pro alijs delictis extra hæresim.

Tertio, quod infra annū potuerit impetrare absolutionē ab excōmunicatione; secus si non potuit *idem Ricc. in Prax. par. 3. ref. 210.*

Quartò, requiritur, quod in excōmunicatione perseueret animò pertinaci, & indurato, & in contemptum clauium, ut quia nolit obedire eo, quod Iudicis, aut legis potestatem spernit; secus si ex alia causa motus etiam iniusta non obtemperet *cap. cum contumacia de Hæret. in 6. Rota in Osce. Archidiaconatus 16. Maij 1603. coram Lancellotto, quam refert Ricc. in Prax. for. eccles. par. 3. ref. 212. & in Collect. dec. 629. par. 3. vbi etiam dicit, quod cessat huiusmodi contemptus ex sola petitione absolutionis.*

Quintò, ut quis dicatur inforDESCERE in excōmunicatione in causa fidei non sufficit, si vocetur ad cōparendū in S. officio sub pœna excōmunicationis, sed addendum est, ut compareat ad respondendum de fide *glos. in cap. cum contumacia vers. respondeat de Hæret. in 6. Dian. par. 4. tr. 7. d. ref. 18. Megal. var. resol. tom. 2. ref. 149. n. 5.*

Sextò, annus debet esse continuatus in tali excōmunicatione, ut resoluit Sac. Congr. & Rota Rom. apud Ricc. in Prax. for. Eccles. par. 3. ref. 216. annus verò inforDESCENTIA currere incipit à die declarationis, non autem à die incursus in excōmunicationem, nisi fortè excōmunicatio fuerit notoria, & de tali notorietate verè, & euidenter cōstet: tunc enim annus inciperet à die notorietatis excōmunicationis *Ricc. vbi supra d. par. 3. ref. 216. & par. 4. ref. 66. Dian. par. 4. tr. 7. ref. 18.*

An verò possit vti hæreticus cō-

demnari? Resp. affirmatiuè ex c. 3
in contumacia de Hæret. in 6. c. excommunicamus 1. §. qui autem ex eod. tit. sed elapso anno infor- descencia debet prius citari ad respondendum de fide, & ad se purgandum ab hæresis suspicio- ne cum termino competenti: & si non compareat, iterum ob cõ- tumaciam excommunicationis vinculo innodatur, quam si per alium annum animo sublineat pertinaci, ex tunc vti hæreticus condemnandus est, vt in dictis iuribus, vbi glos. & Doctores Bo- na in de Censur. disp. 2. q. 2. pun. vlt. n. 2. Diana par. 4. tr. 7. ref. 18. & alij, quos refert, & sequitur Ricc. in Prax. for. Eccles. par. 3. ref. 215. 217. & 305. ad hunc autem effe- ctum requiritur trina monitio, seu citatio personaliter exequi- ta cum competenti termino, si absens inueniri potest; si verò la- titat, sufficit, quod per tria edi- cta citetur iuxta cap. sacro & ibi glos. in ver. competenti de Sent. ex- com. & tradunt DD. apud Ricc. in Prax. par. 3. ref. 218. qui eadem par. 3. ref. 174. addit, quod si quis in ca usa fuit semel personaliter citatus, aut si citatio domi exe- quuta peruenit ad Rei notitiam, excommunicatio tunc subline- tur etiam non præcedente per- sonali citatione.

Si verò talis excommunicatus ante elapsam annuam inoriat, non condemnatur vt hæreticus, neque eius bona confiscantur, ni- si ex testibus esset plenè cõiuctus, vt dicunt DD. apud Dian. d. par. 4. tr. 7. ref. 18. in fin.

Secundò infordescens per an- num in excommunicatione ha- betur pro confesso, & conuicto de eo crimine, cuius causa excom- municatus fuit cap. rursus, & c. quicumque 11. q. 3. Nam. in Man. cap. 27. num. 23. Ricc. in Prax. p. 3. ref. 209. & 305. Rip. in cap. 1. n. 77. de Indic. vnde & poterit clericus beneficijs priuari, dummodò re- ipsa per annum contumax fue- rit, & commiserit crimen be- neficij priuationem inducens; se- cus si excõmunicatus fuerit pro causa ciuili, aut pro leui delicto, vel per ipsum non detentit, nè ab- solutionem obtineret Sylu. in ver. excommunicatio 3. num. 1. not. 5. in fin. Ricc. in Prax. par. 3. ref. 305. Bo- nacin. de Censur. disp. 2. q. 2. pun. vlt. num. 2.

4 Potest tamen excommunicatus etiam post sententiam probare suam innocentiam iuxta glos. cõ- munitè receptam in d. cap. rursus 11. q. 3. vbi subdit, quod reus in- tali casu non recuperat bona sua, quia pœnæ repeti non solent glos. in cap. pastoralis §. verum ver. sub- trahuntur de Appell. Bonacin. de Censur. disp. 2. q. 2. pun. vlt. nu. 2. sed contrarium tenet Ricc. in Prax. for. eccles. par. 3. ref. 214. si de inno- centia eius, vel legitimo impedi- mento contiterit, & hoc mihi ve- rius videtur cum emittitur tunc con- flet de iniustitia sententiæ, equū est, vt illi beneficia, ac omnia bona restituantur iuxta textum expressum in cap. super causa 2. q. 5. l. pen. ff. de Remitt.

Addit Ricc. in Prax. et sur. p. 3. ref. 214. quod excommunica- tus

tus etiam in causa fidei elapso an-
no auditur, si causam legitimam im-
pedimenti suae infortalecentiae ve-
rificet, etiam si eius statua esset
cōbusta iuxta glos. commun. appro-
batam in c. excommunicamus 1.
S. qui autem ver. condemnentur
de Heret.

5 Tertiò potest pecuniaria, vel
alia arbitraria pœna puniri, vt di-
cunt DD. apud Bonacin. loc. cit. ca-
demque pœna plectitur infortale-
scens etiam per mensem continu-
uatum à die declaratoriae com-
putandum ex praxi Curiarum ec-
clesiasticarum, modò constet de
contemptu clauium; secus si fe-
cerit diligentias pro obtinenda
absolutione, & obtinere non po-
tuit Ricc. in Prax. par. 4. ref. 63. &
seq. non tamen sufficeret, si quis
steterit semel per 15. dies in ex-
communicatione, & post obten-
tam absolutionem cum reincidē-
tia in eadem excommunicatione
perseueret per alios 15. dies, quia
hoc est regulare in quacunque pe-
na, vt tempora non coniungantur,
quamuis secus sit in favorabili-
bus, idem Ricc. in Prax. par. 3.
ref. 216. & par. 4. ref. 64.

6 Quartò alia pœna punitur in-
fortalecens per annum in excom-
municatione, quod huic deinceps
absolutio non prodest, quæ à sum-
mo Pontifice in impetrationibus
gratiarum, & in collationibus be-
neficiorum conceditur, si culpa-
biliter per annum continuum
contumax in excommunicatione
perseuerauit, secus si absque cul-
pa Roland. conf. 46. num. 37. vol. 1.
Boer. decis. 290. nu. 3. quos refert, &

sequitur Ricc. in Prax. p. 3. ref. 217.

S V M M A R I V M.

- 1 Quando crimen Sortilegij sit mix-
ti fori.
- 2 Quibus pœnis Sortilegi punian-
tur de iure ciuili, & canonico.
- 3 An adorator Demonis censeatur
hereticus.
- 4 Qua pœna plecti debeat clericus
pro hoc crimine.
- 5 Referuntur alia pœna contra
sortilegos.
- 6 Quando Episcopus, & Inquisi-
tor possint pœnas mitigare.
- 7 Qua pœna plectendus sit abutēs
Sanctiss. Altaris Sacramento ad
huiusmodi sortilegia.
- 8 An in hoc crimine faciant fidem
testes, qui se liberatos à sortilegis
affirmant.
- 9 Qua pœna afficiendus sit Sacer-
dos, qui in celebratione sacrorū
nefandas, & turpes preces por-
rigit.
- 10 Qua plectendi sint pœna Incan-
tatores Serpentum.
- 11 Item quam pœnam subeant qui
verba sacra scripturæ ad scur-
rilia, vel superstitiones, & dia-
bolicas incantationes usurpant

C A P. XXI.

De Sortilegijs.



Rimen Sortilegij, &
diuinationis, si est
coniunctum cum he-
resi, ab Inquisitori-
bus hæreticæ prauitatis
punitur cap. accusatus §. sane

Tit 2 de

de Hæret. in 6. & tradit DD. quos refert, & sequitur Barbof. de off. & pot. episc. par. 3. all. 51. nu. 124. si verò non est coniunctum cum hæresi, non spectat ad Inquisitores, sed ad ordinarium iuxta tex. in d. S. sane, qui in hoc casu potest esse tam secularis, quam ecclesiasticus c. peruenit 26. p. 7. tot. tit. C. de Malef. & in hoc consensit omnes DD. ut d. Clar. in S. Hæresis vers. successus Genuis in Prax. Arch. c. 68. nu. 13. Bellett. Disquis. Cleric. tit. de fauor cleric. re. u. S. 4. n. 122. hodie verò per constitutionem Sixti Quinti, quam refert Quarant. in ver. Astrologia Iudiciaria Vulp. in Prax. Iudic. cap. 37. nu. 19. etiã Inquisitores cognoscunt de Sortitegijs, & diuinationibus, etiamsi hæresim non sapiant, ut notant Leo in Thesaur. for. eccles. p. 3. c. 5. num. 14. & 15. Vulp. loco cit. nu. 20. Barbof. d. all. 51. num. 134. non tamen priuatiuè quoad Episcopos, qui possunt huiusmodi causas, nisi sapiant manifestè hæresim, cognoscere iuxta tex. in d. cap. accusatus S. sane, & declarauit S. Congregatio Rom. & vniuersalis Inquisitionis die 21. Decembris, ut refert Dian. par. 4. tr. 8. ref. 119.

De iure autem ciuili huiusmodi Sortilegi, diuinatores, & malefici morte puniuntur l. nullus, & l. nemo C. de Malef. sed de consuetudine hæc pœna non seruatur: & ideo vel fustigantur, & banniuntur, vel ad triremes mittantur Clar. loc. cit. Vulp. in Prax. Iudic. cap. 37. num. 16. quod intellige, si viles sint, quia nobiles relegantur, vel alia pœna arbitrio

iudicis plectuntur Ferr. qq. mor. p. 1. q. 38. Vulp. ubi supra, & hoc procedit, si ex maleficio, aut sortilegio mors sequuta non fuerit, nam si sequitur mors, semper ultimo supplicio afficiuntur iuxta l. si quis aliquid 2. S. qui abortionis ff. de Pœn. Boss. tit. de Homicid. nu. 17.

Eadem pœna fustigationis imponitur de iure canonico, si fuerint viles Boss. loco cit. numer. 18. & ex stilo Romana Inquisitionis tales traduntur triremibus, si fuerint ignobiles, ut d. Dian. par. 4. tr. 7. ref. 10. aliàs perpetuo carcere puniuntur cap. contra idolorum 26. q. 5. Boss. d. n. 18: vel alia pœna arbitraria, ut d. Ferr. d. q. 38. Vulp. loco cit. d. cap. 37. num. 17: ultra infamiam, de qua in cap. infames 6: q. 1:

Præterea sunt ipso facto excommunicati iuxta c. 1. 26. q. 5. & constitutiones Ioann. XXII. incip. Super illius, & Leonis X. incip. Superne dispositionis; verum hæc excommunicatione in tali casu non esse vsu receptam dicit Bonacin. de Censur. in partic. disp. 2. q. 2. pun. 38. n. 1. & alij, quos refert Barbof. d. par. 3. all. 51. n. 119. nisi errorem in mente habeant contra fidem, illumq. exterius sufficienter manifestent, tunc n. excommunicationi contra hæreticos latè in bulla Cœsar subijciuntur, & ut hæretici puniuntur Vulp. in Prax. Iud. d. cap. 37. num. 15. & alij communiter: secus si re ipsa aliter in mente sentiant: Vnde licet adorator demonis actu ipso adorationis sufficienter indicet errorem, cum in tali casu tribuat demoni quod soli Deo competit, ut d. Vulp. loco

et cit. cap. 37. num. 6. tamen si credat, demoni honorem non deberi, non erit hæreticus *Bonacin. loco cit. d. pun. 38. num. 2.* præsertim si innocetur demon ad tentandam pudicitiam alienius mulieris, vel ad aliud faciendum; non alienum ab eius potestate: tunc enim invocatur demon ad id, quod est proprium ipsius *Ric. in Prax. for. eccl. par. 1. ref. 434. Vulp. d. cap. 37. nu. 8. & seq. & alij apud Barbos. d. par. 3. al. 5. n. 125.* etiamsi in ipsi fortilegijs misceatur oleum sanctum, aqua, candelæ, rami oliuarum, aut aliæ res benedictæ: quia adhuc huiusmodi fortilegia hæreticalia non sunt, si hæc agens non habeat errorem contra fidem, *et d. Vulp. loco cit. hoc tamen grauissimum est crimen, & contra tales, uti de hæresi vehementer suspectos procedere possunt Inquisitores: tum quia hæc ad apostasiam, & infidelitatem pertinent, tum etiã quia omne cum demone commercium, seu amicitia prohibetur, Dian. p. 4. tr. 7. ref. 10. & alij communiter.*

4 Clerici verò infamia notantur, & si non destiterint, deponuntur, atque in monasterium ad tempus arbitrio superioris præfiniendum detruduntur, ac beneficijs, & officijs ecclesiasticis priuantur *c. infames 6. q. 1. cap. non oportet & c. seq. 26. q. 5. & Statuit Leo X. in d. constit. incip. superne dispositionis, relata per Bonacin. d. pun. 38. nu. 1. Barbos. d. par. 3. alleg. 51. num. 19. & si notorij sint, irregulares efficiuntur, *et d. Sylu. in sum. ver. superstitio nu. 11.* excommunicandi etiã sicut tam ipsi, quam eos consulē-*

tes *cap. si quis clericus 26. q. 5.* hodie verò etiam Clerici arbitraria pœna puniuntur iuxta facti, & per sonarum qualitatem, *et d. Vulp. in Prax. iud. cap. 37. num. 17. Dian. par. 4. tr. 7. ref. 17.*

5 Item ex constitutione *Gregor. XV. 46. in nou. Bullario to. 4.* qui pactum cum Diabolo fecerit, & à fide apostatando maleficijs, seu fortilegijs vnam, seu plures personas ita læserit, ut ex maleficio, vel fortilegio mors sequuta sit, etiam pro primo lapsu curiæ seculari tradi debet pœnis debitis puniendus, *et notat etiã Peirin. in Priuileg. minimor. to. 2. constit. 9. Pauli V. S. 2. num. 26. Vulp. d. cap. 37. num. 25.* & qui similiter apostatando pactum cum diabolo, ut præfertur, fecerit, & maleficium, seu fortilegium commiserit, ex quo licet mors sequuta non sit, infirmitas tamen, diuortia, impotentia generandi, siue animalibus, frugibus, vel alijs fructibus damnum notabile prouenerit, muro claudi, siue perpetuis carceribus in S. Inquisitionis officio, ubi illud existit, fabricandis mancipari debet, *et canetur in d. constit. possunt tamen Episcopi, & Inquisitores eorum, qui in carceribus perpetuis, aut muro reclusi sunt, pœnam mitigare, aut in aliam commutare cap. ut commissi de hæret. in 6.*

7 Curie quoque seculari traduntur sabutentes Sanctissimo Altaris Sacramento ad huiusmodi fortilegia, veneficia, vel superstitiones *Genuens. in Prax. Archiep. cap. 68 numer. 10. Vulp. d. cap. 37. n. 9.*

Bar-

Barbof. d. all. 51. num. 135.

8 In hoc autem delicto testes, qui se liberatos à fortilegis affirmant faciunt fidem, etiam si socij criminis videantur, cum ad eos in prohibito consilio confugerint: quia non ut rei, sed ut testes deponentes de facto proprio admittuntur *secundum Ferr. qq. mor. p. 1 q. 45. num. 9. ubi citat Mascard. de Probat. tom. 3. concl. 1312. n. 55.*

9 Queres, qua pœna puniatur Sacerdos, qui in celebratione sacerorum nefandas, & turpes preces porrigit? Resp. talem Sacerdotem esse deponendum, ac beneficijs priuandum, & in perpetuum carcerem detrudendum, ut *post Souf. dicit Dian. par. 4. tr. 7. res. 10. ubi etiam addit, quod si Sacerdos Missas defunctorum celebrat pro uiuentibus, ut moriantur, à Sacerdotio priuatur, & perpetuo exilio relegatur vna cum eo, qui hoc consuluit, vel mandauit; possunt etiam tales alia arbitraria pœna puniri, ut supra diximus cum Vulp. in Prax. Iudic. d. cap. 37. num. 17.*

10 Queres 2, qua pœna puniantur Incantatores serpentum? Resp. quod de iure ciuili nec tales puniuntur, nec qui per incantationem suam grandines, vel intemperiem aeris, quo magis fructus saluentur, sedauerint, ut constat ex l. eorum C. de malef. & mathem. sed de iure canonico clerici degradantur, laici anathematizantur *iuxta cap. admoneant 26. q. 7. verum de consuetudine arbitrio Iudicis puniuntur Vulp. d. c. 37. num. 17. in istis enim incanta-*

tionibus inuocatur auxilium demonis vel expressè, vel tacitè, ut quando in eis insunt aliqua verba extranea, vel characteres, aut nomina ignota; & idè illas Christiana, & vera pietas repellit, & damnat *cap. illos 26. q. 2. dicit tamè Vulp. loco cit. num. 12. quod incantationes, in quibus imploratur auxilium Dei cum deuotione absque alia obseruatione superstitiosa intrinseca, vel extrinseca, non puniuntur.*

11 Eadem arbitraria pœna plectuntur qui verba, ac sententias Sacrae scripturae ad scurrilia, fabulosa, vana, adulationes, detractiões, superstitiones impias, & diabolicas incantationes, diuinationes, sortes, & similia audent usurpare *ex Conc. Trid. sess. 4. in Decreto de Edition. & vsu sacror. lib. 8. post hæc.*

S V M M A R I V M.

- 1 Contra exercentes artem iudiciariae Astrologiae procedunt tam ordinarij, quam Inquisitores.
- 2 Quibus plectantur pœnis de iure ciuili, & canonico.
- 3 Qui de statu Reip. Christianae, vel sedis Apostolicae seu vitæ Romani Pontificis, aut eius consanguineorum iudicia faciunt, ut laesa maiestatis rei puniuntur.
- 4 Qui censeantur rei iudiciariae Astrologiae.
- 5 Contra inclinationem caelestium corporum homo potest per rationem operari.
- 6 An prohibita sit predictio, vel iudicium circa inclinationes homi-

minun.

7 An prohibeatur conjectura, quæ ab alijs causis, & circumstantiis desumatur.

8 Item an prohibeantur iudicia, & naturales observationes circa rē medicam, navigationem, & Agri-
culturam.

CAP. XXII.

De exercentibus artem iudicia-
riæ Astrologiæ.

Strologiæ iudiciariæ
superstitio iure di-
vino vetita est, ut
constat ex lib. *Leuitic.*
cap. 19. & 20. & ab

ecclesiasticis etiam, ac ciuilibus
legibus acriter punitur ex cap. 1.
& seq. 26. q. 5. l. *nemo Aruspice*
C. de malef. & mathem. & ex con-
stitutione Sixti V. incip. *Cæli, &*
Terræ creator, quam refert Qua-
rant. in ver. Astrologia iudiciaria,
vbi damnantur facientes iudicia
& natiuitates hominum, quibus
de futuris contingentibus, suc-
cessibus, fortuitisque casibus, aut
actionibus ex humana voluntate
pendentibus aliquid euenturum
affirmare audent, etiam si id se
non certò affirmare asserant, aut
protestentur: hæc enim cognitio
viribus naturæ haberi non potest
ut d. S. Thomas 2. 2. q. 95. art. 1. &
ideò referenda est ad disciplinā
malignorum spirituum, & occultam
eorum societatem *Sylu. in*
ver. superstitio num. 6. Nau. conf.
1. de Sortil. Megal. in ver. Astrolo-
gia num. 6. Vnde contra tales uti

de hæresi suspectos non tantum
ordinarij locorum, sed etiam In-
quisitores procedunt ex d. *constit.*
Sixti V. ut notant etiã DD. quos re-
fert, & sequitur Barbof. de offic. &
pot. Episc. par. 3. alleg. 5. n. 134.

Et de iure quidem ciuili huius
modi artē exercentes, & eos con-
sulentes ultimo supplicio plectū-
tur, ut in d. *hæmo Aruspice*; de
iure autem canonico pœna car-
ceris, exilij, pecuniaria, vel alia
arbitrio iudicis puniuntur, &
abiurant de leui: clerici verò præ-
ter has pœnas arbitrarias suspen-
duntur ab ordinibus, & beneficijs
priuantur ex d. cap. 1. & seq. 26. q.
5. & ex constitutione Sixti V. su-
pra citata.

Eadem pœna puniuntur, qui
ex astris præterita, vel præsentia
occulta cognoscere conātur: hæc
enim ita damnabilis est, sicut illa
quæ futura prædicat *Megal. in*
ver. Astrologia num. 9. & alij com-
muniter; quia nec futura, nec præ-
terita, aut præsentia ex astris co-
gnosci possunt absque pacto im-
plicito cum demone *S. Th. 2. 2. q.*
95. ar. 6. in fin. Bonacin. de censur.
in part. disp. 2. q. 2. pun. 38. num. 5.
Vnde id expressè prohibetur in
cap. 1. & c. *ex tuarum de Sortil. &*
in lapud. Labconem D. si quis A-
strologus ff. de iniur. & famos.
libell.

Qui verò de statu Reip. Chri-
stiana, vel sedis Apostolicæ, seu
vita Romani Pontificis, aut eius
consanguineorum iudicia faciūt
seu facta in posterum penes se
retinent, vel alicui ostendunt,
aut verbis tractant, ultra excom-
muni-

- communicationem late sententia, etiam ut lese maiestatis rei ultimi supplicij, & confiscationis omnium bonorum, ac priuationis officiorum, & beneficiorum, si Clerici fuerint, penas incurrunt ex constitutione Urbani VII. quam refert Barbof. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 51. num. 134.
- 4 Obseruant autem DD. eos tantum Astrologia Iudiciaria esse reos, qui ex astris præcisè faciunt iudicia, vel natiuitates hominum circa futuros effectus contingentes ab humana voluntate pendentes, ac de istis loqui constitutionem Sixti V. ita Bonacin. de censur. in par. disp. 2. q. 2. pun. 38. nu. 3. & seq. Megal. in ver. Astrologia num. 6. Dian. par. 4. tr. 7. ref. 17. vbi citat Less. de iust. & iur. lib. 2. c. 43. dub. 6. num. 42. Barbof. loco cit. n. 134. quibus adde S. Tho. 2. 2. q. 95. ar. 5. vbi dicit, quod corpora caelestia non possunt esse per se causa operationum liberi arbitrij, licet possint ad hoc dispositiue inclinare, quatenus influunt in corpus humanum, & per consequens in vires sensitivas: quia tamen vires sensitivæ obediunt rationi, nulla necessitas ex hoc libero arbitrio imponitur, sed contra inclinationem celestium corporum homo potest per rationem operari, idem dicit Graff. par. 1. lib. 2. cap. 3. num. 12. & seq. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 2. ref. 186. & alij communiter. vnde qui certo crederet, aliquem, quia sub tali sydere, vel constellatione natus fuerit, cogi ad bene, vel male operandum, in hæresim incidet c. illud 26. q. 2. Vulp. in Prax. Iudic. cap. 37. nu. 14. Megal. in ver. Astrologia num. 8.
- 6 Ex quo inferuat, nullo iure prohiberi prædictionem, vel iudiciū circa inclinationes hominum; de his enim aliquale iudicium trahi posse ab astris, dicit Sylu. in ver. superstitio n. 6. Bonacin. loco cit. pun. 38. nu. 3. Vulp. vbi supra p. 13. Megal. num. 6. & 7. Dian. par. 4. tr. 7. ref. 17. & alij communiter.
- 7 Inferunt 2. neque prohiberi eas coniecturas, quæ ab alijs etiam causis, & circumstantijs particularibus desumuntur, videlicet ab ipsa corporis complexionem, dispositionem, seu temperamento personæ, ab actionibus hominis, alijsque consimilibus circumstantijs, Sylu. in ver. superstitio num. 6. Bonacin. loco cit. num. 6. vbi citat Less. lib. 2. cap. 43. dub. 6. nu. 42. Sanch. in oper. mor. lib. 2. cap. 38. num. 33. & alios, & hanc esse communem d. Dian. p. 4. tr. 7. ref. 17.
- 8 Inferunt 3. non prohiberi iudicia, & naturales obseruationes circa rem medicam, nauigationem, & Agriculturam, ut constat ex d. constitutione Sixti V. & docet Sanchus Thom. loc. cit. d. ar. 1. Barbof. d. par. 3. all. 51. nu. 134. Ricc. in Prax. par. 2. ref. 186. Vulp. d. cap. 37. n. 13. & alij communiter.

S V M M A R I V M:

- 1 Crimen incendiij est mixti fori.
- 2 Qua pena puniatur Incendiaris de iure civili.
- 3 Item qua pena plectatur de iure canonico.

CAP.

C A P. XXIII.

De Incendio.



Oc etiam delictum est mixti fori, cum ab utroque iure puniatur *cap. cum deuotissimam*, & *cap. seq. 12.*

q. 2. cap. si quis ecclesiam 17. q. 4. cap. pessimam 23. q. 8. cap. si egressus & cap. seq. de Iniur. & damn. dat. cap. uia nos de sent. excomm. l. qui ades l. si fortuito ff. de Incend. ruin. & nau. frag. l. capitalium. §. Incendiarij ff. de Pgn. atque ita tenet Fab. à Monteleo in Pract. Arbitr. par. 4. n. 799. quem refert Farinac. in Prax. & Theorica crimin. tit. de var. & diuer. crimin. q. 100. nu. 15. Diaz in Pract. crim. can. c. 108. ver. Incendiarij Foller. in simil. Prax. in ver. aut Incendijum c. 25. p. 2. Menoch. de Arbitr. Iud. lib. 2. cas. 390. nu. 39.

De Iure civili pœna capitis pro hoc crimine imponitur, ut in *d. l. capitalium. §. Incendiarij*, si cū dolo incendium commissum fuit *Andr. Gaill. pract. obseruat. lib. 2. obseru. 22. num. 6. Franc. Marc. dec. 417. nu. 2. par. 2.* vbi etiam dicit, quod mitius punitur qui committit incendium ruri, quam in ciuitate, cum ibi sit minus periculum *iuxta d. l. capitalium §. Incendiarij.*

Sed si ex negligentia, seu culpa incendium sequitur, distinguendum est: aut enim sequitur ex lata culpa, & hoc casu omnes conueniunt, posse incendiarium puniri etiam corporaliter, ut notat.

etiam Franc. Marc. par. 1. dec. 61. nu. 5. nō tamen ita grauiter, ac si dolo commissum fuisset, sed pœna arbitraria Bart. in l. 1. num. 5. in fin. ff. de offic. Praef. Vigil. & alij apud Farinac. in Prax. crimin. tit. de var. & diuer. crimin. q. 110. nu. 17. & ultra tenetur ad damna, & interesse Grammat. decis. 3. num. 16. & seq. Andr. Gaill. obser. 22. nu. 2. lib. 2. & communem dicit Farina. loco cit. nu. 18.

Aut sequitur ex leui culpa, & tunc incendiarius non punitur corporaliter, nisi in subsidiū quādo Incendiarius non potest damna resarcire *l. qui ades ff. de Incendio. ruin. & naufrag. Bart. in d. l. 1. num. 5. in fin. Cepoll. de Seruitut. rust. pred. cap. 44. rubr. de Igne n. 8. in fin. Cephal. conf. 362. n. 8. Franc. Marc. d. decis. 61. num. 5. par. 1.*

Possit etiam ultra emendam damni ad pœnam pecuniariam, fisco applicandam damnari: pœna tamen in tali casu debet esse modica, ut probatur ex *d. l. capitalium §. Incendiarij*, ibi, vel modice vindicetur.

Aut sequitur ex culpa leuissima, & in tali casu non tenetur ad aliquam pœnam criminaliter *Gabr. conf. 159. num. 3. lib. 1. Farinac. d. q. 110. num. 20. & alij communiter*: nec tenetur ciuilitate actione *l. Aquiliae* ad damna & interesse, si culpa leuissima consistat in omitendo, secus si consistat in committendo *l. si seruus seruum §. si fornacarius ff. ad l. Aquil. glos. penult. in l. si mora ff. sol. metri. Bart. in repet. l. quod Nerua n. 29. ff. de pos. Alexan. conf. 50. num. 9. lib. 1. &*

in l. domus h. peditarias nu. 5 ff. de leg. 1. Roland. conf. 95. nu. 29. & 30. lib. 2. Magon. decis. Florent. 111. num. 27. Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 2. cas. 390. num. 1. Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. alleg. 51. n. 76. Afflict. decis. 56. num. 9. & est communis opinio: nisi rem aliquā acceperit ex contractu, in quo de sui natura veniat leuissima culpa, prout in commodato vel alijs cōtractibus, qui fiunt gratia vnius tantum: tunc enim tenetur ex incendio orto ex leuissima culpa, etiam in omittendo cap. vn. de Commod. Roland. conf. 95. nu. 26. lib. 2. Masc. de Probat. lib. 1. com. luf. 467. n. 12. præsuntur autē in dubio, quod in incendio interuenerit leuissima culpa, nisi aliter probetur glo. in §. præterea ver. debet Instit. Quib. mod. re. contrah. oblig. Alexā. conf. 50. num. 9. lib. 1. Grammat. dec. 3. num. 1.

Si verò incendium ex casu fortuito prouenerit, nulla incurritur poena l. si fortuito ff. de Incend. ruin. & naufr. Bart. in l. In. 5. in fin. vers. tertio casu ff. de offic. Præs. vigil. dicitur autē fortuitum incendium, si itā sequatur, vt præuideri non potuerit, puta quia subita vis ventorum ignem longius produxit, & qui ignem immisit, omnia, quæ oportuit, obseruauit l. qui occidit §. in hac ff. ad l. Aquil. glos. in cap. si quis domum ver. voluntarie de Iniur. & damn. dat. & in cap. si egressus in ver. red. et damnnum eod. tit. Roland. conf. 95. num. 22. & seq. lib. 2. Cephal. cōf. 362. num. 22.

Vnde in tali casu non tenetur

quis ad damna, & interesse, nisi acciderit culpa sua, vel interuenerit pactum, seu in mora fuerit cap. vn. de Commod. cap. 2. de Depof.

Hinc inferitur 1. quod in pacto inter conductorem, & locatorem, nē in villa vrbana scenum, poneretur, tenebitur conductor ex locato, si illud posuit, & deinde seruus igne allato succendit; quia ipse causam præbuit inferendo scenum, vt in casu l. videamus §. fin. ff. locat.

Inferitur 2. quod si ex plaustro lapis ceciderit, & aliquid fregit, Plaustrarius Aquilię actione tenetur, si male composuit lapides; & ideo lapsi sint l. si seruus seruum §. si ex plaustro ff. ad l. Aquil. idem dicendum, si tempore ventoso ignē quis immiserit, aut non obseruauerit, nē ignis longius procederet, vt in d. l. qui occidit §. in hac Cepoll. de Seruit. Rust. præd. cap. 44. rubr. de Igne num. 6. & itā refert Gaill. lib. 2. obseruat. 22. num. 7. quemdam fuisse ad emendationem damni condemnatum, qui Ruri in columbario stantem tormenti bellici laxauit rotam, & præter opinionem occulta vipulueris stramineam tectum incendit, vnde ignis progressus vicina rusticorum tuguria consumpsit.

3. De iure verò canonico si Ecclesiam incendit, ipso iure est excommunicatus, ac debet eam in pristinum statum restituere, ac damna resarcire cap. si quis Ecclesiam 17. q. 4. cap. in litteris de Raptor. & cap. conquesti ubi glos. ser. excom-

excommunicatos de sent. excom. Decian. in Tract. crimin. to. 2. lib. 6. c. 24. Franc. Mar. dec. 417. nu. 1. p. 2. Menoch. de Arbitr. Iud. lib. 2. cas. 390. nu. 39. & 40. Idem dicendum est de incendente cœmeterium, aut alium locum sacrum seu religiosum Foller. in Prax. crimin. ca. non. par. 2. ver. aut incendium cap. 25. num. 2. Nauar. in man. cap. 17. nu. 100. vnde eos, qui incendunt xdes ecclesie existentes intra 30. vel 40. passus circa ecclesiam iuxta cap. sicut antiquitus 17. q. 4. esse excommunicatos ipso iure d. Hostiens. in sum. in tit. de Incendiar. num. 9.

Alij verò incendiarij non sunt ipso facto excommunicati, sed sunt excommunicandi iuxta glos. communiter receptam in d. cap. conque. sti ver. excommunicatos de sent. excom. Lopez. in Addit. ad Diaz. in Prax. crimin. canon. ver. Incendiarij cap. 108. Menoch. de Arbitr. Iud. lib. 2. casu 390. n. 40. Farinac. in Prax. crimin. tit. de var. & diuer. crimin. q. 110. n. 15. Nauar. in man. cap. 17. n. 100. quicquid dicat Clar. in d. fin. q. 77. ver. Incendiarij Bonacin. de Censur. in part. disp. 2. q. 3. pun. 43. n. 1. ver. ego verò, qui putant, omnes incendiarios esse ipso facto excommunicatos.

Hæc autem intelligenda sunt de Incendiarijs, qui prauo animo contra iustitiam ignem apponunt vt in d. cap. pessimum 23. quest. 8. non autem de ijs, qui præter directam intentionem sunt causa incendij, etsi fortè ex negligentia mortali se quantum sit incendium,

vt dicunt DD. quos refert, & sequitur Bonacin. loco cit. n. 3.

Obserua tamen, quod huiusmodi Incendiarij ante denunciationem absoluantur ab episcopo, refecto prius damno, & iuramento præstito, quod ignem vltterius non apponant iuxta cit. cap. pessimum. post denunciationem verò non possunt absolui, nisi per Papam cap. tua nos de Sent. excom. glos. in cap. in litteris ver. anathematis de Raptor. Hostien. in Sum. in tit. de Incendiar. n. 9. Nau. in man. d. cap. 17. n. 100. & hanc esse magis communem dicit Clar. d. q. 77. ver. Incendiarij. Vnde nec Legatus à latere absolvere posset ab excommunicatione Incendiarios sic denunciatos secundum Io. Andr. in d. c. tua nos n. 2. vbi etiam Anebar. n. 2. & communem dicit Abb. ibidem n. 4.

Præterea tam Clericus, quam laicus pœna arbitraria puniuntur Fab. à Monteleo. in Prax. Arbitr. par. 4. n. 799. & alij, quos refert, & sequitur Menoch. d. lib. 2. cas. 390. nu. 39. Farinac. d. q. 110. num. 15. potest etiam Clericus Incendiarius beneficiopriuari Rebuff. in Prax. Benef. tit. de mod. amittent. benef. par. 3. cap. 1. n. 60. & si excessus esset magnus, posset etiam degradari secundum Farinac. d. tit. de var. & diuer. crimin. q. 110. n. 15. & seq.

Item Incendentes agros seu vineas priuantur ecclesiastica immunitate, vt d. Bonacin. de Censur. in part. disp. 2. q. 3. pun. 16. §. 6. n. 5.

S V M M A R I V M.

- 1 Crimen blasphemia est mixti fori, & quomodo id intelligatur.
- 2 Poena blasphemantium qua sit.
- 3 Verba, pro prima vice, intelliguntur pro prima vice punitio- nis.
- 4 An fructus beneficiorum in casu amissionis accrescant interessan- tibus.
- 5 In hoc delicto procedi potest ad simplicem, & secretam denun- ciationem.
- 6 Blasphemanti calore iracundie quando minuatur poena.

C A P. XXIV.

De Blasphemia.

I Vi contra Deum, vel B. Virginem, vel sanctos Blasphemare, presumunt, ab ecclesiastico, & seculari Iudice puniri possunt *c. statuimus ubi DD. de maled. Auth. ut non Luxurient. homin. con. Natur. & quoniam coll. 6. Clar. in § blasphemia vers. hoc crimen Boff. in tit. de Inquis. n. 132. Bellett. tit. de fav. Cleric. real. § 4. n. 131. Megal. in ver. blasphemia n. 9. Barbof. de off. & pot. Episc. par. 3. cap. 51. n. 93. & 94. Vulp. in Prax. Iudic. cap. 41. n. 47.* hoc tamen intellige de blasphemia simplici, non hæreticali: quia de hæreticali Episcopus, & inquisitor tantum cognoscunt *c. ut Inquisitionis § prohibemus de Hæret. in 6. Vulp. d. cap. 41. n. 47. Io:*

Franc. Leo in Thefor. Eccles. par. 2. cap. 1. num. 30. Megal. loco cit. Layman. in Theol. moral. lib. 4. tr. 9. cap. 2. n. 5. Dian. par. 4. tr. 7. ref. 8. vers. nota etiam Bonacin. de legib. disput. 3. q. 8. pun. 1. n. 5. quicquid dicat Barbof. d. p. 3. all. 51. num. 89. Dicitur autem blasphemia non solum quâdo attribuitur Deo ad- dendo, vel minuendo quod non est, sed etiam quando habetur turpiter sermo de Deo *Boff. in tit. de inquisit. n. 131. in fin.*

De iure civili contra blasphemantes poena mortis statuta est, in *d. Auth. ut non luxurien. homin. con. nat. in fin.* hæc tamen poena, nõ servatur propter multitudinẽ blasphemantium, *ut d. Ricc. in Prax. for. Eccles. par. 4. ref. 41.* sed arbitrio Iudicis puniuntur inspe- cta qualitate personarũ *Bonifac. de Vitalin. in tract. de malefic. tit. de poena blasphem. Deum & Sanct. n. 3. Clar. ut sup. vers. sed quero.* De iure verò canonico coguntur ad publicam poenitentiam ante fores Ecclesie faciendam modo, & forma, prout in *cap. 2. de maled. Ricc. in Prax. par. 3. ref. 41.* quæ tamen poena non habet locum in clericis, quibus publica poenitentia non est iniugenda *cap. 1. de Bigam. Barthol. Socin. conf. 119. n. 7. vol. 4. Barbof. d. all. 31. n. 97.* sed arbitraria poena puniuntur, *ut d. Ricc. d. par. 3. ref. 42.*

In Tribunali autem Inquisito- rum blasphemus infimæ sortis flagellis cæditur cum publica poenitentia, in publicoque spectaculo, lingua ferro, vel ligno compre- hensa, cum abiuratione de leui: nobilis

nobilis verò pœna pecuniaria multatur, & ad tempus in monasterium detruditur, *Rois de Hæret. par. 2. n. 176. Zanard. in Direct. Theolog. par. 2. præcep. 1. cap. 11. n. 10. & alij apud Barbof. d. par. 3. all. 51. n. 90.*

Addit Ricc. in *Prax. for. Eccles. par. 1. ref. 327. & par. 3. ref. 44.* quod eadem pœna punitur non manifestans blasphemum *per tex. in c. si quis per capillum 22. q. 1.* sed ex d. textu tantum colligitur, quod tenetur quis in conscientia denunciare, *ut ibi notat glos. in ver. non manifestauerit.*

Hodie verò per constitutionem Pij V. incip. *Cum primum*, quicumque laicus Deum, & Dominum nostrum Iesum Christum, vel Gloriosam Virginem Mariam eius Genitricem expressè blasphemauerit, pro prima vice pœnam 25. ducatorum incurrit: pro secunda pœna duplicabitur; pro tertia autem centum ducatos soluet, & ignominia notatus exilio multabitur. qui verò plebeius fuerit, nec erit soluendo, prima vice manibus post tergum ligatis ante fores Ecclesie constituetur per diem integrum; pro secunda fastigabitur per urbem; pro tertia lingua ei perforabitur, & mittetur ad triremes.

Clericus autem, qui in hoc blasphemiae crimen incurrit, pro prima vice fructibus unius anni omnium & quoruncumque suorum beneficiorum, pro secunda beneficijs ipsis priuatur: pro tertia omnibus etiã dignitatibus exutus deponitur, & in exilium mittitur: quod si Cle-

ricus nullum obtinuerit beneficium, pena pecuniaria, vel corporali pro prima vice puniri debet, pro secunda carceribus mancipatur, pro tertia verbaliter degradatur, & ad triremes mittitur.

Qui reliquos Sanctos Blasphemauerit, pro qualitate blasphemie, atque persone arbitrio Iudicis punitur, *ut ex d. constitutione Pij V. quam refert Plasco in Prax. Episc. par. 2. cap. 4. n. 97.*

3 Obserua tamen, quod illa verba, pro prima vice, intelliguntur de prima vice punitionis, non blasphemie Ricc. in *Prax. par. 1. ref. 327. Genuens. in Prax. Archiep. cap. 63. Barbof. d. par. 3. all. 51. n. 100.*

4 Obserua 2. quod fructus beneficiorum in casu amissionis non accrescunt interessentibus, sed cedunt Ecclesie *glos. in clem. 2. ver. suspensus de Vit. & hon. cleric. felin: in cap. Apostolica n. 12. vers. durante autem de excep. Rot. decis. 665. n. 10. par. 2. Rec. accrescunt tamen interessentibus distributiones, ut ibidem d. glos. in d. clem. 2. & alij communiter.*

5 Obserua 3. quod in præd. delicto procedi potest ad simplicem & secretam denunciationem, *ut cauetur in d. constit. Pij V.*

6 Obserua 4. quod blasphemanti calore iracundie, præsertim ex iniusta, & illicita causa, non minuitur pœna, nisi statim se corrigat aliqua signa pœnitentie ostendendo: tunc enim esset argumentum quod ex lubrico lingue blasphemauerit, Ricc. in *Prax. for. Eccles. par. 2. ref. 9. & par. 3. ref. 44. & in Collect.*


Collect. decis. 75. par. 1. ubi idem dicit, si blasphemans in dicto crimine minimè assuetus sit.

S V M M A R I V M.

- 1 Conculcantes sacras imagines à Iudice ecclesiastico puniuntur.
- 2 Voluntas non solum verbis, sed etiam factis declaratur.
- 3 Qua poena puniantur conculcantes Imagines sanctorum.

C A P. XXV.

De conculcantibus, seu percutientibus sacras imagines.

- 1  Vanius multi DD. teneant, percutientes, seu inquinantes imagines sanctorum posse ab utroque Iudice puniri, ut refert Bellet. Disquis. cleric. tit. de fauor. cleric. real. §. 4. in fin. nihilominus verior sententia est, hoc crimen esse merè ecclesiasticum, ut d. Dian. par. 4. tr. 7. ref. 9. Genuens. in Prax. Archispc. 18. num. 12. ubi refert, ita fuisse seruatum in supremo Regio consilio Hispaniarum: & ratio est, quia percutiens imagines sanctorum videtur fateri, imaginum usum non esse seruandum, atque ita videtur incidere in hæresim vltimò damnatam in Concilio Tridentino sess. 25. in Decreto de inuocat. & Venerat. & Reliq. sanct. voluntas enim non solum verbis, sed etiam factis declaratur; & ideo vti suspectus de hæresi ad Iudices ecclesiasticos est remittendus iux-

ta. ut inquisitionis de Hæres. in 6. Huiusmodi autem delinquentes poena fustigationis, trirremium, carcerum, infamiae, exilij, vel poena pecuniaria, vel alia arbitrio Iudicis in foro ecclesiastico puniuntur cap. in Archiepiscopatu de Raptor. & abiurant de leui, vel de vehementi iuxta facti, & personarum qualitatè, ut d. Genuens. loco cit. num. 12. in fin. Dian. d. ref. 9. & si factum esset publicum, & enorme tradendus est curiae seculari, siue hæreticalè animum fateatur, siue non secundum Souf. in Aphor. inquis. lib. 1. cap. 42. n. 16. quem refert Dian. loco cit. & tunc poterit Iudex laicus reum ciuilibus poenis punire, ut notatur in d. cap. ut inquisitionis de hæres. in 6. & in cap. nouimus de verb. sign. de iure autem ciuili poena huius criminis est vltimum supplicium Risc. in collect. decis. 75. p. 1. & alij apud. Clar. in §. fin. q. 68. vers. imaginem Christi; potest tamen talis delinquens mitius puniri inspecta qualitate facti, & personarum, ut d. Clar. loco cit. in fin.


S V M M A R I V M.

- 1 Crimen falsi est mixti fori.
- 2 Qua sit poena falsi de iure ciuili, & que de iure canonico.
- 3 Qualiter puniantur Clerici falsificantes litteras Papae.
- 4 Qua sit poena falsificantium litteras aliorum Principum.
- 5 In alijs casibus falsarij qualiter puniantur.
- 6 Ad incurrendam poenam falsi requiritur actus completus.

7. An in excommunicationem incurrat qui litteras falsas fabricare cepit, sed deinde ab inchoato opere desistit.
8. Qua pœna plectendus sit testis falsum deponens, seu varius.
9. Laicus deponens falsum coram Iudice ecclesiastico, an possit etiã à Iudice seculari puniri.
10. Quando testis possit puniri de falso.
11. In causis civilibus suspicio falsi pro veritate habetur.
12. In quibus casibus cesset pœna falsi.
13. Si ius totius causae consistit in testibus de falso accusatis, super sedendum est in civili, & terminatur causa criminalis.

CAP. XXVI.

De Crimine falsi.

-  Rimen falsi est mixti fori siue committatur in re ecclesiastica, ut dicunt DD. in cap. cum sit generale de for. compet. Boss. in tit. de fals. num. 108. Ferr. qq. mor. par. 1. q. 67. nu. 9. siue committatur in re prophana Marant. de ord. Iudic. p. 4. dist. 11. num. 28. & alij, quos refert, & sequitur Barbos. de offic. & pot. Epif. par. 3. alleg. 107. nu. 35. vbi dicunt, posse Episcopum punire pœna penitentiaria, vel alia arbitraria Aromaticos, & alios Artifices, qui merces falsificant, vel ultra iustum pretium vendunt.
2. Pœna autem falsi de iure civili in libero homine est deporta-

tio, & bonorum publicatio: inferuo autem est vitimum supplicium l. 1. §. pœna falsi ff. ad l. Corn. de fals. sed de iure authenticorum bona non publicantur eorum, qui delinquant Auth. ut nulli iudic. §. §. in col. 9. & notat glos. in d. l. 1. §. fin. ver. publicatio Bonifac. de Vita lin. in tit. de fals. num. 3.

Sed hodiè, quia non vitimur deportatione, delinquentes huiusmodi puniuntur secundum formam constitutionum, aut statutorum loci, & si hæc non adsint, pœna fustigationis, vel triremium ad tempus, vel in perpetuum, vel alia iuxta facti, & personarum qualitatem arbitrio Iudicis plectuntur l. secularij §. sunt quoad ff. de extraord. crimin. l. hodiè ff. de Pœn. Gandin. de malef. in tit. de falsar. num. 3. Clar. in §. falsum vers. sed quero, que sit pœna Grammat. de iur. 27. Ricc. in collect. decis. 248. Vezin. relatus in Syntag. opin. comm. tit. de fals. cap. 2.

Immò de iure Codicis etiam liber homo capitali supplicio punitur, si id exigat magnitudo commissi criminis, ut in l. vbi C. ad l. Corn. de fals.

Præterea pars ipsa falsitatem in causa committens causam perdit l. in fraudem §. quoties vbi glos. ver. cadat ff. de iur. fisci Marant. de ordin. Iudic. par. 6. tit. 12. de incid. crimin. §. c. nu. 3. dummodò talis falsitas commissa sit circa acta ipsius causae Ricc. in collect. dec. 2176. par. 6. secus si committatur circa testes, aut instrumenta Bart. in d. l. in fraudem §. quoties, & est communis opinio, ut d. Clar. in §. falsum

sum versitem propter:

De iure autem canonico falsificantes, seu falso fabricantes litteras apostolicas sunt excommunicati in bulla Cœnæ Domini *can. 6.* is verò falsificare dicitur, qui veras litteras apostolicas ab earum sincera veritate immutat: fabricare verò est eas cõfingere *Lexã. in sum. qq. reg. tom. 3. ver. falsarius num. 2.* fautores verò, consulentés, aut mandantes falsificationem nõ comprehenduntur in bulla Cœnæ, sed ligantur excommunicatione contenta *in cap. ad falsariorum de Crim. fals.* quæ ipso facto incurritur, non tamen est reservata, *et dicunt DD. apud Bonac. de Censur. in part. disp. 1. q. 7. pun. 3. numero 8.*

Sed si quis falsas litteras se habere cognoseit, & illas infra 20. dies non destruit, tunc incurrit excommunicationem contentam *in cap. dura §. adijcetes de Crim. fals.* quæ est Papæ reservata.

Clerici verò, qui per se falsitates in litteris apostolicis exercēt ultra excommunicationē beneficijs, & officijs ipso iure priuantur, & præterea degradandi sunt, ac tradendi curiæ sæculari, vt secundum leges puniantur *d. cap. ad falsariorum de Crim. fals. Ricc. in Prax. for. Eccles. v. 3. ref. 455. Barbos. in d. c. ad falsariorum vbi etiã dicit, quod pro vnica falsificatione pœna hæc locum habet, etiã si textus vtatur verbo, exercēt, quod frequentiam actuum significat; & tunc clericus Curiæ sæculari traditus pœna vltimi supplicij imposita in dicta lege vbi C. ad l.*

Corn. de fals. plectendus est secundum glos. & DD. in d. cap. ad falsariorum Grammat. decis. 27. nu. 10. eademque pœna vltimi supplicij, & degradationis puniendos esse mandantes, falsificari litteras Papæ, dicit *Farinac. in Prax. crim. par. 6. de falsitat. q. 151. nu. 12. quæ refert Barbos. in d. cap. ad falsariorum num. 15. de Crim. fals.* mitius tamen puniuntur qui vtuntur litteris Papæ sic falsificatis, quam qui illas falsificant: clerici enim in tali casu beneficijs, & officijs ecclesiasticis tantum priuantur; laici verò non incurrit excommunicationem bullæ Cœnæ, sed *d. cap. ad falsariorum, vt d. Barbos. ibidem num. 4. & 16. Nauar. in man. cap. 27. num. 62.*

Qui verò falsificauerint litteras aliorum etiam Regum, seu Principum, laici inflicto characterē, in exilium mittuntur: clerici verò ultra supradictas pœnas deponuntur *cap. ad audiētiam de crim. fals. glos. in cap. cum non ab homine ver. postmodum de Iudic. & in d. cap. ad falsariorum ver. legitimas Grammat. decis. 27. num. 10.* nunquam tamen ob hoc crimen, siue aliud Clerici sæculares, vel Regulares fustigantur, *vt d. Dian. par. 4. tr. 7. ref. 11. in fin. & alij cõmunitor.*

In alijs casibus arbitrio Iudicis falsarij puniuntur *Boss. in tit. de fals. num. 107. Clar. in §. falsum ver. sed quæro.*

Ad incurrendam autem pœnã falsi requiritur actus completus: non enim punitur affectus, nisi sequatur effectus ex generali cõ-

luc-

ſuetudine totius mundi *Grāmat. decif. 2. nu. 8. & eſt communis opinio.* Vnde præſentans apocas falſas, & non exigens non eſt puniendus pœna ordinaria, *vt d. Ricc. in Prax. for. eccleſ. par. 3. ref. 52. n. 5. in fin.* quia ad hoc vt ſit punibilis falſitas, requiritur vſus *cap. accedens de crim. falſ. & ideo in Praxi ſeruetur, vt nemo de falſi teſtis vſu puniri poſſit, niſi præcedat declaratio, quod ipſe velit vt tali depoſitione iuxta l. 3. C. de fid. inſtrum. Clar. in d. falſum verſ. vtens Ricc. in Collect. decif. 2656. p. 7. vbi etiã dicit, quod hæc declaratio circa vſum peti poteſt etiam poſt rem iudicatam:*

7 Neque in excommunicatione incurreret qui litteras falſas fabricare cepit, ſed pœnitentia ductus ab inchoato opere deſtitit antequam litteras perficeret: vel ſi verbum aliquod abraſit animo addendi aliud, & poſtea non addidit, ſed prius verbum iterum appoſuit, *vt dicunt DD. quos reſert, & ſequitur Bonacin. de cenſur. in part. diſp. 1. q. 7. pun. 3. numero 12.*

8 Quæres, qua pœna plectendus ſit teſtis falſum deponens? Reſp. quod regulariter arbitraria pœna punitur *Clar. in d. falſum verſ. ſed quæro, & alij apud Dian. p. 4. tr. 7. ref. 16* dummodo ſit iuridicè interrogatus, ac de veritate dicenda præſtiterit iuramentum, *vt d. Ricc. in Prax. for. eccleſ. par. 2. ref. 216. quicquid dicat Felin: & alij apud Barboſ. de offi. & pot. Epiſc. par. 3. alleg. 51. num. 26.*

Si verò dolo malo deponat fal-

ſum contra innocentem in cauſa capitali, tunc de iure civili vltimo ſupplicio afficitur, etiamſe reus habuerit gratiam, vel fuerit abſolutus *Ricc. in collect. dec. 2176. par. 6. vbi citat Peguer. dec. Catal. 19. Cacher. dec. 19. Ludouic. decif. Rot. Lucen. 15. dicit tamen idem Ricc. in collect. 2065. par. 5. quod relicta hac ſeueritate vltimi ſupplicij poteſt talis teſtis ad triremes tranſmitti, vel ſuſtigari. Secus ſi cauſa non ſit capitalis, vel licet ſit capitalis, teſtis tamen ad deſenſionem rei falſum depoſuit: tunc enim mitiori pœna punitur *Ricc. in d. collect. dec. 2176.**

Sed ſi teſtis pro deſenſione rei inqueſti de hæreſi falſum depoſuit coram Inqueſtoribus negando hæreſim, vltra extraordinarias pœnas debet abiurare tamquam fautor hæreticorum pro qualitate ſuſpicionis *Dian. par. 4. tr. 7. reſolutione 16.*

Falſus verò dicitur tam qui mendacium dicit, quam qui veritate occultat *cap. 1. de crim. falſ.*

Teſtes etiam varij arbitraria pœna puniuntur *l. eos ff. ad l. Corn. de falſ. eademq. plectuntur pœna qui illos ſubornant Ricc. in collect. decif. 552. & decif. 569 par. 3. vbi dicit, quod etiam ad triremes damnari poſſunt Dian. loco cit. Clericus verò falſum dicens deponitur, & in monaſterium detruditur *cap. ſi Epiſcopus 50. diſt.**

Addit Boſſ. in tit. de falſ. nu. 107 *Marant. de ord. Iudic. par. 6. tit. 12. de Incid. crim. nu. 6.* quod laicus deponens falſum coram Iudice eccleſiaſtico poteſt non ſolum ab

eodem ecclesiastico puniri *iuxta cap. 1. de Crimin. fals. l. nullum C. de Testib.* sed etiam à Iudice seculari, ut notant etiam alij DD. apud Vulp. in Prax. Iudic. cap. 41. num. 44. idem dicendum, si laicus deponat falsum coram Iudice seculari, quia tunc poterit puniri etiam à Iudice ecclesiastico *Marrant. loco cit. nu. 6.* ità etiam resistentes Curie in actu executionis possunt puniri etiam per alium Iudicem, qui aliàs de iure cõmuni habet iurisdictionem *secundum Bellett. in Disquis. cleric. tit. de fauor. cleric. real. §. 5. num. 15.*

10 Obserua tamen, quod tunc testis poterit puniri de falso, si notorie constet, ipsum deposuisse falsum ex actis ipsis, *Bertaz. conf. 72. nu. 12. & seq. lib. 1. quem refert. Loccatell. de Quest. Iudic. insp. 3. n. 51. vbi dicit, quod nõ potest Iudex nouum processum inchoare.*

Obserua 2. quod ad puniendũ aliquem de falso non sufficiunt coniecturæ, vel suspiciones, sed requiruntur probationes legitimæ *Boff. in tit. de offic. corrupt. pecun. §. c. num. 14. & communem dicit Clar. in §. falsum vers. trita est conclusio, & probatur ex l. absente m. ff. de Pœn. vbi dicitur, quod ex suspicionibus nemo damnari debet, cum satius sit relinqui impunitam facinus nocentis, quam innocentem damnari.*

11 In causis verò ciuilibus suspicio falsi pro veritate habetur *Boff. & Clar. locis cit. & alij communiter;* Notandum tamen est, quod ad tollendam fidem scripturæ priuatæ duæ requiruntur falsitatis præ-

sumptiones, quæ respectu scripturæ publicæ, seu instrumenti debent esse perspicuæ, & graues, ut *decisum refert Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. ref. 613.*

12 Verum in multis casibus huiusmodi pœnæ non habent locum: & primò si constaret, aliquem ignoranter vsu fuisse falsis litteris *cap. inter dilectos de excess. Prælat. glos. in d. cap. ad falsariorum ven. dixerint: quia falsitas non committitur sine dolo l. nec exemplum C. de fals. l. Diuus Pius ff. eod. d. cap. inter dilectos Barbof. de off. & pot. Episc. par. 3. all. 51. num. 27. Loccatell. de Quest. Iudic. insp. 5. n. 240. & alij communiter: dolo autem nunquam præsumitur, nisi probetur *l. quoties §. qui dolo ff. de Probat. Ricc. in Collect. dec. 587. par. 3. Gandin in tit. de falsar. n. 21. nec error quauis culpabilis. facit falsitatem præsumi, idè Ricc. in Collect. dec. 2176. p. 6. Rot. dec. 135. p. 2. diuers. vnde si quis probaret, se ab alio fuisse deceptum, excusaretur à pœna *l. maiorem C. de fals. quemadmodum etiam excusatur qui statim, ac falsas litteras se habere cognoscit, desinit eis vtis ap. accedens de Crimin. fals. dummodo infra 20. dies tales litteras destruat c. luna §. adijcietes eod. tit. quod procedit, quãdo alia persona litteras impetrauit, secus si ipse impetrasset, quia tunc pœnam nõ euitat: *Bonifac. de Vitali. tit. de fals. n. 5.****

Hinc etiam fit, vt neque Notarias puniatur, si ipso inscio vna persona pro altera fuit supposita, non enim tenetur cognoscere con-

contrahentes, ut d. Ricc. in Collect. dec. 713. p. 3. ubi citat glos. in l. fin. §. cognoscant C. de Iur. deliber.

Secundò pœna falsi non habet locum, ubi falsitas nemini praeiudicat, puta si instrumentum falsum deficiat circa substantialia, aut si testes non iuraverint, siue examinati fuerint parte non citata, vel aliàs eorum testimonium non valuit glos. communiter recepta in l. domus ver. priuatus C. de fals. G. d. in tit. de falsar. num. 21. Bonifac. loco cit. num. 21. Gabr. lib. 7. c. 1. §. per tot. vnde falsitas commissã circa scripturam, quæ de se non probat, non punitur, ut d. Bonifac. relatus in syntag. opin. comm. tit. de fals. 3. vers. falsitas commissã.

Idem dicendum, si testis non deposuit falsum circa factum principale, nec circa qualitates substantiales, sed circa alia extrinseca; quia tunc de falso non potest puniri Grammat. dec. 43. n. 4. & dec. 60. n. 16. Barbof. d. p. 3. all. 51. n. 34.

Hoc tamen intellige, quando falsitas non nocet, neque in futurum nocere potest Gabr. loco cit. d. concl. 5. n. 21. Boss. d. tit. de fals. n. 83.

Obserua tamen, quod licet in his casibus tales non puniantur pœna falsi ordinaria, puniendi tamen sunt pœna stellionatus, hoc est pœna extraordinaria secundum qualitatem facti, & personarum arbitrio Iudicis Gaudin. d. tit. de falsar. n. 21. Grammat. d. dec. 43. n. 4. Ricc. in Collect. dec. 687. par. 3. Boss. loco cit. n. 85. & 90. & communem dicit Clar. in §. falsum: vers. item excusatur Gabr. loco cit. num. 24. vbi cunque enim,

dolus committitur, & deest certum nomen delicti, illud delictum extraordinarium dicitur crimen stellionatus l. stellionatus §. stellionatum ff. de Crim. stellion. cuius pœna est Iudici arbitraria d. l. stellionatus §. pœna autem.

Tertiò paruitas rei excusat à pœna falsi Ricc. in Collect. dec. 2858 par. 7. & alij apud Barbof. in cap. ad falsariorum nu. 6. de Crim. fals. Hinc rasura paucarum litterarum, quæ sapientis animum in dubitationem non inducit, non nocet. fin. de Crim. fals. quando videlicet rasura non est in loco suspecto, ut d. Bonifac. de Vitalin. loco cit. nu. 5.

Quartò inter coniunctas personas filer falsi accusatio, licet flicus possit illam persequi Ricc. in Collect. decis. 248. par. 2.

13 Addunt DD. quod quando civili causæ incidit crimen falsi, puta quia reus accusat de falso testes exanimatos, & partem, tunc si ius totius causæ consistit in illis testibus accusatis, supersedendum est in civili, & terminatur causa criminalis, etiam si esset conclusum, in causal. per minorem ff. de Iudic. l. fin. C. de Ord. Iudic. Grammat. dec. 60. nu. 24. & hanc esse communem dicit Ricc. in Collect. dec. 409 par. 2. quemadmodum quando falsitas emergit in iudicio criminali, super negotio principali procedendum non est, nisi prius terminata causa falsitatis Boss. in tit. de fals. num. 150. vbi etiam dicit, quod tunc statuendus est parti aliquis brevis terminus ad falsitatem probandam. idem dicendum, si causa civilis, & criminalis sunt

ambæ principaliter motæ: hoc enim casu præponitur criminalis tamquam maior, & superfedetur in civili l. fin. C. de ord. Iudic. glos. cõmuniter recepta in l. damus ver. questione civili C. ad l. Corn. de fals.

Observat tamen Grammar: d. dec. 60. numer. 24. quod in Regno per Regiam Pragmaticam non obstante accusatione falsi contra testes, & partem proceditur in causa civili ad vltiora, etiam vsque ad sententiam inclusiue, nec cursus causæ principalis aliter retardatur, nisi iudici de falsitate ante expeditionem causæ constiterit; & tunc executio fieri debet cum cautione de restituendo &c. Ricc. in Collec. decis. 409. par. 2. vbi etiam dicit, quod non impeditur civilis, quando vtraque causa posset per se stare. Quare si debitum confessus dicat instrumentum falsum propter fideiussorem, vel aliud, quod non debuit inscribi, salua executione criminis ad solutionem compellitur l. 2. vbi glos. C. ad l. Corn. de Fals. ide m dicendum, quando actio criminalis esset exercenda contra tertium, & non contra colligantem ita vt non faceret præiudicium civili, tunc enim civilis non impeditur, vt d. Ricc. in d. Collec. dec. 409. par. 2.

S V M M A R I V M.

- 1 Periurium an sit mixti fori.
- 2 Homicidio spontè commissõ comparatur.
- 3 Iurans soluere vsuras an teneatur illas soluere.

tur illas soluere.

- 4 Qua pœna periurus puniatur.
- 5 Clericus testes subornans quapœna afficiatur.
- 6 Quando cesset periurij pœna.

C A P. XXVII.

De Periurio.

Periurium esse mixti fori constat ex cap. prædicandum 22. q. 1. l. de periurio ff. de Crim. stellion. & ita tenet Ricc. in Collec. decis. 265. p. 2. Guid. Pap. decis. 178. nu. 2. Bellett. in Disq. cleric. tit. de fauor. cleric. real. §. 4. n. 128. quamuis alij asserant, huiusmodi crimen ab ecclesiastico tantum Iudice esse puniendum, quorum sententiam communem dicit E. Suar. relatus in Syntag. opin. comm. tit. de Periur. cap. 3. vers. Periurium.

Hoc autem scelus adeò execrabile est, vt homicidio spontè commissõ comparatur in d. cap. prædicandum: quid enim detestabilius, quam super falsa re in testè vocare Deum ipsum, qui est Veritas infinita. Vnde Hieremias cap. 4. iurabis, inquit, viuit Dominus in veritate, & in iudicio, & in iustitia; nam si iuramentum caret veritate, dicitur periurium, quod nihil aliud est, quam mendacium iuramento firmatum Clar. in §. periurium in princip. si caret iudicio, dicitur incautum; si caret iustitia, dicitur iniquum, vt tradunt DD. communiter. Quapropter non est

seruandum iuramentum, quod versatur circa rem iniustam, aut illicitam, nec iurans in tali casu indiget dispensatione cap. quanto capitulo & si Christus de Iureiur.

3 Nec obstat cap. debitores eod. tit. vbi expressè cauetur, quod iurās soluere vsuras, quæ prohibite sunt de iure Diuino, & humano, cogendus est Domino reddere iuramentum: Respondent enim Doctores, propterea id fieri, quia soluere vsuras in tali casu non est peccatum: alias enim non posset compelli, sed tantum peccat qui recipit, ita glos. in d. cap. debitores Nau. cap. 23. num. 103. & alij.

4 De iure civili periurus diuersimodè punitur: testis enim falsum deponēs in causa publici iudicij, & capitalis, pœna mortis punitur l. 1. §. præterea ff. ad l. Corn. de Sicar: glos. in cap. Rex debet ver. & peierantes 23. q. 5 in alia verò causa, tenetur pœna falsi l. 1. ff. ad l. Cor. de fals. glos. in d. l. 1. §. præterea ver. publico iudicio: quod procedit, siue sit sequuta condemnatio contra eum, contra quem falsum deponit, siue non glos. in cap. falsidicus ver. Iudici de Crim. fals. Guid. Pap. dec. 44. num. 1. ita illi duo senes, qui falsò deposuerunt, Susānam in adulterio à se fuisse deprehensam, damnati fuerunt vltimo supplicio Daniel. cap. 13. si verò falsum deponit ad defensionem alterius, pœna extraordinaria punitur Clar. in §. falsum ver. testis qui falsum Ricc. in Prax. for. eccles. par. 2. ref. 216. sed si iuramentum proferatur ad deceptionem alicu-

ius, punitur pœna stellionatus l. de periurio, vbi Bart. ff. de Crimin. Stellion.

Et hæc quidem procedunt in iuramento assertorio, scilicet, quando quis asserit aliquid de præterito, vel de præsentis, ut d. Boss. in tit. de Periur. num. 1: sed si quis periurium commiserit in iuramento promissorio, per quod aliquid de futuro in contractibus promittitur, tunc fuitibus castigatur l. si duo Patroni §. fin. de Iureiur. & infamia notatur l. si quis maior. C. de Transact. glos. in d. c. Rex debet ver. & peierantes Guid. Pap. dec. 178. nu. 4. etiamsi fuerit emendatus per pœnitentiam cap. testimonium de Testib. Ricc. in Collect. decis. 2239. par. 6. quæ quidem infamia in tali casu ipso iure incurritur glos. in l. Lucius in ver. debeant ff. de His qui not. infam. Clar. in §. Periurium in princ. & alij communiter; quod intellige, si iurat illi, cum quo contraxit, ut d. Bart. in d. l. Lucius num. 2. Sylu. in ver. periurium nu. 6. Alij tamen Doctores asserunt, quod propter periurium in contractibus infamia non contrahitur, sed solum in iudicijs, ut d. glos. in cap. quicumque 6. q. 1. & alij, & ita videtur practicari.

Obserua tamen, quod non dicitur periurus debitor, qui promisit, & iurauit certo die pecuniam prestare, & deinde post dictum diem ad omnem ipsius creditoris requisitionem, si non fuerit postea requisitus, ut d. Ricc. in Collect. dec. 2240. par. 6.

Periurus verò in iuramento assertorio,

sertorio non efficitur infamis ipso iure, sed solum per sententiam *S. Thom. 2. 2. q. 98. art. 3. ad 3. Bart. loco cit. Graff. par. 2. lib. 2. cap. 11. n. 11. & est communis opinio*, quod procedit etiam de iure canonico, *ut post Pan. dicit Sylu. loco cit.*

Similiter tam de iure civili, quam canonico omnis periurus repellitur à testimonio, etiam si fuerit emendatus *cap. testimoniū, ubi glos. ver. periurij, & DD. de Testib. glos. in d. l. Lucius ver. debeant, & est communis opinio*. Vnde periurus in vno articulo repellitur in omnibus, & si peierauerit in vna causa, nec in altera probat *Ricc. in Prax. for. Eccles. par. 3. ref. 250. ubi etiam dicit, quod nec per torturam purgari potest periurium ad hoc, vt Periurus fidem facere possit: quod intellige in periurio ratione deficientis veritatis, non ratione deficientis iustitiæ, vel iudicij: quia si iuramentum esset temerarium & illicitum, ex hoc non repellitur à testimonio cap. vlt. de Testib. cogen. Clar. in § periurium vers. repellit, & alij communiter*.

Item in iudicio non est audiendus *l. si quis maior C. de Transact. 5 cap. paruuli, ubi glos. in ver. causa 22. q. 5. dummodò pars istam exceptionem opponat; nam si non contradicat, processus tenet Rot. in Hispalen: coadiutorie 13. Martij 1615. coram Vbaldo, quam refert Ricc. in Collect. dec. 2239. par. 6. & dec. 2814. par. 7. non tamen repellitur ab excipiendo, sicut nec excommunicatus Rot.*

coram Greg. dec. 64. n. 3.

Præterea de iure canonico propter huiusmodi crimen imponitur pœnitentia non minor, quàm pro homicidio; & si huiusmodi pœnitentiam agere noluerit, excommunicatur *d. cap. predicandū 22. q. 1. vel pœna arbitraria puniatur Laymān: in Theol. mor: lib: 4. tr. 3. cap. 14. n. 12. vers. neque obstat.*

Item periuro non est concedenda absolutio à iuramento *Caualean. dec. 9. Magon. dec. 119. quos refert, & sequitur Ricc. in Collect. dec. 265. par. 2.*

Clericus verò priuari potest beneficio; non tamen est ipso iure priuatus *c. querelā de Iurciur. & hæc est magis cōmunis opinio, vt d. Clar. in § periurium vers. ita Clericus: & si talis clericus intituatur in aliquo beneficio, non valet institutio ipso iure Sylu. in ver. periurium num. 4. & hoc verū est, quando ob illud periurium effectus est infamis Clar. loco cit. & alij communiter: quia infamibus portæ dignitatis patere non debent l. 2. C. de Dignit. lib. 12. cap. inter dicitos de Excess. Pr. glat. glos. in d. cap. querelam ver. periury irretiti.*

5 Similiter si clericus testes subornauerit, beneficio priuari poterit, *idem Ricc. in Prax. for. Eccles. par. 3. ref. 301. ubi etiam notat, quod subornatio in hoc casu probari debet plenè, & concludenter, & per alios testes, quam per eos, qui dicunt, se fuisse corruptos; nam dum fatentur, se corruptos dixisse falsum, ostendunt se esse periuros, & falsarios ide-*

ideoque eis non creditur c. sicut . nobis & cap. testimoniū de Testib.

6 Excusatur tamen periurus a pœna periurij, si probauerit, periurium fuisse commissum sine dolo *Boss. in tit. de Periur. n. 5. & alij communiter*: aut si tale periurium nemini præiudicauit, nec poterat præiudicare *glos. communiter recepta in cap. quicumque ver. recipiatur 6. q. 1. Clar. in § periurium ver. potest etiam*, vel si propter paupertatem iuramentam obseruare nequeat, etiamsi culpa sua in paupertatem inciderit *Ricc. in Collect. dec. 2239 par. 6.*

Sunt etiam alij casus, in quibus periurium non punitur in foro contentioso, sed solum Deum habet vitorem, videlicet, si reus in ipso examine falsam dicat *Marrant. de ord. Iudic. p. 6. tit. de Interrogat. num. 9. & tit. de Postion. n. 17. & ita practicari dicit Boss. tit. de Periur. num. 3. Loccatelli. de Quæst. iudic. in sp. 3. n. 41. & in sp. 5. num. 274.* sed si conuincatur de periurio, erit tale mendacium contra eum sufficiens indicium ad torturam *Clar. in § fin. q. 45. vers. quid ergo.*

Secundò quando defertur in iudicio iuramentum litis decisiuum, non potest pars iurans de periurio iudicialiter puniri *Bart. in l. de periurio ff. de Crim. steliō. ubi dicit ita intelligendam esse textum in lex. C. de Reb. credit. Boss. loco cit. n. 1. Ricc. in Prax. for. Eccles. par. 3. ref. 247. Clar. in d. § periurium ver. ult. & alij communiter.*

Tertiò nō punitur periurus in

iuramento calumniæ, vel in responsione ad positiones *Ricc. in Prax. ut supra par. 3. ref. 247.*

Limita, quando de periurio constaret per partis cōfessionem, vel ex actis per euidentem probationem: quia tunc peierans tam in iuramento litis decisiuo, quam in iuramento calumniæ, vel in respondendo positionibus extra ordinem punitur, *idem Ricc. loco cit. d. ref. 247.*

S V M M A R I V M:

- 1 Crimen sodomia est mixti fori.
- 2 Sodomita qualiter puniantur de iure ciuili, & canonico.
- 3 An stuprum passus faciat indicium ad torturam.
- 4 Quando incurvatur pœna ordinaria huius delicti.
- 5 Holi de consuetudine totius mundi non punitur conatus. limitatur num. 6.
- 7 Quando censeatur hoc delictum proxime attentatum.
- 8 Inquisitores ex privilegio contra sodomitas procedunt.
- 9 Clericus committens huiusmodi delictum an teneatur statim dimittere beneficia.
- 10 Quando pœna à Pio V. contra Clericos sodomitas inflicta locum habeant.
- 11 An credatur puero dicenti, se de hoc crimine fuisse attentatum.
- 12 An stuprum passus eadem, qua agentes, pœna plectantur.
- 13 An pueri subijciantur supradictis pœnis.
- 14 Mulieres hoc crimen perpetrantes quando mitius puniantur.

CAP.

C A P. XXVIII.

De Sodomia .

Iocnefandum, & abominabile scelus non tantum inferiores homines, sed sapientissimos etiam viros infecit, ac scœdavit, vt de antiquis Phiiosophis, excepto Platone, narrat Emman. de Valle apud Barbof. de offic. & pot. Episc. par. 2. all. 44. num. 3.

Dicitur autem hoc crimen cōtra naturam, quia quantum in patrante est, ipsa natura violatur cum ex tali concubitu sequi non possit generatio, & conseruatio generis humani, & ideo etiā qui bestia commiscetur, contra naturam peccat Ricc. in Prax. for. eccles. par. 3. resolutione 56.

Huiusmodi delictum esse mixti fori constat ex cap. clerici de excess. Pralat. & l. cum vir nubit C. ad l. Tul. de Adulz. l. 1. §. qui puero ff. de extraord. crim. Auth. vt non luxurien. con. nat. in fin. & in hoc conueniunt omnes Doctores.

Tales verò delinquentes de iure ciuili ultimo supplicio afficiuntur d. l. cum vir nubit, etiam si non constet de corpore delicti, vt dicunt DD. apud Barbof. d. all. 44. n. 10. cui poenæ etiam subiiciuntur qui scœminam præpostera venere cognoscunt, aut cum brutis carnaliter se commiscunt cap. mulier 15. q. 1. & d. Ricc. in collect. decis. 1877. par. 5. & in Prax. for. eccles. p. 1. ref. 313. & par. 3. ref. 59. & communem dicit Clar. in §. sodomia

vers. vidi quandoque, & in vers. fornicatio vers. cum animali bruto, quamuis huiusmodi concubitus cum muliere, vel bruto non sit propriè sodomia, vt d. S. Tho. 2. 2. q. 154. art. 11. Sylu. in ver. luxuria num. 1. Dian. par. 1. tr. 4. ref. 15. & alij communiter.

De consuetudine verò sodomitè igne comburuntur vltra poenā infamiæ, & confiscationis bonorum Clar. in d. S. sodomia vers. sed quero, & alij apud Barbof. d. p. 2. all. 44. num. 7. & seq. & in cap. clerici num. 13. de excess. Pralat. contrarium tamen tenet Ricc. in collect. decis. 1877. p. 5. vbi dicit, quod pro tali crimine à iure non est imposita poena confiscationis bonorum. Item non possunt testari, etiam si adhuc condemnati non sint Ricc. in collect. decis. 184. par. 1. Barbof. in c. clerici in fin. de excess. Pralat. quod intelligendum est de sodomitis publicis. iux. text. in l. palam §. que in adulterio ff. de Rit. Nupt. propter infamiam, quæ inde contrahitur, vt notat Dec. in l. si qua mulier n. 7. C. de secun. Nupt. quamuis contrarium sentiat Bart. in his cui §. fin. ff. de Testam.

De iure autem canonico pro hoc crimine etiam attentato matrimonium quoad thorum separatur c. omnes causationes 32. quæst. 7. Sylu. in ver. diuortium num. 10. & alij apud Ricc. in Prax. for. eccles. par. 3. ref. 220. quia matrimonio fit iniuria maior per hoc scelus, quam per adulterium c. adulterij ead. q. 7. conquestus tamen solius mulieris de huiusmodi vitio

tio nefando non est sufficiens ad coniuges separandos, nisi ultra assertionem mulieris innotescat aliquod inditium, per quod Iudex possit moueri ad ita iudicandum, tum quia nemo est testis idoneus in facto proprio, tum quia alias daretur vxoribus facilis occasio separandi se à viris *Barb. par. 2. all. 44. num. 18. Ricc. in Prax. par. 1. ref. 220.*

Laici quoque pro eodem crimine excommunicantur: clerici verò deponuntur, vel ad agendam penitentiam in monasterio detruduntur. *clerici de excess. Prelat. item clericus sodomita notorius, & publicus ipso iure suspensus est ab ordinis executione, & celebrans efficitur irregularis ratione infamiae: secus si sit occultus Nau. in man. cap. 27. n. 154. & 249. & alij, quos refert, & sequitur Prosp. de August. ad Quaran. in ver. sodomia limit. 1. Barb. de offic. & pot. Episc. par. 2. all. 44. n. 27. quicquid dicat Clar. in S. sodomia vers. item clericus, subdit tamen Nau. loco cit. num. 154. quod huiusmodi suspensio ipso iure tollitur per penitentiam.*

Verùm secundum constitutiones. Pij V. quarũ altera incip. Cum primum, altera incip. Horrendum illud scelus, quas refert Quaran. in ver. sodomia, laicus curiæ seculari puniendus traditur, clerici verò tam seculares, quam regulares hoc dirum nefas exercentes. omni priuilegio clericali, omni que officio, dignitate, & beneficio ecclesiastico priuantur, & per iudicem ecclesiasticum degrada-

ti, iudici seculari similiter tradendi sunt, vt moriantur.

Præterea propter huius criminis immanitatem stuprum passus facit indicium ad torturam *Boff. tit. de stupr. detestab. in masc. n. 7. dummodò ultra] malam famam. Inquisiti constat de corpore delicti, puta de fractura recenti, & vnica vice sequuta, quia si esset reiterata, tunc argueret vitium patientis: vel si probetur, vim, aut metum fuisse puero illatum. Triuis. decis. 14. par. 2. Peguer. dec. 76. Viui. dec. 249. quos refert Ricc. in collect. decis. 33. & dec. 181. p. 1. & dec. 525. par. 3. & dec. 2120. p. 6. & in his casibus puer stuprum passus non torquetur ad validandam depositionem, vt. d. Genues. in Prax. Archiep. cap. 67. num. 2. Ricc. in Prax. par. 3. ref. 63. & in collect. decis. 2120.*

In alijs verò casibus non statur dicto pueri absque tortura etiam si dicat, se per vim fuisse stupratum, & alia adessent indicia *Boff. in tit. de indic. & consid. an. tort. n. 160. Ricc. in Prax. vt supra par. 3. ref. 63. Genues. d. cap. 67. nu. 2.*

Iudex tamen considerare debet qualitatem passi, an sit pubes, vel impubes, vel puerulus, qui facile subornari possit, & an verisimilia deponat *Ricc. in collect. dec. 525. par. 3.*

Ad incurrendam autem poenã ordinariam huius delicti requiritur actus consummatus intra vas ordinarium huius delicti cum effusione seminis; & ideo non sufficeret extraordinaria pollutio cum alio, vel alia, quamuis hæc

inter actus sodomiticos cōpuretur l. 1. §. qui puero ff. de extraord. crim. Nau. in man. cap. 27. nu. 250. & alij apud Quarant. in ver. sodomia limit. 2. Bonacin. de matrim. q. 4. pun. 11. num. 2. Barbof. d. par. 2. alleg. 44. num. 24. & in cap. clerici num. 8. de excess. Pralat. Ricc. in Prax. par. 1. ref. 313. Graff. decis. p. 1. lib. 2. cap. 90. num. 11. & ideo non puniretur pœna mortis, sed mitiori, & extraordinaria qui hoc delictum non consummauit, vel illud tantum attentauit, etiam si ad actum proximum deuenisset, Bart. in l. 1. §. Diuus ff. de Sicar. Ricc. in Prax. par. 3. ref. 62. & in collect. dec. 137. par. 1. & dec. 326. par. 2. & dec. 525. par. 3. Graff. loco cit. Dian. par. 4. tr. 7. ref. 20. Grammat. decis. 74. per tot. vbi dicit, quod hodie de generali consuetudine totius mundi etiam in atrocissimis non punitur conatus, nisi effectu sequuto, excepto crimine Assassini, falsificationis monetæ, læsæ maiestatis, & alijs casibus, in quibus lex punit solum conatum late Ricc. in collect. decis. 326. p. 2. & decis. 547. par. 3. vbi etiam dicit, quod potest iudex in his casibus pœnâ mitigare. Vnde delinquentes in tali casu in Insulam deportantur, vt in l. 1. §. qui puero ff. de extraord. crim. quia tamen deportationis pœna communiter non est in vsu, vt d. Grammat. dec. 23. in fin. poterit Iudex loco deportationis imponere pœnam triennium in perpetuum, vel ad tempus, fustigationis, vel exilij, vel huiusmodi iuxta qualitatem facti & personarum Gandjn. de malef.

tit. de falsar. post num. 3. Clar. in §. fin. q. 67. vers. deportatio; quemadmodum etiam clericus in tali casu vel exilio, vel pecuniaria pœna, vel alia simili puniendus est Ricc. in Prax. for. eccles. par. 3. resol. 488. num. 5.

7 Censetur autem proximè attentatum hoc delictum, non quidè si processû sit ad aliquos actus per se ordinatos de præsentî ad ipsû crimen, de quibus vide Genuens. d. cap. 67. Graff. par. 1. lib. 2. cap. 90. num. 16. vbi exemplificant in tactu, & osculis: ex his enim non semper delictum sequitur; sed quando peruentum esset ad actû magis proximum, & immediatû, qui tunc talis diceretur, quo supposito de facili ipsius facti continuatio sequeretur: quia non dicitur actus proximus, quando alter est magis proximus ex dictis per Boer. decis. 316. quem refert, & sequitur Prosp. de August. in addit. ad Quarant. in ver. sodomia limit. 3. Ricc. in Prax. for. eccles. p. 1. resolutione 530.

Quare si patiens fateatur delictum, & constet de fractura, vel alijs adminiculis, torqueri debet reus, vt sciatur ab eius ore, an hoc crimen intra vas consummauerit, vt d. Ricc. in Prax. vt supra par. 3. resolutione 63.

8 Obserua tamen, quod in Regno Portugallia ex privilegio Regis, & constitutione Pij IV. & Gregorij XIII. Inquisitores habent cognitionem huius criminis, sed non possunt relaxare sodomitas Curia seculari, nisi sint incorrigibiles, vt refert Barbof. d. par. 2. all.

all:44:n.30:in fin: Idem seruari in Regno Aragoniæ, Valentia, & Barcinonæ ex constitutione Clementis VIII: dicit Dian. par: 4: tr:7:ref:20:

9 Obserua 2. quod clericus committens huiusmodi delictum non tenetur statim dimittere officia, dignitates, & beneficia ecclesiastica, nisi præcedat Iudicis sententia, *vt ex communi, & frequentiori tam Theologorum, quam Canonistarum sententia concludit Prosp. de August. in addit. ad Quarant. in ver. Sodomia limit. 5: Graff. par. 1. Decis. aur. lib. 2: cap. 90. n. 4. & seq. Barbos. d. par. 2. all. 44. num. 28. & 29.* quamuis poena huiusmodi incurrat ipso iure, *vt ex d. constitutione Pij V. Incip. Horrendum, colligit Ricc. in Prax. for. Eccles. par. 3. ref. 455. Nau. in man. cap. 27. num. 249.* nam poena ipso iure inducta, exceptis censuris, non habet locum in foro conscientia, etiamsi dicatur, absque declaratione: sed requiritur sententia Iudicis declarantis, reum tale crimen incurrisse *Quarant. in ver. alienatio rer. Eccles. num: 49. & alij communiter.*

10 Obserua 3. quod huiusmodi poena à Pio V. inflicta contra clericos sodomiam exercentes non haberent locum, si clericus aliquoties hoc crimen, puta bis, aut ter perpetraverit: sed requiritur, quod frequenti vsu, & quasi ex consuetudine id faciat, quod arbitrio Iudicis relinquitur, *vt ex sententia Greg. XIII. concludit Nau. d. cap. 27. num. 249. & 250. Prosp. de August. ut supra limit. 4.*

Genues. d. cap. 67. num. 1. Pi. sec. in Prax. episc. par. 2. cap. 4. num. 94. vers. fin. Leo in Thes. for. eccles. par. 3. cap. 4. num. 30. Layman: in Theol. mor. tr. 5. c. 5. num. 2. Graff: par. 1. lib. 2. cap. 90. num. 12. Barbos par. 2. d. all. 44. num. 25. Ricc. in Prax. for. Eccles. par. 1. ref. 313. & communè dicit Bonacin. de Sacram. Matrim. q. 4. pun. 11. num. 2. verbum enim, exercentes, positum in constitutione Pij V. significat frequentiam ex diuersis actibus, *vt dicunt citati Doctores, & quidem non ex eodem tempore, sed diuerso, vt notat Ricc. in Prax. ut supra par. 3. ref. 58.* vbi ex hoc infert, quod tres actus venerei continuati cum masculo, antequam quis diceret ad actus extraneos, habentur pro vno *per l. vulgaris ff. de furt. & ideo si clericus bis, aut ter hoc delictum consummauerit, puniri non debet poena contenta in d. constitutione Pij V. sed iuxta dispositionem textus in d. cap. clerici de Excess: Prælat: vbi Clerici pro tali crimine vel deponuntur, vel ad agendam poenitentiam in monasterio detruduntur: si verò semel tale facinus Clericus commiserit, mitius esset puniendus *arg. textus in cap. ut clericorum, & ibi, pro duplici culpa perpetuo deponatur De vit. & hon. cleric. quicquid dicant DD. apud Bonacin. de Matrim. d. q. 4. pun. 11. num. 2. vers. aduertendū est primo in fin.**

Addunt alij, neque omnem exercentem in prædicta constitutione comprehendit, sed notorium, non ita occultum, ita *Vgo. in. in Tract. de Irregal. cap. 43. §. 2. num.*

4. *Henriq. in Sum. lib. 14. cap. 5. §. 1. Azor. par. 3. cap. 19. quæst. 6. & 7. quos refert, & sequitur Barbof. in d. cap. Clerici num. 9. de Excess. Pralat. Graff. par. 1. lib. 2. cap. 90. num. 13. ex quo infert Barbof. de offic. & pot. Episc. par. 2. all. 44. num. 28. & alij, quod Sodomita nõ prohibetur, nè ad sacros ordines ascendat, aut beneficia acquirat, si occultum sit crimen, & nondum fuerit deductum in iudicium.*
11. *Observa 4. quod non creditur puero, vel mulieri dicenti, se de hoc crimine fuisse attentatam Ricc. in Collect. dec. 487. & dec. 525. par. 3. neque esset danda fides famæ concordanti cum depositione talis pueri, seu femine, si ab ijs huiusmodi fama originem habuerit Barbof. d. par. 2. all. 44. num. 14.*
12. *Quæres, an eadem pena plectendi sint stuprum passi, qua puniuntur agentes? affirmatiuè respondet Ricc. in Prax. for. Eccles. par. 3. ref. 57. quia iura infligentia pœnas contra sodomitas loquuntur tam in agente, quam in patiente l. cum vir. C. ad l. Iul. de Adult. §. 1. Auth. Vt non luxur. cõ. nat. dicit tamen idem Ricc. loco cit. quod patiens non punitur pena ignis, quemadmodum agens, sed mitius, quia maius peccatum est agentis, quam patientis, Dian. par. 3. tr. 4. ref. 159.*
13. *Notandum tamen est, quod pueri ante 14. annum completum hoc crimen committentes non subyciuntur huiusmodi pœnis c. illud relatum 15. q. 1. cap. 1. de Delict. puer. Bonifac. de Vitalin.*
- in Tractat. de Malefic. rubr. de Confess. num. 2. in fin. vbi id extendit non solum ad hoc, sed etiam ad alia carnis delicta. Vnde nec tales comprehenduntur sub casti referuato secundum Paludan. in 4. sent. dist. 34. q. 2. art. 1. & alios, quos refert, & sequitur Dian. par. 1. tr. 15. ref. 1. in alijs tamen delictis puniuntur, sed mitius, vt in d. cap. 1. de Delict. puer. glos. in d. c. illud relatum ver. qui soli capax 15. q. 1. Mill. in Practi. Crim. in tract. de Pœn. num. 10. & seq. Puberes verò arbitrio Iudicis puniuntur, vt dicunt DD. apud Barbof. in cap. Clerici num. 12. de Excess. Pralat. Ricc. in Collect. dec. 487. par. 3. quod intellige, dummodo non excedant ætatem 20. annorum, quia tunc morte damnantur siue agentes sint, siue patientes, & ita seruari in Senatu Pedemont. & in alijs Tribunalibus testatur Ricc. in Prax. for. Eccles. par. 3. ref. 57. & in Collect. dec. 18. 77. par. 5. vbi citat Thesaur. in addit. ad dec. 161. Cauale. dec. 22. & alios;*
14. *Notandum 2. quod mulieres inter se hoc delictum committentes mitius plectuntur, quando hoc crimen inter eas agitur sine aliquo instrumento, Ricc. in Prax. p. 3. ref. 62. qui citat Boer. dec. 316. vbi dicit, quod in tali casu pœna flagellorum sunt puniendæ; secus si mediante aliquo instrumento ligneo, vel simili perpetretur, tunc enim morte damnantur, vt d. Graff. decis. azor. par. 1. lib. 2. cap. 90. num. 15. Bonacof. relatus in Syntag. opin. committit. de Adult.*

Adulter: c. c. 12. Ricc. in Collect. decis. 184. par. 1. Clar. in §. Fornicatio ver. inter Mulieres.

S V M M A R I V M.

- 1 Concubinitus crimen est merè ecclesiasticum.
- 2 Clericorum concubina à Iudice ecclesiastico puniuntur.
- 3 Qua pœna plebendi sint Concubinarij.
- 4 An possit ordinarius concubinarjos pœnis pecuniarijs punire.
- 5 Clerici pro simplici incontinentia qualiter plebentur.
- 6 An requiratur trina monitio, si Concubinitus sit publicus.
- 7 Concubinitus qualiter probetur.
- 8 An concubinarjus sit eo ipso suspensus.
- 9 An valeat donatio à Clerico facta concubina.

CAP. XXIX.

De Concubinitu.

I Concubinitus dicitur, quando quis ita domi retinet mulierem ac si esset eius vxor, vel qui eam extradomum retinet, & cum illa habet assiduam consuetudinem *Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. ref. 318. & par. 4. ref. 554. & in collect. dec. 684. par. 3. Bonacin. de censur. in partic. disp. 3. q. 7. par. 4. num. 1.*

Hoc crimen est merè ecclesiasticum, quia illud tantum ab ecclesia prohibetur, nemo blandiatur 32. q. 4. *Abb. in cap. cum sit ge-*

nerale num. 25. de for. compet. Decian. tract. crim. tom. 2. lib. 6. cap. 21. num. 37. Vulp. in Prax. iudic. for. eccles. cap. 28. num. 3. & cap. 41. nu. 51. Megal. in ver. concubinitus nu. 10. & hanc esse communem opinionem, & consuetudine approbatam dicit Clar. in §. fornicatio vers. & in primis quæro: quicquid dicit Azon. par. 2. lib. 3. cap. 53. q. 2. quem refert, & sequitur Dian. par. 1. tr. 2. ref. 88. & par. 5. tr. 1. ref. 10 in fin.

Vnde mulier de copula habitata cum clerico à Iudice laico puniri nequaquam potest, sed ecclesiastico foro priuatiuè subiacet *glos. in cap. eos qui dist. 32. Anchar. cons. 196. num. 4. & 5. Decian. tom. 1. tr. crimin. lib. 4. cap. 26. n. 25. & tom. 2. lib. 6. cap. 21. nu. 37. Boff. in tit. de Coit. damnat. & punib. nu. 16. & 18. Bellett. disquis. cleric. tit. de fauor. cleric. real. §. 1. num. 49. Gar de Grass. de effect. cleric. eff. 1. n. 181. & licet præfati DD. contrarium dicant, quando clerici concubina esse tnotoria, & publica, alij tamen tenent, quod etiam in hoc casu ab ecclesiastico tantum Iudice puniri debet, ita *Abb. in cap. cum sit generale num. 25. de for. compet. Feder. de Sen. cons. 167. num. 1. & 4. Mart. de iurisd. par. 4. cas. 44. num. 15. & seq. quorum opinionem veriorè existimo per tex. in c. quidam clerici 81. dist. & Cõcil. Trid. sess. 24. de ref. m. tr. cap. 8. vbi huiusmodi causæ ordinarijs demandantur, præsertim quia de iure ciuili concubinitus non punitur, ut constat ex toto tit. ff. & C. de concub. & ita in praxi seruatur, ut d. Boff. loco cit. nu. 11. Clar.**

ut supra, vbi dicunt, quod presbyterorum concubinæ in foro ecclesiastico puniuntur, quibus adde Bellett. loco cit. d. 9. 4. nu. 50. vbi etiam notat, quod huiusmodi concubinæ non ab alio Iudice quam ecclesiastico expelli possunt à domibus clericorum.

3 Quare de iure canonico laicus tenens concubinam punitur arbitrio Iudicis: clericus verò priuatur beneficio, & tenetur ad restituendum fructus perceptos iuxta communem opinionem, ut dicit Clar. in §. fornicatio vers. & in primis quæro. vltra infamiam, de qua in cap. infames 6. q. 1. & notat Vulp. in Prax. iudic. cap. 28. nu. 7.

Sed hodiè ex Concilio Tridentino Concubinarij post trinam ad monitionem excommunicantur: & mulieres similiter si ter admonitæ non paruerint, exilio multantur, ut in sess. 24. de refor. matr. c. 8. Clerici verò si à Superioribus moniti concubinas non eiecerint, tertia parte fructuum beneficiorum, seu pensionum ipso facto priuantur: & si secundæ monitioni adhuc non paruerint, fructus omnes, ac proventus suorum beneficiorum, & pensionum eo ipso amittunt, & à beneficiorum administratione suspenduntur. quod si ita suspensi eas non expellunt, tunc beneficijs, atque officijs, & pensionibus perpetuò priuandi sunt; & si postquam eas dimiserunt, intermissum confortium repetant, excommunicantur. Clerici verò beneficia, aut pensiones non habentes iuxta delicti qualitatem carceris pœna, sit-

sensione ab ordine, inhabilitate ad beneficia obtinenda, alijsq. modis iuxta sacros canones plectendi sunt, ut in sess. 25. de ref. cap. 14:

4 Obseruant tamen Doctores, quod potest ordinarius pœnis pecuniarijs, & alijs à iure communi, vel statuto Synodali infligendis concubinarios punire, ita Bellett. tit. de favor. cleric. real. d. 4. num. 48. & alij. & tunc non requiritur trina monitio, quia hæc tantum requiritur, quando ordinarius intendit ad sententiam excommunicationis procedere, ut declarauit Sac. Congreg. teste Dian. par. 1. tr. 2. ref. 88. & par. 5. tr. 1. ref. 10. Vulp. d. cap. 28. num. 9. & communem dicit Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. ref. 330. vbi addit, quod pœna pecuniaria debet esse moderata, ita, ut imponatur potius correctionis zelo, quam lucri cupiditate:

5 Obseruât 2. quod ea, quæ in dicto Concilio Tridentino contra clericos Concubinarios statuta sunt, habent etiam locum in simplici incontinentia Nau. conf. 1. de Cohabit. cleric. & mul. Vulp. d. cap. 28. num. 8. Bonacin. de Censur. in par. disp. 3. q. 7. pun. 4. num. 2. in fin. vbi id intelligit, quando simplex incontinentia coniuncta est cum familiaritate, & cõsuetudine huiusmodi mulierum, de quibus potest haberi suspicio.

6 Obseruant 3. quod requiritur trina monitio, etiam si Concubinatus sit publicus ut concubinarius priuari possit beneficio, Rot. in Tullen. monasterij S. Mansueti.

27. Ianuarij 1597. coram Penia, quam refert Ricc. in Prax. for. eccles. par. 4. ref. 554. nec sufficeret notitio generalis, quæ fit in Synodo, sed requiritur specialis, idem Ricc. in Prax. ut supra par. 1. ref. 318.

7) Observant 4: quod ad probandum concubinatum ad effectum privationis necessaria est plena, & concludens probatio ita, ut non sufficiant testes de publica voce, & fama: quia quando agitur de crimine, fama nec semiplenam probationem facit; sed delicti solum operatur inditium *glos. & DD. in cap. veniens l. de Testib. im-* modo neque ex filiorum procreatione concludenter probatur concubinatus, tum quia ex simplici fornicatione, & ex bino, tertioque accessu ad mulierem filij procreari possunt, tum quia ex liberorum existentia non inferitur ad concubinatum de tempore præfenti, quia potuit deinde clericus impudicam foeminam à suo consortio abdicare, ut d. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 4. ref. 554:

8) Observant 5: ius antiquum, quo clericus notorius concubinarium erat ipso facto suspensus, ut notat Clar. in d. l. fornicatio vers. sed quæro in fin. correctum esse, seu abrogatum per ius novum Tridentini Concilij d. sess. 25: cap. 14. & ideo talem concubinarium hodie non esse ipso iure suspensum, quamvis suspendi possit: exceptis Episcopis, qui ipso facto suspensi sunt, si ab huiusmodi crimine non abstinerint, & à Synodo Provinciali admoniti se non emē

dauerint, ut in Concilio loco cit. ita Bonacin. de Censur. in part. disp. 3. q. 7: pun. 4. num. 2. ubi citat Tolet. lib. 1. cap. 47. Guiler. canon. qq. c. 1. num. 43. Aut. de Censur. 3. p. disp. 3. dub. 2. & alios.

9) Quæres, an valcat legatum, seu donatio à Clerico facta Concubinæ, seu alteri mulieri, in quam turpis suspicio cadere potest? Resp. negativè cum *glos. comman. recepta in l. 2: ubi etiam Bart. C. de Donat. int. vir. & vxor.* quemadmodum nec miles armatæ militiæ potest donare, aut relinquere Concubinæ, ut in d. l. 2: & l. miles ita d. mulier ff. de milit. test: quod etiã extenditur ad Aduocatũ qui æquiparatur militi *glos. in d. l. 2* & etiam ad minorem, ut d. Leo in *Thes. for. eccles. par. 3: cap. 4: nu. 27.*


SVM MARIVM.

- 1 Stuprum est communis fori.
- 2 Qua pœna plectantur committentes Stuprum:
- 3 Presumitur, quod puella fuerit virgo, & quod fuerit seducta.
- 4 In quibus casibus stuprator non tenetur virginem à se stupratam dotare.
- 5 Clericus Stuprator qua pœna puniri debeat.
- 6 Osculantes mulieres qualiter sint plectendi.



CAP. XXX.

De Stupro.

- 1  Tuprum est communis fori, quia ab utraque lege punitur c. 2 de Adult. & stupr. l. 1. §. fin. ff. de extraord. crimin. c. Nau. conf. 5. num. 6. de Confing. & affin. Bellett. in Disquis. cle. tit. de favor. cleric. real. §. 4. nu. 115. Bonacof. relatus in Syntag. opin. comm. tit. de Adulter. §. c. 9.
- 2 Poena autem stuprantis Virginitatem, aut Viduam honestè videntem de iure civili est poena publicationis dimidia partis bonorū, si stupratores honesti sint; si verò humiles, corporis coercionem cū relegatione arbitrio Iudicis puniuntur §. item lex Julia Instit. de publi. iud. Qui verò nondum viri potentes Virgines corrumpunt humiliores in metallum damnantur honestiores in Insulam relegantur, aut in exilium mittuntur l. si quis aliquid §. qui nondum ff. de Pœn. sed hæc intellige, quando nulla vis, aut violentia interuenit Boss. in tit. de Coit. damn. & pun. num. 67. Clar. in §. Stuprum. vers. sed quero in fin. ubi de communi; si verò vis interuenierit, poena mortis damnantur l. in eadem §. eadem lege ff. ad l. Iul. de vi publ. l. 1. §. fin. ff. de extraord. crimin. glos. in d. cap. 2. ver. plectendus de Adult. Add. ad Guid. Pap. dec. 555. litt. C. Grass. par. 1. lib. 2. cap. 79. num. 14. Ricc. in Prax. par. 2. ref. 398. & p. 3. ref. 73. & in collect. dec. 137. par. 1. Presumitur autem vis, si Ituprū

commissum fuerit cum puella existente in sexto, vel septimo anno, quia cum consensus non adsit, non potest dici sine vi, ut d. Boss. loco cit. num. 68.

Verum hæc poena capitalis non est infligenda, nisi quando stuprator delictum consummauerit cū Virgine, aut alia honesta muliere; ubi autem esset solus conatus ad deflorandum, alia citra mortem graui, videlicet trirremium, relegationis, vel exilij, vel alia extraordinaria poena arbitrio Iudicis punitur iuxta qualitatem facti, & personarum d. l. 1. §. fin. ff. de extraord. crim. Grammat. dec. 2. num. 15. Clar. in d. §. Stuprū in fin. & alij apud. Ricc. in collect. dec. 137. par. 1. Barbof. in cap. 1. n. 6. de Adult.

Dixi cum Virgine, aut alia honesta muliere, quia si quis turpes cognouerit, non capitali poena, sed alia arbitraria punitur Bart. in l. verum est nam. 3. ff. de furt.

Addit Clar. loco citato, quod poena mortis punitur qui puellam nondum viri potenti feras virginitatis fregerit: contrarium tamen seruauit Consilium Neapolitanum cum simili delinquente, qui virginem immaturam vix septennium excedentem corruerat feras eius virginitatis aperiendo ita, ut Medicorum celeri suffragio indigerit: fuit enim condemnatus ad triremes per septennium, & ad dorandam puellam, ut refert Grammat. ac. 22. & hæc opinio æquior est, & benignior, & ideo in praxi seruanda; quia licet delictum sit graue, non potest tamē

inen in talem puellam perfici, seu consummari *Guid. Pap. dec. 555. ubi loquitur de puella 10. annorū Ricc. in Prax. for. eccles. par. 3. ref. 73.*

Item Vidua committēs stuprū infra annum luctus tam ipsa, quā stuprator perdit omnia sibi relicta à testatore, seu ab eius viro, & ea fisco applicantur, & hanc esse communem dicit *Clar. in S. stuprū vers. generaliter*: non tamen amittit dotem, etiamsi infra annum stuprum committat *Bonacof. relatus in Syntag. opin. comm. tit. de Adult. cap. 9. vers. Stuprum cum vidua.*

Stuprum verò commissum cum femina vili absque violentia non esse punibile de iure civili dicunt *DD. apud Barbof. in d. cap. 1. num. 11. de Adult.* hoc tamen limitatur in officiali, qui prætextu officij mulierem carnaliter cognoscit, tunc enim arbitraria pœna punitur, ut *d. Ricc. in Collect. dec. 559. par. 3.*

Verum de iure canonico si stuprator Virginem seduxit, vel decepit, tenetur in foro contentioso eam dotare, & accipere in vxorem: si verò pater virginis dare noluerit, tenetur tantum dotare; & si stuprator non vult cum ea contrahere, ultra dotem corporaliter castigatur *cap. 1. & 2. de Adul. & stupr. Nauar. in Man. cap. 16. num. 16. Sylu. in ver. Luxuria n. 5. & alij.*

Idem dicendum est de alia muliere, quæ licet virgo non sit, publicè tamen virgo reputatur secundum *DD. quos refert, & sequi-*

tur Bonacin. de matrim. q. 4. pun. 17. num. 9.

Dixi, in foro contentioso, quia huiusmodi pœnæ non habent locum in foro conscientie, nisi quis fuerit à Iudice condemnatus *Syl. in ver. Luxuria num. 5. Bonacin. de matrim. q. 4. d. pun. 17. num. 7. in fin. Graff. par. 1. decis. lib. 2. cap. 79. nu. 2. & est communis tam Theologorum, quam Canonistarum sententia.* quoad alia verò damna, tenetur iure naturæ etiam ante sententiam Iudicis: nam causa iniusta damni tenetur ad illius restitutionem, etiamsi sequuta non fuerit condemnatio, ut dicunt *DD. apud Bonacin. d. q. 4. pun. 18. num. 10. vers. secunda est.*

Obserua tamen, quod licet ex *d. cap. 1.* vtrumque copulatiuè requiratur, scilicet, quod accipiat in vxorem, & eam dotet, obseruantia tamen illud disiunctiuè recepit ita, ut stuprator teneatur, vel ad eam ducendam, vel ad dotandam, & ita practicari ex *tex. in d. cap. 2. de Adult.* dicit *Clar. in S. Stuprum vers. Sed quæro Ferr. qui alios refert in qq. mor. par. 1. q. 20. nu. 1. & 2. & alij apud Barbof. in d. cap. 1. n. 7. de Adult. Ricc. in Prax. par. 3. ref. 74.* vbi dicit, quod hodiè contra stuprantem virginem sine vi non est in vsu alia pœna, quam ut illam ducat in vxorem, vel concedenter dotet

Dos verò constitui debet iuxta consuetudinem Regionis, facultatem stuprantis, & dignitatem puellæ, etiamsi puella non nubat *Bellet. Disquis. clericis. tit. de fauor. cleric. real. 9. 4. num. 119. & 120.*

Grass. decis. aur. par. 1. lib. 2. cap. 79. num. 2. Ricc. in Prax. par. 3. ref. 77. ubi addit, quod etiam haeres stupratoris ad dotandā cogi potest.

4 *Observa 2. quod si virgo stuprata nuptias tenuerit, tunc stuprator tantum tenetur ad supplendum illud, quo pluris indiget ad inveniendum virum sibi aequalē: quia cum per deflorationem deterior facta sit puella, maiori etiā dote indiget ad inveniendum virum; & ideo deflorator, qui causam damni dedit, tenetur ad illud augmentum, *Abb. antiq. in d. cap. 1. & ibid. Io. Andr. num. 9. in fin. Anchar. num. 6. not. 6. Panorm. num. 4. de Adult. Rot. in una Taurinen. 24. Junij 1590. coram Pegna, quam refert Ricc. in Prax. forecccl. par. 3. ref. 76.**

Quae verò quantitas in tali casu constituta sit: a stupratore puellae stupratae; relinquitur arbitrio Iudicis, *Barbos. in d. cap. 1. n. 12. de adult. & alij communiter.*

Notandum tamen est, quod stuprator non tenetur ad huiusmodi augmentum; quando corrupta cum dote consueta dari virginibus potest consequi, aut consequitur maritum, sibi aequalem, *et d. Conar. apud Ricc. in Prax. ut supra par. 3. ref. 76. Bonacin. de matrim. d. q. 4. pun. 17. num. 8.*

3 *Debet autē probari, quod virgo stuprata fuerit, alias non esset locus dispositioni d. cap. 1. & 2. de Adult. Ricc. d. par. 3. ref. 75. & 76. non tamen probari debet, quod puella fuerit virgo, & quod fuerit seducta, quia haec praesumantur l. un. C. de Rapt. Virg. Rot. in d. Taurinen. coram Pegna Sylu. in ver. luxuria nu. 5. Ricc. d. par. 3. ref. 76. Nau. cap. 16. n. 16. Barbos. in d. c. 1. num. 5. de Adult.*

*in multis tamen casibus stuprator non tenetur virginem a se stupratam dotare, neque in uxorem ducere; & primò si constet, quod non decepta, sed leuiter rogata, ac verbis amatorijs inducra copulae consenserit; tunc enim stuprator poena arbitraria tantum erit puniendus. *Grass. par. 1. lib. 2. cap. 79. num. 13. & tunc neque tenetur ad restitutionem damni, quod inde mulier passa est: quia obligatio restituendi oritur ex violatione iustitiae, & ex iniuria alteri illata; volenti autem non fit iniuria. *Nau. d. cap. 16. num. 16. Bonacin. de matrim. d. q. 4. pun. 17. num. 7. nisi inducra fuerit importunis precibus, vel assiduis blanditijs, vel muneribus: tunc enim stuprator ad dotandum tenetur, quia satis dicitur coacta quoad huc effectum arg. l. 1. §. 1. C. de Rapt. Virg. Sylu. in ver. luxuria nu. 5. *Nau. d. cap. 16. nu. 16. & alij apud Barbos. in d. cap. 1. nu. 2. de Adult. quamuis contrarium teneant alij DD. quos refert, & sequitur Bonacin. de Matrim. q. 4. pun. 17. numer. 13.****

Secundò quando virgo stuprum passa est vilis, & minus honesta, vel vagās passim nō seruato verecundiae pudore, quia dispositio d. cap. 1. & 2. de Adult. procedit quoad virgines honestae vitae. *et dicunt ibi communiter scribentes. idemque dicendum est, si mulier reperitur praegrans*

Grass. loco

loc. cit. d. cap. 79. num. 12.

Quare in defensionibus potest probari meretriciavita mulieris, vel quod nō fuerit virgo, ad quod probandum admittuntur qui cū ipsa copulam habuerunt, licet sint singulares *Gandin. in tit. Quō. de malef. cogn. per Inquis. num. 12. Alex. conf. 13. vol. 7. Bursat. conf. 389. num. 2. vol. 4. quos refert Ricc. in Prax. et supra par. 2. ref. 398.*

Tertio si post deflorationem, mulier ab alio cognoscatur, stuprator nec dotare, nec desponsare tenetur: quælibet enim dispositio siue legis, siue hominis intelligitur rebus sic stantibus iuxta *l. fin. ff. qui satisf. cog. & idē cum status virginis stuprata deterior factus fuerit, non tenetur stuprator ad aliquam obseruantiam Ricc. in Prax. p. 3. ref. 75. & in Collect. dec. 23. par. 1.*

Quarto si vir nobilis, & potēs rem haberet cum plebeia, vel alia imparis conditionis, neque eam in vxorem ducere, neque dotare tenetur, quia in tali casu non præsumitur fraudem ignorasse. *Sylu. in ver. luxuria num. 5. Graff. par. 1. Decis. lib. 2. cap. 79. num. 11. ubi citat S. Thom. in 4. sent. dist. 28. q. 1. art. 2. Sum. Angel. in ver. matrimonium 4. S. 2. si verò promissit eam ducere, vt copulam extorqueret, tenetur in tali casu ad dandum ei tantum, quantum magis opus habet ad talem adipiscendum maritum, qualem si non esset infamata reperiret secundum *Nau. in man. d. cap. 16. n. 18. Graff. d. cap. 79. num. 3. quia promissio ducendi vim habet sal-**

tem precum importunarum.

5 Clericus quoque tenetur virginem à se stupratam dotare, vt post *Pan. d. Sylu. in ver. luxuria num. 5. & vterius punitur pœna depositionis Clar. in § stuprum vers. sed quæro Graff. par. 1. d. lib. 2. cap. 79. num. 12.* quod procedit in clerico constituto in sacris, non autem in clerico primæ tonsuræ, vel minorum ordinum, vt d. *Ricc. in Prax. for. Eccles. par. 2. ref. 414.* tenetur tamen clericus etiam in minoribus stupratam dotare, vt supra, & alia arbitraria pœna punitur *glos. & DD. in cap. 2. de Adult.*

Verum si stuprata sciuerit impedimentum ordinis sacri, vel cōsanguinitatis, vel aliud simile, ob quod matrimonium contrahi non potest, stuprator non tenetur eam dotare, quia in tali casu non præsumitur decepta *Graff. d. cap. 79. num. 12.* vbi id limitat, si stuprata ignorasset, illud esse impedimentum de iure; hoc enim casu ignorantia iuris illi non obest, quia agitur de damno vitando, scilicet infamie, & deflorationis *l. regula ff. de Iur. & fact. ignor. glos. in l. fin. C. eod. tit. c. turbatur & notandū quoque est 1. q. 4.*

6 Quæres, qua pœna puniantur osculantes mulieres? Resp. quod arbitraria pœna puniuntur *Ricc. in Collect. de i. s. 559. par. 3.* vbi etiā dicit, quod eadem pœna plectitur qui in via publica aliquam amplectitur puellam inuitam illius pudicitiam attentando.

S V M M A R I V M.

- 1 Raptus quando committatur.
- 2 Hoc crimen est mixti fori.
- 3 Raptores qualiter puniantur de iure ciuili.
- 4 Puella semper presumitur decepta.
- 5 In quibus casibus esset poena raptus.
- 6 Qua poena puniatur qui sanctimonialem violare ausus fuerit.
- 7 Raptores de iure canonico qualiter puniantur.
- 8 An valida sint sponsalia contra eam inter Raptorem, & raptam.
- 9 An validum sit matrimonium contractum cum ea, quam quis rapuit causa explenda libidinis.
- 10 Quid si mulier raperet virum.
- 11 An si puella volens pro matrimonio abducitur inuitis parentibus, tale matrimonium sit validum.
- 12 An Raptor sequuto matrimonio euset poenas, & num 13.

C A P. XXXI.

De Raptu mulierum.



Raptus crimen committitur qui mulierem libidinis, aut matrimonij causa de loco ad locum abducit, vt dicunt DD. apud Ricc. in Prax. for. eccles. par. 4. ref. 437. Bonacin. de matr. q. 4. par. 18. nu. 5. & 6. & ideo sine violentia non committitur c. de raptoribus 36. q. 1. sed eximendi ff. Ne quis eum, qui in ins voc. non tamen est ne-

cessaria tota omnino vis, sed sufficit aliqua violentia etiam per solam interpellationem, & suasionem, vt est casus in l. 1. §. fin. vbi Bart. ff. de extraord. crim. Boss. in tit. de Coit. damn. & punib. nu. 66. Nauar. conf. 1. de Raptor. quamquam alij DD. censent, ad hunc effectum requiri dolum, seu preces, aut blandimenta adeo importuna, vt equiparentur violentia, ita Sanchez. Less. & alij apud Bonacin. loco cit. d. num. 5.

Hoc delictum est mixti fori, quia ab vtraque lege punitur c. 1. & seq. 36. q. 1. §. 7. l. vn. C. de Rapt. Virg. l. Raptores C. de Episc. & cleric. & in auth. de Rapt. mulier.

De iure autem ciuili Raptores Virginum, sanctimonialium, honestarum viduarum, & aliarum mulierum, quae iam nuptae sunt, alijque omnes auxilium, vel fauorem praestantes in ipso raptu, vltimo supplicio afficiuntur, & illorum bona, si sanctimoniales raperint, monasterio, alias ipsis mulieribus raptis applicatur: coescij vero, vel ministri, vel quicunque eis opem tulerint, capitali poene tantummodo subijciuntur, vt in dictis l. continetur.

Eadem poena capitali puniuntur raptores filiorum, seu filios seducetes a parentibus l. fin. vbi glos. C. ad l. Fab. de Plagiari.

Presumitur autem semper puella decepta, ac dolosis suasionibus, & donis inducta, vt in d. l. vn. C. de Rapt. Virg.

Limita I. in raptu foeminae impudicae, tunc enim non punitur poena d. l. vn. sed arbitraria, nisi for-

fortè relicta meretricia turpitudine honestè vivat *Bart. in l. vñi est num. 3. ff. de furt. Syll. in ver. luxuria num. 6. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 4. ref. 440. & in collect. dec. 82. par. 1. & alij DD. relati in Syn-tag. opin. comm. tit. de Rapt. Virg. c. 2. & 3. & apud Clar. in d. 9. raptus vers. quæro numquid.*

Limita 2: quando verè constaret, mulierem nulla arte, seu sollicitatione, aut suasionè, sed sua libera volùtate recessisse è domo cum Amasio, quia hoc casu non puniretur vir pœna ordinaria d. l. vñ: etiam si parentes essent inuiti, sed alia graui arbitrio Iudicis scudum *Boss. in tit. de rapt. mulier. num. 7. ubi citat Bald. in d. l. vñ: vers. vlt. et alij C. de Rapt. Virg. & hanc sententiam sequitur Ricc. in Prax. for. eccles. par. 4. resolutione 438.*

Sed contrarium est de iure veterius; tales enim delinquentes puniuntur pœna ordinaria, siue spõte mulieres cum eis discesserint, siue inuite d. l. raptores in fin. C. de Episc. & Cler. d. l. vñ. C. de rapt. Virg. & est communis opinio, vt d. Clar. in d. 9. raptus vers. adde quod pœna.

Limita 3: vbi copula cum rapta sequuta non fuerit, tunc enim raptor non pœna ordinaria, sed alia graui Iudicis arbitrio est puniendus, tum quia ita colligitur ex d. l. vñ. ibi, maximè cum virginitas, vel castitas corrupta restitui non possit; & idè videtur legislator respexisse ad copulam inter raptorem, & raptam; tum etiam quia tale delictum absque

copula carnali non videtur consummatum *Boer. decis. 316. post n. 4. Io. de Ana. in cap. cum causa in fin. de Rapt. quos refert, & sequitur Ricc. in Prax. for. eccles. par. 4. ref. 451. & in collect. decif. 82. par. 1. vbi etiam dicit, hoc procedere, etiam si raptor raptam non cognouerit, quia id commodè facere non potuit, quicquid in contrarium dicat glos. in l. si quis non dicam rapere ver. si quis C. de Episc. & cler. Clar. in d. 9. raptus vers. sed quid Boss. d. tit. de Rapt. mulier. num. 14. & alij.*

Quæres; qua pena puniatur qui sãctimoniam violare ausus fuerit? Resp. quod punitur pœna capitali etiam si delictum hoc tantum attentauerit l. si quis non dicam rapere C. de Episc. & cler.

De iure verò canonico pro crimine raptus laici excommunicantur; clerici verò deponuntur c. 1. & seq. 36. q. 2. sed hodiè tria pœnarum genera constituta sunt contra raptores: primò enim raptor & omnes consilium; auxilium; & fauorem præbentes sunt ipso iure excommunicati, perpetuò infames, omniumque dignitatum incapaces: & si clerici fuerint, de proprio gradu decidunt.

Secundò raptor, siue matrimonium contrahat, siue non, tenetur raptam decenter arbitrio Iudicis dotare.

Tertiò inualidum est matrimonium celebratum inter raptorem & raptam, quamdiu ipsa in potestate Raptoris manserit, etiam si liberè consentiat, ita *Conc. Trident. sess. 24. de refic. cap. 6.*

- 8 Ex quo obseruant Doctores, 11 Obseruant 4. in dicto decreto quod cum per sacrum Concilium annulletur matrimonium, etiam sponsalia in tali casu erunt inuvalida: quando enim aliquid prohibetur, id etiam censetur prohiberetur, per quod peruenitur ad illud *l. oratio vbi Bald. ff. de sponsal. Nau. cons. 4. de Raptor. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 4. ref. 454. & ita declarasse Sac. congregat. dicit Bonacin. de matrim. q. 4. puni. 18. numero 10.*
- 9 Obseruant 2. validum esse matrimonium contractum cum ea, quam quis rapuit causa explenda libidinis: putant enim sub dicto decreto Concilij *sess. 24. cap. 6.* solum comprehendi raptum, qui fit causa contrahendi matrimonij, non autem ad exercendam libidinem, ita *Sanch. tom. 2. lib. 7. disp. 13. nu. 4. Coninch. de Sacram. disp. 31. dub. 4. num. 48. quos refert, & sequitur Diu. par. 3. tr. 4. resolutione 261.*
- 10 Obseruant 3. penas in d. decreto Concilij contentas non habere locum, vbi mulier raperet virum, ita *Bonacin. de matrim. q. 4. puni. 18. num. 7. & alij: Vnde in tali casu non impediri matrimonium vigore eiusdem Concilij d. cap. 6. resoluit Ricc. in Prax. p. 4. ref. 452. vbi citat Farinac. Sanch. Ledesin. & alios. quemadmodum neq. pena d. l. vn. C. de Rapt. Virg. locum habent in muliere rapiente virum causa libidinis, quæ in tali casu punienda est alia grauius citra mortem pena arbitrio Iudicis *Clar. in d. Raptus vers. sed pone & alij communiter.**
- 11 Obseruant 4. in dicto decreto Concilij solum eam raptus speciem puniri, per quem vis inferatur puella, non autem parentibus: ex quo arguunt, quod si illa volens pro matrimonio abducitur etiam inuitis parentibus, tale matrimonium validum erit *iuxta cap. cum causa de raptor. putant enim, quod Concilium ibi voluit tantum succurrere libertati matrimonij, nè mulier inuita illud contrahere cogatur sed hoc non accidit, quando illa consentit, ita Sanch. vbi supra nu. 3. Coninch. loco cit. Filiuc. to. 1. tract. 10. par. 2. cap. 8. num. 265. quos refert Dian. d. par. 3. tr. 4. ref. 261. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 4. ref. 438. in fin. & alij apud Barbof. in d. cap. cum causa num. 3.*
- Alij verò id admittunt, quando mulier spontè, vel precibus non adeò importunis discedit cum Amatore inscijs parentibus, quia tunc nulli vis inferatur, & ideo nõ dicitur raptus, sed potius fuga voluntaria; secus si discedat inuitis parentibus, quia tunc illis vis fieri dicitur, quamuis puella consentiat: Vnde in hoc casu dari verum raptum, & in eo procedere dispositionem Concilij Tridentini loco cit. resoluit *Nau. cons. 2. de Raptor. Barbof. in d. cap. cum causa num. 3. eod. tit. vbi citat Henric. in sum. lib. 12. cap. 14. num. 4. Rebell. de obligat. iust. par. 2. lib. 3. q. 11. nu. 6. Farin. in Prax. crimin. p. 5. q. 145. n. 221. & alios, quorum sententiæ videtur fauere *text. in cap. cum nullus 36. q. 2. c. oñ secundū de Heret. in sexto S. Th. 2. 2. q. 154. art. 7.**

12. Observant 5. quod licet subsequatur matrimonium, remanet tamen poena infamiae, excommunicationis, & incapacitatis ad dignitates per Tridentinum infligta, quae cum non requirat aliquam actionem ad sui executionem, ipso facto incurritur etiam ante Iudicis sententiam *Nau. cōf. 3. num. 5. de Raptor. Bonacin. de Matrim. q. 4. pun. 18. num. 10.* quemadmodum Raptor tenetur etiam in tali casu raptam dotare arbitrio Iudicis ex dispositione eiusdem Concilij *d. cap. 6.* quamvis ad id non teneatur, nisi fuerit condemnatus *Nau. in man. cap. 16. nu. 17. Bonacin. loco cit. num. 10. vers. secunda est.*

13. Quæres, an Raptor sequuto matrimonio euitet alias poenas à iure infligtas? Respondet Ricc. in *Collect. dec. 82. par. 1.* quod Raptor matrimonium contrahens cum rapta non euitat poenas à lege ciuili propter raptum impostas: & hæc sententia mihi videtur verior in puncto iuris, quia *textus in d. l. vn. C. de Rapt. Virg.* expressè prohibet matrimonium inter raptorem, & raptam, licet correctus fuerit per ius Canonicum *in cap. fin. de Raptor. & Conc. Tridentinum loco cit.*

Hæc tamen opinio in tali casu non seruatur in praxi, *vt d. Boss. in tit. de Rapt. mulier. num. 18.* & ideo alij asserunt, Raptorem tunc non esse puniendum poena corporali, sed confiscatione bonorum, ita *Clar. in §. Raptus vers. quero modo E. Suar. relatus in Syntag. opin. comm. tit. de Rapt. Virg. c. 1. vers. 12.*

Alij verò dicunt, quod matrimonium omnem poenam tollit, & quod in hoc attendi debet ius canonicum, quod potuit mitigare poenam, ita *DD. quos refert, & sequitur Boss. loco cit.* & hæc sententia benignior quidem est, & ideo in praxi seruanda, dummodò precesserit tractatus de nuptijs, vel sponsalia, & puellæ consensus in matrimonium: tunc enim huiusmodi raptus non punitur de iure canonico, *vt in d. cap. cum causa ubi DD. de Raptor. sequuto tamè matrimonio, vt supra Ricc. in Collect. dec. 539. par. 3.* & in hoc corrigitur *d. lex. vn. C. de Rapt. Virg.* quo casu ius canonicum matrimonij libertati consuluit; quia aliquando in domo Parentum liberè contrahi non potest, *vt d. Sylu. in ver. luxuria num. 6.*

S V M M A R I V M.

1. Crimen Abortus est mixti fori.
2. Delinquens in tali casu qualiter puniatur.
Clericus huius criminis reus an teneatur ante Iudicis sententiã dimittere officia, seu beneficia, *ibidem.*
3. Quando dicatur fetus animatus.
4. Anima quando censetur infusa.

CAP.

C A P. XXXII.

De Abortu.

 Rimen Abortus esse mixti fori, clarè constat ex constitutione Sixti V. incip. *Effrenatam, quam refert Quarant. in ver. Abortus.*

De iure autem civili abortum procurans punitur poena capitis abortu sequuto, si foetus sit animatus *l. necare ff. de lib. agn. l. Cicero ff. de Pœn.* si verò foetus nondum animatus erat, is, cuius opera eijcitur, si sit honestæ conditionis, amissa bonorum parte in Insulâ relegatur: si humilioris & inferioris sit conditionis, in metallum damnatur *l. si quis aliquid ff. de Pœn.* vel punitur poena extraordinaria, ut *d. Clar. in §. fin. q. 68. vers. abortum Megal. in ver. Abortus n. 7. & alij communiter.*

Item de iure canonico tamquam homicida punitur, si foetus fuerit animatus *cap. consuluisti n. q. 5. & clarius constat ex d. constitutione Sixti V.* ex qua Clerici etiam omni priuilegio clericali officijs, dignitatibus, & beneficijs ecclesiasticis ipso facto priuantur, quorum dispositio sedi Apostolicæ reservatur, & in futurum inhabiles redduntur ad ea, & alia etiam simplicia obtinenda; sunt etiam irregulares, quia in tali casu verum homicidium committunt *d. c. consuluisti Sylu. in ver. abortus Dian. par. 7. tr. 5. ref. 4.* Unde eos depositos, ac degradatos

Curie secolari tradi iussit idem Sixtus V. *in d. constitutione*, ut eodem supplicio puniantur, quod contra laicos verè homicidas per Diuinas leges, ac ciuilia iura est dispositum; & ideo non potest ordinarius cum suis subditis dispensare in huiusmodi irregularitate, quia hæc oritur ex homicidio voluntario, quæ à Conc. Tridentino *sess. 24. de ref. cap. 6.* excipitur, ut notat etiam *Dian. par. 7. tr. 5. ref. 21.*

Incurrunt etiam tales Delinquentes infamiam, si delictum notorium fuerit notorietate iuris, vel facti *Lezan. in Sum. to. 3. in ver. Abortus num. 15.*

Eisdem poenis subyciuntur, qui sunt in causa, ut partus tam immaturè prodeat, ut diu viuere non possit: isti enim abortum causare dicuntur, ac censentur veri homicidæ *Flau. Cherubin. in Compend. Bullar. in constit. 87. Sixti V. schol. 2. & alij, quos refert Lezan. loco cit. num. 21.*

3 Obserua tamen, quod huiusmodi delinquentes non tenentur in foro conscientie dimittere officia seu beneficia ante Iudicis sententiam declaratoriam, ut dicunt *DD. apud Dian. par. 7. tr. 5. ref. 17. & 18.*

4 Obserua 2. quod nomine officiorum, quibus per dictam constitutionem Sixti priuantur tales delinquentes, intelliguntur munera habentia administrationem rerum, vel personarum ecclesiasticarum cum superioritate, qualia sunt officia habentia iurisdictionem ordinariam, ut Generalis,

ralis, Prouincialis, Superioris localis, & Vicarij: vel delegatum ratione certi officij, seu personatus, vel ita, vt sint in ea maiores Ordinarijs, vt visitatores Prouinciarum *Sorb. in ver. ingredi monasteria num. 3. Bonacin. in tract. de largit. mun. pun. 5. num. 2. Dian. loco cit. ref. 27.*

Item procurantes abortum, si ne ad illum opem, consilium, fauorem, potionem, vel alia cuiuscunque generis medicamenta scienter præstantes, seu dantes, excommunicationem ipso facto incurrunt *ex constitutione Sixti V. supra cit. ab hac tamen censura excusat ignorantia iuris, vel facti, etiamsi ignorantia non sit probabilis, sed vincibilis, crassa supina, vel etiam affectata, quia*

summus Pontifex adiecit particulam, *scienter*, quæ quamlibet ignorantiam excludit, modò cum ingenti temeritate coniuncta nõ sit, vt dicit *Bonacin. de Censur. in part. disp. 2. q. 2. pun. 10. num. 10.* Sed hæc procedunt, dum modò sequatur abortus fetus animati, quia quoad pœnas procurantiũ abortum fetus inanimis, & exhibentium mulieribus, vel sumentium venena sterilitatis aut quocunque modo auxilium, vel consilium eis dantium constitutione Sixti in ea parte, vbi de his agit, ad terminos iuris communis reduxit *Greg. XIV. sua constit. incip. Sedes Apostolica, quã refert. Quarant. in ver. Abortus Bonacin. loco cit. d. pun. 10. nec prædicta excommunicatio est reseruata, sed ab ea potest absoluere quinis Presby-*

ter tam secularis, quam Regularis ad confessiones audiendas, & ad hos casus specialiter per locũ ordinarium deputatus *ex d. constit. Greg. XIV.*

3 Oseruat autẽ *Bonacin. de Censur. in part. d. disp. 2. q. 2. pun. 10. num. 16.* quod censetur ad hunc casum specialiter deputatus non solum qui facultatem habet in indiuiduo absoluendi ab excommunicatione propter abortum contracta, sed etiam qui habet facultatem absoluendi ab omnibus censuris, & excommunicationibus Episcopo reseruatis: quæ quidem sententia probabilis videtur, *quãuis Lezan. in Sum. to. 3. ver. Abortus num. 7. & alij apud Dian. par. 7. tr. 5. ref. 15. contrarium sentiant.*

3 Dicitur verò fetus animatus in masculo post 40. dies, in femina post octuaginta à conceptione *Nau. in man. cap. 15. num. 14. Quarant. in ver. Abortus Bonacin. de Censur. in part. disp. 2. q. 2. pun. 10. num. 7. Dian. p. 7. tr. 5. ref. 6. Lezã. in Sum. tom. 3. ver. Abortus nu. 10. & si dubitetur an masculus sit, vel femina, fetus præsumitur animatus in foro animæ, in quo via tutior est eligenda *Quarant. & Lezan. locis citatis.* Vnde delinquens in tali casu debet se reputare tamquam irregularem, ac proinde abstinere debet ab ordinum susceptione, & administratione; hæc enim intrinsecè includuntur in irregularitate, *Dian. par. 7. tr. 5. ref. 24. Barbof. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 51. num. 138.* secus verò quoad alias pœnas, quæ à Iudice solent imponi pro con-*

tracta irregularitate, qualis est priuatio beneficiorum, & alie similes, quia pena ordinaria statuta delicto certo, non est imponenda delicto dubio, sed extraordinaria arbitrio Iudicis pro dubij qualitate. *Dian. ubi supra. ref. 25. ubi citat Sanchez in Sum. 20. 1. lib. 1. cap. 10. num. 43. & 48. sagund. in Decalog. tom. 1. lib. 2. cap. 10. num. 15. farinae. quest. 122. num. 138. & alios.*

Sed in foro externo, & contumioso fetus in dubio praesumitur potius inanimatus, quam animatus. *l. interpretatione ff. de Pen. Syl. in ver. Abortus Lex in. loco cit. num. 18. Add. ad Quarant. loco cit. ver. adde. & alij apud Barbosa: d. ill. 5. 1. num. 139. Megal. in eodem ver. Abortus num. 3. & est communis opinio.*

Notandum est etiam, quod anima censetur infusa siue in Matre, siue in femina, si fetus lineamenta omnium membrorum habebit. *cap. Moyses 32. q. 2. Add. ad Quarant. in ver. Abortus littera A. ubi citat Burg. in tract. de Irregular. par. 6. tit. de Venefic. sub. n. 14.*

SUMMARIUM.

- 1 Adulterium quando sit mixti fori.
- 2 Adulterium quomodo probetur.
- 3 Adulteri qualiter puniantur de iure civili.
- 4 Item qualiter plectantur de iure canonico.
- 5 In quibus casibus mulier adultera dotem non amittat, ibidem.
- 6 Ex confessione adulterij incidit.

ter facta non potest sequi condemnatio. *limitatur num. 6.*

- 7 Filius, qui nascitur ex uxore adultera, praesumitur filius mariti.
- 8 An facta separatione quoad thorum vir teneatur uxorem alere.
- 9 Clericus adulter qualiter puniatur.
- 10 Laici, vel clerici rem habentes cum muliere nupta qua peccata plectendi sint.
- 11 Quid si cum inferant meretrici libidinis causa.
- 12 An laici contrahentes binas nuptias viuente alio coniuge possint ab utroque Iudice puniri.
- 13 Qua pena plectantur Religiosi, seu clerici in sacris constituti matrimonium contrahentes.

C A P. XXXIII.

De Adulterio.

Adulteri crimen est mixti fori, ut constat ex cap. perniciosam de offic. ordin. l. quāuis & auth. sed hodie C. ad l. Iul. de Adult. l. qui sententiam C. de Pœn. & est communis sententia, ut d. Alciat. in d. cap. perniciosam num. 18. *Dian. par. 4. tr. 1. resol. 16. Ricc. in collect. decis. 2076. par. 5. E. Suar. relatus in Syntag. opin. commun. tit. de Adulter. cap. 2. quod intellige, quando agitur de hoc crimine ad legitimam poenam infligendam; secus si agitur ad separationem thori propter adulterium faciendam: tunc enim solus Iudex ecclesiasticus est competens cap. tuus de procur.*

eur. *Graff. par. 1. lib. 2. cap. 84. n. 12.*
Megal. in ver. Adulterium nu. 20.
 & hanc esse communem dicit *Clar. 3*
S. fin. q. 37. vers. quero numquid:
 & tunc etiam questio alimentorū
 ac dotis amittendæ tamquam ac-
 cessoria pertinet ad eundem Iu-
 dicem ecclesiasticum *cap. de pru-*
dentia de Donat. int. vir. & vxor.
 & dicunt *Dōctores apud Dian. p. 1.*
tr. 2. ref. 87. Bonac. de contract. disp.
3. q. 11. pun. 13. num. 2. Laym. in
Theol. mor. lib. 4. tr. 9. cap. 2.

E contra verò si criminaliter
 agitur de adulterio ad pœnam
 sanguinis, tunc Index secularis
 est competens, non autem eccle-
 siasticus *V. iui. relatus in syntag.*
opin. commun. tit. de adulter. cap. 2.
vers. concludit Bonac. in de contract.
disp. 3. q. 11. pun. 13. num. 2. Dian. p.
1. tr. 2. ref. 87. & ita intelligendus
est Ricc. in Prax. for. eccles. par. 4.
resolutione 275.

2 Ad probandum verò adulte-
 rium requiruntur probationes
 concludentes ita, vt non sufficiāt
 testes singulares, neque de au-
 ditu nisi fortè deponant de au-
 ditu alicuius actus proximi ad
 copulam: dummodò tamen ha-
 berent notam vocem, & quod in
 eo loco, vbi verba fuerunt pro-
 lata, alia personæ non adessent,
 neque adesse potuissent, quin ip-
 si sciuisent *Rot. in recent. dec. 441.*
nu. 5. par. 1. Buratt. decis. 634. n. 4.
Serabh. decis. 893. num. 17. & 18.
quos refert Ricc. in collect. decis.
3879. p. 8. vbi addit, quod si Ma-
 ritus non probarer querelā adul-
 terij contra vxorem, potest mu-
 lier eo casu agere ad separationē

thori, ac dotem, & donationem
 propter nuptias lucrari.

Viti autem adulteri secundū
 ciuiles leges morte puniuntur *d.*
liquamus, & l. qui sententiam su-
pra cit. nisi fuerint nobiles, quia
 tunc deportantur *secundū Al-*
ciat. in cap. cum non ab homine n.
 26. *de Iudic. femina verò virgis*
 ceditur, deinde detruditur in mo-
 nasterium: & si intra biennium
 maritus illam ad se non reuocet,
 cogitur habitum Monachalem su-
 scipere *c. gaudemus de Conuers.*
coniug. d. aut. sed hodie C. ad l. Iul.
de adult.

Verum hæc pœna detrusionis
 in monasterium non est in vsu: &
 ideo mulieres de adulterio con-
 uictas pœna fustigationis, & exi-
 lio arbitrario esse puniendas di-
 cit *Clar. in S. adulterium vers. sed*
quero Ricc. in collect. decis. 235. p. 1.
 vbi etiam dicit, quod in Regno
 Aragonū rea huius criminis mor-
 te damnatur.

Sed hodiè ferè in omnibus pro-
 uincijs Adulteri pecuniaria pœna
 plectuntur, vt *d. Clar. loco cit. vbi*
 etiam subdit, quod in Gallia de
 consuetudine non puniuntur.

De iure autem canonico prop-
 ter hoc crimen Episcopi auctori-
 tate coniuges separantur quoad
 thornm *cap. ex litteris de Diuor. c.*
tua de Procur. immò si crimen
 adulterij esset notorium, posset
 maritus absque alia sententia, &
 declaratione Episcopi vxorem
 adulteram propria auctoritate
 expellere *glos. in cap. fin. de Adult.*
Sylu. in ver. diuortium num. 11. &
alij communiter: quia tunc priua-

ta est iure, quod habebat in viro
cap. significasti de Divor.

Agitur etiam potest ad dotis, & donationis propter nuptias priuationem *cap. plerumque, ubi glos. in ver. dotalium de Donat. inter vir. & vxor.* Vnde si matrimonium separatur propter adulterium commissum a viro: tenetur ipse vxori dotem restituere: si vero talis separatio contingat propter adulterium ab vxore commissum, ipsa amittit dotem ita, vt non possit amplius illam repetere: quod procedit tam de iure canonico, quam ciuili *d. cap. plerumque & l. cum mulier. 1. ff. sol. matrim. & est communis opinio*: non enim debent ad imperia iudicari vir, & vxor *cap. si quis vxor. 2. q. 1. Sylu. in ver. dos num. 16. Bonifac. de Vitiis in tract. de malef. tit. de Adulter. num. 2.*

5 Limita 1. quando mulier habet patrem, vel filios primi matrimonij, quia tunc propter adulterium non amittit dotem *Vini. decis. 357. num. 2. & alij, quos refert, & sequitur Ricc. in Prax. for. eccl. par. 3. ref. 77.*

Limita 2. si maritus retineat concubinam, quia neque tunc mulier adulterium committens dotem amitteret *Ricc. in collect. dec. 2310. par. 6:*

Limita 3. si maritus occidat mulierem in adulterio repertam, hoc enim casu non lucratur dotem *glos. in cap. inter hac 33. q. 2. Ricc. in d. collect. decis. 2310. ubi citat Vinc. de Franch. decis. 778. & ita etiam tenent alij DD. relati in Syntag. opiu. comm. tit. de Adulter. cap. 6:*

quamuis enim secundum leges maritus occidens per se, vel per filios adulterum vxoris suae in actu adulterij deprehensum non puniatur, si adulter sit vilis persona, & inueniatur in domo ipsius mariti *iuxta l. marito ff. ad l. Iul. de Adult. l. Gracchus: C. eod. tit.* nulla tamen lege illi permittitur, vt vxorem adulteram occidat *l. nec in ea ff. ad l. Iul. de Adult. & notat etiam Megal. in ver. Adulterium num. 28.* Pater vero siue in domo sua, siue in domo Generi filiam suam, & Adulterum occidendi ius habet *secundum easdem leges vt in d. l. nec in ea, & notat glos. in d. l. Gracchus.* Vnde maritus vxorem in adulterio deprehensam occidens, in opus perpetuum traditur, si humilis loci sit, si vero honestior, relegatur in insulam: remittitur enim illi in tali casu vltimum supplicium, quia difficillimum est huiusmodi dolorem temperare *l. si adulterium Imperatores ff. ad l. Iul. de adulter.* item in exilium mittitur, si non vilem occiderit, *vt in d. l. Gracchus.*

Notandum tamen est, quod licet secundum leges Pater & maritus in tali casu excusentur a penis temporalibus, non tamen excusantur a culpa mortali, cum id semper prohibeat lex Diuina, & etiam canonica *cap. inter hac & ibi glos. 33. q. 2:*

Limita 4. in bonis paraphernalibus, quae mulier propter adulterium non amittit *Bonacin. de matrim. q. 4. pun. 15. n. 6.* iura enim loquuntur tantum de amissione do-

dotis, & donationis propter nuptias, ut constat ex l. consensu S. hæc nisi vir & mulier C. de Repud. & d. cap. plerumque. contrarium tamen tenet glos. in d. cap. plerumque. ver. dotalitium in fin. de Donat. int. vir. & vxor. Boss. in tit. de Coit. d. nat. & pun. num. 54 & alij relati in Syntag. opin. comm. tit. de Adulter. cap. 7.

Limita 5. si intercesserint tantum amplexus, vel oscula impudica: tunc enim mulier neque dotem, neque munera propter nuptias amitteret, & hanc esse communem dicit Bo. acina loco citato, quamuis contrarium teneant alij DD. apud Clar. in § adulteriū vers. scias etiam, vbi etiam subdit, quod in tali casu mulier non punitur pœna ordinaria adulterij, 5 sed extraordinaria.

Limita 6. si vir etiam adulteriū commiserit, quia paria delicta, mutua compensatione tolluntur cap. significasti de Diuort. cap. intelleximus & cap. tua de adult. l. viro, atque vxore ff. sol. matr. l. si vxor §. Index. ff. ad l. Iul. de adult.

Limita 7. si vxor consensu viri deliquit l. cū mulier i. ff. sol. matr. aut si post adulterium reconciliatio, seu approbatio intercedat. gaudemus de Conuers. coniug. d. l. si vxor §. sed & si qua ff. ad l. Iul. de adult. d. l. cum mulier Sylu. in ver. dos num. 16. & ver. diuortium num. 11. censetur autem maritus adulterio vxoris renunciassse, seu ap- 6 probasse illius mores, quādo sciens eam esse adulteram, cum ea se carnaliter commisset glos. commuiter recepta in c. fin. de Adul-

ter. Syl. in ver. diuortium num. 11.

Ultra supradictas pœnas, & infamiam, de qua inc. infames 6. q. 1. potest Iudex ecclesiasticus coniuges, vel eorum alterum probato adulterio alia pœna arbitraria punire, nē delicta impunita remaneant præsertim cum certa pœna non præscribatur in d. cap. perniciosam de offic. ordin.

Addunt alij, quod pro adulterio tam vir, quam vxor excommunicantur per cap. intelleximus de Adulter. sed ibi excommunicatio lata fuit contra coniuges nō in pœnam criminis, sed in pœnā contumacię, quia non redierunt simul, prout Episcopus præceperat, ut notat Alciat. in d. cap. perniciosam num. 21.

Obserua tamen, quod ex confessione adulterij incidenter facta non potest sequi condemnatio, nec alter coniux potest ex tali confessione agere ad separationem thori: puta si exorta controuersa super impotentia Maritus excipiendo dicat, se cognouisse alias feminas, vel si mulier inquisita de furto confiteatur adulterium: quia talis confessio fuit sine instantia, & ideò non potest puniri, sed noua debet fieri inquisitio, ut post Bald. in l. mercalem C. de Cond. ob turp. caus. dicit Afflict. dec. 176. Ricc. in Collect. dec. 1482. p. 5. & dec. 2310. & dec. 2365. par. 6. & in Prax. for. ecc. les. par. 1. res. 221.

Limita, si crimen esset connexū, vel si Reus aliquis famosus de multis delictis inquireretur; quia tunc ex tali confessione Reus potest condemnari secundum Fel. in in cap.

- in cap. 1. de except. quem refert Vr-
sil. ad Afflict. d. decis. 176. numer. 1.*
- 7 Obserua 2. quod licet constet, vxorem commisisse adulterium, tamen filius, qui nascitur, præsumitur filius mariti *l. miles §. de functo ff. ad l. Iul. de Adult. etiam si extra domum mariti cohabitasset ut dicit Boss. loco supra cit. num. 51*
- 8 Obserua 3. quod facta huiusmodi separatione quoad thorum adhuc tenetur vir vxorem alere, quia non propterea desinit esse vxor *cap. 2. de Diuor. & ita tenent communiter Doctores, ut d. Clar. in d. §. Adulterium vers. facta autem.*
- 9 Clericus verò pro crimine adulterij deponitur, & ulterius in monasterium toto tempore vitæ suæ detruditur *cap. si quis clericus §. 81. dist. Megal. var. to 2. ref. 176. n. 1. & comunè dicit Clar. in d. §. adulterium vers. sed quero. est etiam infamis, ut in dict. capitul. infames Megal. vbi supra nu. 2. sed hoc diè detrusio in monasterium neque quoad clericos est in vsu, cū monasteria tales recipere passim recusent, nec ab Episcopo, ut eos recipiant, cogi possint, quia ferè vbique sunt excepta, ut post Diaz dicit Piafec. in Praxi episc. par. 2. cap. 4. num. 93. immò neque pro tali crimine clericum esse deponendum, sed mitiori pœna plectendum tenet Leo in Thes. for. eccles. par. 3. cap. 4. num. 31: vbi hanc dicit esse equiorem, & probabiliorè sententiam per tex. in cap. at si clerici §. de adulterijs ex. de Iudic. vbi adulterium inter minora crimina numeratur.*
- 10 Quæres, an laici, vel clerici rē

habentes cum muliere nupra publica meretrice puniri debeant pœna adulterij? Resp. quod licet quoad Deum, & in foro conscientie verè adulterium committant, cum in tali casu violent alienum thorum; tamen in foro iudicali de consuetudine non pœna adulterij, sed tamquam fornicarij arbitrio Iudicis puniuntur *Alex. cõf. 99. num. 9. lib. 6. Anan. in cap. 1. nu. 6 & 7. de Adult. Capic. dec. 44. n. 4. & alij apud. Megal. to. 2. var. resol. 176. num. 2. & seq. Idemque dicendum de muliere adultera, que in tali casu non punitur pœna adulterij iuxta tex. in l. si ea C. ad l. Iul. de Adult. ita etiam vxorè habens non punitur de adulterio, sed de stupro, si rem habeat cum soluta, ut dicit Ricc. in Collectan. dec. 23 10. par. 6.*

Limita, quando talis meretrix cessauit à meretricia vita & honestè cum viro suo viuat, quia tunc tamquam adulteri puniuntur *Clar. in §. adulterium vers. quero numquid.*

11 Quæres 2. qua pœna plectendi sint Clerici, vel laici inferentes vim meretrici libidinis causa, eaque inuitam cognoscentes? Resp. quod extraordinaria pœna puniri debent *Couar. lib. 3. var. resol. cap. 14. num. 2. Megal. d. ref. 176. nu. 7. & 8.*

12 Quæres 3. an laici contrahentes binas nuptias viuente alio coniuge possint ab utroque Iudice, ecclesiastico videlicet, & seculari puniri? alij negatiuè respondent existimantes, huiusmodi causas spectare ad solos Inquisitores

sciores, ita Souf. & scacc. apud Dian. par. 4. tr. 7. ref. 4. sed verior videtur opinio aliorum asserentium, huiusmodi delictum esse mixti fori, nisi fortè tales contrahentes id fecerint eo quod malè sentiant de Sacramento matrimonij; tunc enim ab Inquisitoribus puniuntur ita Vulp. in Prax. iudic. cap. 41. num. 37. ubi citat Farinac. & alios. Quare si huiusmodi delinquentes præuenti fuerint à Curia seculari, remittendi sunt ad Iudicem ecclesiasticum, qui illos torquet super intentione, & abiurare facit: deinde tenetur illos remittere ad Curiam secularem, quæ ipsos punit pro tali crimine; si verò præuenti sint à Curia ecclesiastica, tunc in totum ab eadem Curia puniuntur, nec potest amplius Curia secularis se intromittere, ut rescripti Sac. Congreg. S. offic. teste Genuensin Prax. Archiep. cap. 68. num. 13: Addit Dian. par. 4. tr. 7. ref. 4. & alij apud Barbof. de offic. & pot. Episc. par. 2. all. 40. num. 44: quod hodie Inquisitores contra reos huius criminis absolute, & indistinctè procedunt.

Tales autem delinquentes arbitrio Iudicis puniuntur, videlicet vel pœna pecuniaria, vel exilij, vel ictibus funis, vel pœna fustigationis, vel triremium ad tempus iuxta facti, & personarum qualitatem, ut dicunt DD. quos refert, & sequitur Ferr. qq. mor. par. 1. q. 59. num. 1. & 2. Dian. p. 4. tr. 7. ref. 4. & ita de consuetudine seruari testatur Ricc. in Prax. for. eccles. par. 3. ref. 38: Clar. in §. forni-

catio vers. dicitur etiam, ubi refert, quemdam, qui quatuor mulieres eodem tempore viuentes in vxores duxerat, fuisse fustigatum: & alium, qui eodem tempore quinque vxores duxerat, propter delictum toties reiteratum, ultimo supplicio damnatum fuisse. Eadem pœna exilij, vel alia arbitraria punitur qui viuentis vxore deuenit ad actum proximè contrahendi cum alia; v. gr. faciendo contractum dotis, vel denuntiationes in ecclesia, ut dicit Dian. par. 4. tr. 7. ref. 4.


13. Quæres 4. qua pœna plectendi sint Religiosi, siue clerici in sacris constituti matrimonium contrahentes? Resp. quod similiter arbitraria pœna puniuntur, quemadmodum contrahentes binas nuptias, ut dicunt DD. apud Dian. par. 4. tr. 7. ref. 5. ubi etiam dicit, quod tales sunt suspecti de hæresi & ideò contra eos procedere possunt Inquisitores late Barbof. de offic. & pot. Episc. par. 2. all. 40. num. 43.

SUMMARIUM.

- 1 Lenocinium est mixti fori.
- 2 Lenones qualiter puniantur.

CAP. XXXIV.

De Lenocinio.

- 1  Enocinium etiam est mixti fori, ut constat ex cap. discretionem de eo qui cogn. consang. l. si lenones C. de Episcop. aud. & Auth.

Auth. de Lenon. § præconizamus, & dicunt DD. quos refert, & sequitur Ferr. qq. mor. par. 1. q. 12. n. 1. & 8.

- 2 Lenones autem, vel lenæ iure civili pœna mortis puniuntur, præsertim quando maritus est leno suæ vxoris, *ut ex d. Auth. Ricc. in collect. decis. 1514. & 1795. p. 5. sed de consuetudine arbitraria pœna multantur, vel sustigantur, ut d. Clar. in § fin. quas. 58. vers. lenones Ricc. d. decis. 1795. par. 5. E. Suarez relat. in Syntag. comm. opin. tit. de Adulter. cap. 2. eadem pœna puniuntur hi, qui dissimulant videre, & scire, quæ domi fiunt ab vxore, ut adulter eo chariores habeat vxoris amplexus Loccatell. de quas. Iud. in sp. 5. num. 17.*

De iure autem canonico grauis pœnitentia est iniungenda *ex d. cap. discretionem. sed hodiè pœna sustigationis est etiam approbata à sacris canonibus, ut constat ex c. In Archiepiscopatu de Raptor: cap. præterea ubi glos. in ver. crudeliter de Cler. percuss. illamque passim infligunt ecclesiastici Iudices, ut d. Ferr. loco cit. num. 8. quicquid dicat Vulp. in Prax. Iudic. cap. 46. n. 7. hæc tamen sustigationis pœna moderatè est infligenda, non autem crudeliter; alias Episcopus iubens aliquem indebito modo sustigari, per duos menses à Missarum celebratione suspenditur d. cap. præterea, & d. Clar. in Præf. crim. § fin. q. 70. vers. est etiam.*

Item propter hoc crimen matrimonium quoad thorum separatur *Navar. in man. cap. 22. n. 22. Genues. in Prax. Archie. c. 21. n. 23.*

S V M M A R I V M.

- 1 Incestus est mixti fori.
- 2 Incestuosi qualiter puniantur:
- 3 Quando incestuosi à pœnis excusentur.

CAP. XXXV.

De Incestu.



Incestus etiã est mixti fori, utroque enim iure punitur *cap. de incestis 35. q. 3. cap. consanguineorum 3. q. 4. clem. vn. de consang. & affin. aut. incestas nuptias C. de Incest. & inutil. nupt. & in Auth. de Incest. & nefar. nupt.*

De iure civili huiusmodi delinquentes deportantur *l. si quis viduam ff. de quaest. alij tamen dicunt, quod hoc delictum punitur eadem pœna, qua adulterium glos. in l. si adulterium cum incestu ff. de Adult. Bonifac. de Vitalin. in tract. de malefic. tit. de adulter. incest. & c. nu. 13. Boss. tit. de Coit. dam. & punib. num. 4. sed de consuetudine arbitraria pœna, videlicet vel treremium, sustigationis, relegationis, vel pecuniaria, puniuntur iuxta facti, & personarum qualitatem Ricc. in Collect. decis. 151. par. 1. & dec. 1869. par. 5.*

Qui verò incestas nuptias scienter contrahunt, dignitatem si quam habent, amittunt, in exilium mittuntur, & eis bona confiscantur: & si viles sint, etiam verberantur *d. auth.*

in-

incestus nuptias C. de Incest. & incesti. nupt. cuius dispositio, quatenus imponit penam confiscationis bonorum, non est hodie sublata *ex tex. in auth. bona damnatorum C. de bon. prescript. ut dicit Clar. in §. incestus vers. & scias, & alij communiter.*

De iure autem canonico incestuum committentes, & omnes eis consentientes approbando, defendendo, patrocinium præstando infames efficiuntur *d. cap. consanguineorum, ubi glos. 3. q. 4. cap. infames 6. q. 1. & possunt etiam excommunicari cap. incestuosi 35. q. 8. ac priuatur facultate matrimonium contrahendi cap. in lectum, & cap. seq. 34. q. 2. quamuis, si contrahunt de facto, matrimonium teneat Sylu. in ver. Luxuria nu. 4. Nauar. cons. 1. num. 52. de Constit. & alij communiter.*

Si verò in gradibus consanguinitatis, vel affinitatis constitutione canonica interdictis, hoc est vsq. ad 4. gradum scienter contraxerint, ipso facto sunt excommunicati *ex clemen. vn. ubi glos. de Consang. & affin. cap. non debet ex eod. tit. & filij de huiusmodi incestu procreati nec legitimi sunt, nec parentibus succedunt cap. 1. 35. q. 7. secus si coniuges, aut alter eorum impedimentum ignorauerint: quia tunc filij sunt legitimi, & parentibus succedunt cap. inter, & cap. ex tenore Qui fil. sint legit. glos. in l. qui contra ver. errore acer rimo C. de Incest. & in ut. nupt.*

Notandum autè est, quod *d. clem. dum loquitur de gradibus affinitatis, intelligenda est tam de ea-*

affinitate, quæ prouenit ex copula licita, quam illicita: vtraque enim matrimonium dirimit *cap. discretionem, & cap. tua de eo, qui cogn. consang. & est cõmunis opin. ut dicit Sylu. in ver. matrimonium 8. nu. 15. affinitas enim proueniens ex copula illicita est affinitas propriè dicta Nau. cons. 4. num. 4. de Consang. & affin. requiritur tamè ad huc effectum copula perfectæ, hoc est illa, per quam semen viri in vas fœminæ naturale ad generandum mittitur cap. extraordinaria. ubi glos. 3. q. 3. vnde non sufficeret sola violatio virginittatis, aut quilibet alia pollutio, ut d. glos. commun. recepta in d. c. extraordinaria: ver. impedire, neque actus contra naturam iuxta communem Theologorum sententiam, ut d. Nauar. in man. cap. 22. num. 43. hodiè verò quia Concilium Trid. sess. 24. de ref. cap. 4. limitauit impedimentum affinitatis ex illicita copula ortum ad primum, & secundum gradum tantum, idèd pœnæ *d. Clem. non procedunt contra eos, qui in tertio vel quarto gradu d. affinitatis contraherent; sicut nec huiusmodi affinitas in tertio, vel quarto gradu supradicto impediret debiti exactionem Nauar. cons. 6. num. 3. & 4. de Consang. & affin.**

Item qui scienter matrem, filiam, seu duas sorores germanas cognouerit, etiamsi cum altera earum legitimo matrimonio coniunctus fuerit, pœna vltimi supplicij plectitur: similique pœna punitur mulier, quæ sciens, matrem, aut filiam, vel sororem

suam cum aliquo viro rem habuisse, eidem viro ipsa quoque sui corporis copiam fecerit; item mulier, quæ cum Patre, & filio, siue cum duobus germanis fratribus scienter se carnaliter commiscuerit, etiamsi eorum alteri fuerit matrimonio copulata, pena mortis damnatur: eandemque penam subit vir, qui sciens, patrem, aut filium, vel fratrem, suam cum muliere aliqua rem habuisse, ipse etiam eandem mulierem carnaliter cognoscere ausus fuerit, ut cauetur per constitutionem Sixti V. contra Incestuosos quam refert Ricc. in Collect. dec. 1869. par. 5.

Clericus verò pro crimine incestus deponitur Clar. in § Incestus vers. sed. quero, ubi d. hanc esse communem: & ipso iure vacant eius beneficia Guid. Pap. dec. 239 quem refert, & sequitur Ricc. in Collect. dec. 1864. par. 5. & si constitutus sit in sacris ordinibus, & matrimonium contrahere presumpserit, est etiam ipso facto excommunicatus per d. Clem. vn. de Consang. & affin.

- 3 Verum supradictæ penæ non habent locum contra eos, qui incestus nuptias per ignorantiam iuris vel facti etiam ex crassa, & lata culpa contrahunt Bart. in l. si a iulterium cum incestu nu. 11. ff. de Adulter. & hanc esse communem d. Clar. in d. § Incestus vers. excusatur Ricc. in Collect. dec. 351. par. 1. etiamsi detecta consanguinitate simul adhuc cohabitent & se carnaliter cognoscant iuxta glos. in d. Clem. vn. ver. scienter, quæ

esse ab omnibus approbatâ d. Clar. in d. § Incestus vers. sed. pone. gra. uiter tamen peccant in tali casu cap. inquisitioni de Sent. excom. & ides debet per Iudicem ecclesiasticum separari cap. fin. de matrim. contr. con. Interd. Eccl. j.

Secundò penæ iuris civilis nõ procedunt in nuptijs, quæ sunt incestæ de iure Canonico, sed tantum in nuptijs incestis de iure civili secundum communem DD. sententiâ Clar. in d. § Incestus vers. quero numquid & alij apud Ricc. in Prax. for. eccles. par. 2. ref. 63.

Tertiò licet committatur etiam incestus cum cognato cognatione legali per adoptionem aut cognatione spiritali per susceptionem in baptismo, vel in confirmatione in ijs gradibus, in quibus dirimitur matrimonium, ut dicit DD. apud Bonacin. de matrim. q. 4. pun. 16. num. 2. tamen in his casibus penæ d. auth. incestus nuptiar, ac prædicta Clem. vn. de Consang. & affin. non habent locum, ut d. glos. in d. Clem. vn. ver. eos Clar. in d. § Incestus vers. item quero Nauar. cons. 3. nu. 3. de Iudic. & cons. 8. num. 6. de Cognat. spirit. & alij communiter.

Quartò dispensatio Summi Põtificis super matrimonio inter consanguineos contracto liberat etiam à penæ temporali, ut desumsum refert Ricc. in Prax. for. eccles. par. 4. ref. 529.

S V M M A R I V M.

- 1 Quid nomine sacrilegij intelligatur.

- 2 Vulnerantes, seu spoliantes mortuorum cadavera sacrilegium committunt.
 3 Hoc crimen est mixti fori.
 4 sacrilegi quavis puniuntur:

C A P. XXXVI.

De Sacrilegio.

Sacrilegij nomine intelligi debet non tantum factum sacrilegium, sed quavis indigna tractatio, seu violatio rei sacre, siue sit persona per fornicationem, stuprum, verberationem: siue loci sacri per seminis, aut sanguinis effusionem, criminosi extractionem, ac denique quavis ecclesie immunitatis violatio, ut d. Layman. in Theol. mor. lib. 4. tr. 9. cap. 2. num. 5.

2 Sacrilegium etiam committunt vulnerantes, aut spoliantes defunctorum cadavera, siue id fiat in loco sacro ut d. Menoch. de Arbitr. cas. 389. per tot. quem refert, & sequitur Ferr. q. mor. par. 1. q. 55. num. 5. siue extra locum sacrum, quo casu quasi sacrilegium dicitur, ut notat glos. in l. 1. ver. crim. C. de sepul. viol.

3 Hoc autem crimen est mixti fori cap. quisquis inuentus 17. q. 4. c. cum sit generale de for. compet. l. 3. ff. ad l. lul. peculat. Ricc. in Praxi Remissionis Delinquent. q. 43. Clar. S. fin. q. 37. vers. ulterius quero Dian. par. 1. tr. 2. ref. 82. Mastril. decis. 68. num. 4. & ita seruari dicit Guid. Pap. decis. 562. nu. 3.

Vnde Iudex ecclesiasticus pu-

nire potest laicos percucientes clericum cap. si quis suadente 17. q. 1. secundo violantes monialem, seu id attentantes l. si quis non dicam C. de Episc. & Cler. Barbof. de off. & pot. Episc. par. 3. all. 107. n. 34. tertio raptores, & inuasores rerum ecclesiasticarum d. c. cum sit generat. ubi glos. de for. compet. d. cap. quisquis inuentus 17. q. 4. quarto occupantes bona, seu iura ecclesie cap. conquestus eod. tit. de for. compet. quinto foeminas, que cum personis ecclesiasticis deliquerint Mastril. d. decis. 68. nu. 4. Barbof. d. par. 3. all. 107. num. 34. Bellett. disquis. Cleric. tit. de fauor. cleric. real. S. 4. num. 12. & seq.

4 Sacrilegi vero poena arbitraria tam de iure ciuili, quam canonico puniuntur d. l. 3. S. mandatis ff. ad l. lul. peculat. Decian. in tract. crim. tom. 2. lib. 6. cap. 33. num. 121. et seq. & precipue num. 38. Menoch. de Arbitr. Iud. lib. 2. casu 289. n. 13. Sperell. decis. 4. num. 5. Vnde furantes re sacram in loco prophano, siue rem prophanam in loco sacro aliquando vitimo supplicio, aliquando ad triremes, vel ad fustigationem condemnantur iuxta facti, & personarum qualitate, ut d. Ricc. in collect. dec. 1865. p. 5. Clerici vero debent deponi, Bonac. relatus in Syntag. com. opin. tit. de sacrilegij crimine cap. vn. vers. sacrilegi debent.

Qui vero vas, vbi continetur, seu reponitur sacratissimum Christi corpus, surripuerint, vel detestanda manu sacram Eucharistiam contrectauerint, morte damnantur Clar. in S. sacrilegium
 B b b b 2 vers.

*vers. sed quaro: immo tales sacri-
legos esse comburendos propter
grauitatem criminis dicunt DD.
quos refert, & sequitur Ricc. in
Prax. for. eccles. par. 3. ref. 409.*

Obserua tamen, quod licet Iu-
dex secularis prauenerit, pote-
rit nihilominus ecclesiasticus pro-
cedere ad pœnas spirituales,
praesertim contra percutientes
clericum *Clar. §. fin. q. 36. vers. que
no quid si per laicum, & alij apud
Bonacin. de legib. disp. 10 q. 2. pun:
1. §. 1. num. 31:*

SVMMARIVM.

1. Violantes sepulchra ab utroque
Iudice, ecclesiastico videlicet &
seculari puniuntur.
2. Item arbitraria pœna plectendi
sunt.
3. Sepulchri violati actio quando
competat.

C A P. XXXVII.

De violatoribus Sepulchrorum.

1.  Oc delictum inter cau-
sas mixti fori nume-
merandum est, ut di-
cit *Farinac. to. 1. q. 20.
num. 124. quem refert, & sequitur
Ferr. q. 1. mor. par. 1. q. 55. n. 9:* vera-
que enim lege puniuntur, ut constat
ex cap. infames 6. q. 1. vbi tales no-
tantur infamia, & ex toto tit. ff.
& C. de Sepul. viol. vbi diuersae
pœnae reperiuntur contra huius-
modi sepulchrorum violatores,
ut notat etiam *Rip. in Tract. de
Pest. tit. de Remed. praeser. n. 115.*

2. Hodiè verò pœna arbitraria
iuxta facti, & personarum quali-
tatem puniuntur *glos. in l. qui se-
pulchra ver. videtur impostum C.
de Sepul. viol. Ferr. loco cit. num. 8.
Clar. §. fin. q. 68. in fin. Menoch. de
Arbitr. Iud. lib. 2. centur. 4. cas. 387.
num. 1. & 15. in fin. Farinac. q. 20.
num. 124. Ricc. in Collect. dec. 559.
par. 2.*

3. Notandum est autem, quod se-
pulchri violati actio non compe-
tit, nisi quando corpora sepul-
turae perpetua tradita sunt: secus
si ad tempus *l. 3. §. non perpetua ff.
de sepul. viol. Menoch. loco cit. n. 24.
& 25. Farinac. d. q. 20. num. 128.*

Secundò non procedit contra
violantes sepulchra eorum, qui
sepulti sunt contra prohibitionem
legis *Grammat. dec. 82. nu. 5. Fa-
rinac. loco cit. nu. 131. & seq. qua-
les sunt primò Vfurarij mani-
festi cap. quamquam de Vfur. in 6.
secundò nominatim interdicti
elem. 1. de sepul. Tertio excommu-
nicati cap. sacris ex. eod. tit. de se-
pult. quod intellige, dammodò
sunt denunciati, vel publici, seu
notorij clericorum percussores
iuxta extrau. Ad euitanda Nau. in
Man. cap. 27. nu. 35: & 36. & alij
communiter. Quartò seipso occi-
dentes c. placuit. 23. q. 5. nisi per-
furorem id fecerint *glos. ibidem in
ver. voluntariè, & in cap. ex parte
ver. non sponte de sepul. non tamè
esset illi deneganda ecclesiastica
sepultura, qui reperitur mortuus
in putro, vel laqueo suspensus, si
non constet, quod se ipsum occi-
derit: quia potuit ab alio inter-
fici c. non asstimemus 23. q. 2. nisi
vehe-**

vehemens præsumptio esset in contrarium *Genens. in Prax. Archiep. cap. 61. num. 16.* immò Ferr. *qq. mor. par. 1. q. 52. num. 10. & seq.* putat, occidentem se ipsum posse sepeliri in loco sacro, si post vulnus per considerabile temporis interuallum vixerit, quia tunc præsumitur decessisse contritus: hoc tamen admittendum nõ est, nisi fortè tunc ostenderit signa contritionis, *ut d. Sylu. in ver. sepultura n. 9. ver. tertio.* quintò notorij peccatores decedentes in ipso notorio mortali, nisi similiter signa contritionis ostenderint *Sylu. loco cit. d. nu. 9.* vbi alios etiã casus enumerat.

Tertiò non habet locum in violentibus sepulchra hostium *l. sepulchra hostium ff. de sepul. viol. Menoch. d. cas. 387. num. 26. Farinacc. d. q. 20. num. 129. & seq.* vbi idem dicit de violentibus sepulchra Bãnitorum nostri temporis, qui reputantur hostes. Ciuitatis.

S V M M A R I V M

1. Qui pijs locis infantes exponunt tam ab ecclesiastico, quam seculari Iudice puniuntur.
2. Qua pœna huiusmodi delinquentes plectantur.
3. A quo infantes expositi sint alendi.
4. An expositi huiusmodi censeantur legitimi.

C A P. XXXVIII.

De ijs, qui pijs locis infantes exponunt.

Hic etiam excessus inter delicta mixti fori numerari potest *per cap. fin. 87. dist. cap. vn. de Infant. Expos. l. necare ff. de liber. agnos. ex quibus iuribus moti nonnulli tenuere, tales tamquam homicidas damnandos esse: alij verò putant, esse fustigandos, atque ita decisum refert Ricc. in Collect. des. 15. 14. par. 5.* sed alij veriùs sentiunt, eos arbitrio Iudicis esse puniendos, siue exponant filios legitimos, siue illegitimos, siue spurios, ita *Menoch. de Arbitr. cas. 396. num. 5. Vulpel. cons. crim. 94. num. 11. idem Ricc. in Prax. for. Eccles. par. 2. ref. 28. quos refert, & sequitur Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 51. num. 144.*

Item Parentes propter crudelitatem huiusmodi, qua vtuntur in filios, ius filiationis amittunt *cap. vn. de Infant. Expos. & ad soluendum impensas, quas Hospitalia, seu alia loca pia fecerunt in eis nutriendis, obligantur, nisi paupertas eos excuset; quia hospitalia huiusmodi ad pauperes tantum subleuandos instituta sunt *Nau. in man. cap. 16. num. 48.**

3. Obserua tamen, quod vbi non extant ad hunc effectum publica hospitalia, Infantes expositi sunt ab Ecclesia, & eius Rectore alendi; sed si Rector Ecclesiæ non esset ita diues, vt ex redditibus Ecclesiæ



eclesie possit eis prestare alimen-
ta, tunc sunt alendi sumptibus
communitatis, seu Vniuersitatis
Theaur. decif. 118. quem refert
Vulp in Prax. iudic. cap. 47. num.
33 Barbof. in cap. vn. num. 4. & 5.
de Infant. exposf.

4. Obserua 2. quod licet Expositi
huiusmodi non sint capaces offi-
ciorum, quae ex aliquo statuto
nobilitatis qualitatem requirunt,
consentur tamen legitimi, ac suc-
cessionum, ordinum, & Dignita-
tum capaces: quia quod aliquis
exponatur, non est sufficiens si-
gnum, quod extra matrimoniū
sit susceptus: cum ob paupertate-
m Parentes proiem suam inter-
dum exponant, ut dicunt DD.
apud Barbof. d. par. 3. all. 51. num.
150. & seq. Dian. par. 4. tr. 2. ref. 58.

S V M M A R I V M:

1. Adulterantes, seu corruppen-
tes stateras, mensuras, aut mo-
netas puniuntur tam à Iudice
ecclesiastico, quam seculari, li-
mitatur num. 2.
2. Refertur decretum Sac. Congr.
in causa Veliterna.
3. Iudex ecclesiasticus potest punire
laicos, qui merces mixtas cū
alia specie ignorante emptore
vendiderint.
4. Qua pœna puniuntur huiusmo-
di delinquentes.
5. Quibus casibus tales delinquen-
tes à pœnis excusentur.

C A P. XXXIX.

De Adulterantibus, seu corrup-
pentibus stateras, mensu-
ras, aut monetas.

1. **H**OC etiam delictum est
mixti fori, quia ab utro-
que iure punitur ex c. 2.
de empt. & ex constitutione Vrba-
ni VIII. incip. In suprema pasto-
rali specula, quam refert Vulp. in
Prax. iudic. cap. 42. nu. 29. Lezan.
in sum. qq. neg. 30. 4. ver. monetarij.
& ex l. pen. ff. ad l. Cor. de fals. nisi
2. stateræ, vel mensuræ huiusmodi
sint ecclesie, vel clericorum,
tunc enim causæ huiusmodi ra-
tione rerum ad ecclesiasticum fo-
rum tantummodò spectant iuxta
cap. si clericus de for. compet. & c.
super quibusdam de Verbor. sign.
& ibi DD. Bellett. in Disquis. Cler.
tit. de fuor. cleric. real. § 5. num. 2.
& seq. ubi dicit, quod quantum
ad priuilegium fori bona clericor-
um gaudent priuilegio, quo gau-
dent bona ecclesiarum. Vnde
3. Sac. Congreg. Eminentiss. Cardina-
lium controuersis iurisdictiona-
libus præpositorum sub. die 12. Ie-
nuary 1649. censuit, mensuras ab-
latas à molendinis ecclesiastico-
rum de ordine Gubernatoris Ci-
uitatis Veliternæ esse restituendas
Curie Episcopali eiusdem Ciuita-
tis, & eandem curiam esse ad eū-
dam super cognitione fraudū in
dictis Molendinis commissarum.
4. Addit Bellac. relatus in Syntag.
opin. comm. tit. de fals. cap. 1. vers. ad
de tamen, & alij apud Bellett. loco
cit.

cit. num. 64. quod Iudex ecclesiasticus potest punire laicos, qui merces mixtas alia eum specie ignorante emptore vendiderint.

Qui verò pondera, aut mensuras falsificant, de iure civili condemnantur in duplum, & in infulam relegantur *d. l. pen. ff. ad l. Corn. de falsi.* radens verò, vel minuens monetam ultimo supplicio damnatur *l. quicumque ff. eod. eademque* pena plectitur falsam monetam scienter expèdens, qua punitur illam scienter adulterās & radens *l. lege cornelia 9. §. eadem pena ff. de falsi. & dicunt DD. apud Barbof. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 5. numer. 64. & seq.* quod intellige, quando expendit nummos plumbeos, vel stanneos, de quibus fit mentio *in d. textu*, alias non incideret *in l. Cornelianam de falsis*, sed punitur extraordinariè, *ut d. Bart. in d. l. lege Cornelia. n. 3. per tex. in l. secularij ff. de extraord. crim. Clar. in §. falsum vers. expendens*: eademque pena extraordinaria punitur qui sciūt aliquem monetā falsam eudere, & non reuelant, *ut d. Ricc. in collect. dec. 172. par. 1.*

Probatum autem ignorantia iuramento dicentis, se ignorasse, quod falsa fuerit moneta, dummodò cōcurrat præsumptio ignorantia pro allegante: secus si adessent præsumptiones vel coniecturae inferentes ad scientiam *Secundum de Priuilegiis. priuileg. num. 136. & alij apud Barbof. loco cit. num. 66.*

Item falsificans monetam Imperatoris punitur pena ignis, &

eius bona omnia fisco addicuntur *l. 2. C. de fals. monet.* falsificans verò monetam Ciuitatis, vel alterius Principis Cæsare inferioris punitur pœna capitali *l. 1. C. eod. tit.* hæc tamen pœna capitalis nō intelligitur de pœna mortis, sed deportationis *secundum communem Doctorum sententiam, ut d. Clar. loco cit. vers. item debet, & decisum refert Ricc. in collect. dec. 172. par. 1.*

De iure autem canonico clerici tam seculares, quam regulares qui aureas, vel argenteas monetas tondere, fabricare colorare, vel alias adulterare, seu etiam quomodolibet adulteratas scienter erogare, aut exponere præsumpserint, præuia degradatione Curia seculari puniendi traduntur: pecunias verò sic ut præferunt adulteratas scienter detinentes, seu de loco ad locum transferentes, aut materiam, instrumenta, siue opem ad præmissa præstantes ad triremes transmittendi sunt, ita seruari iussit Urbanus VIII. in locis in Italia duntaxat existentibus, *prout in d. constit. incip. In suprema pastorali specula.*

Obserua tamen, quod per hanc cōstitutionem nulla Iudici seculari concessa fuit facultas cognoscendi huiusmodi causas contra ecclesiasticos, nisi postquam Iudex ecclesiasticus cōstito de crimine, ac præcedente degradatione eidem seculari Iudici reos puniendos tradiderit, *ut notat Ricc. in Collect. dec. 3312. par. 8. ubi refert, ita fuisse decisum in Curia.*

Ar.

Archiep. Neapol. talem enim causarum cognitionem quoad personas ecclesiasticas tam seculares, quam regulares in prouincijs sedi apostolicę subiectis ad S. R. E. Cardinales in eisdem Prouincijs de latere Legatos, & Prolegatos pro tempore existentes, in alijs verò Prouincijs, Regnis, Ciuitatibus, & locis tam sub dictę sedis, quam cuiusuis alterius Principis ditione in Italia tantum comprehensis priuatiuè quoad omnes etiam Superiores Religiosorum, ipsisque superioribus penitus exclusis, ad ordinarios locorum spectare declarauit idem Summus Pontifex in constitutione supra citata: ex qua inserta Lezan. in Summ. qq. reg. to. 3. per *falsarius* nu. 6. quod extra Italiam possunt Superiores Regulares uti iure suo puniendo subditos in pręmissis delinquentes.

Addit idem Lezan. to. 4. in ver. *Monetarij* nu. 6. quod cum prædicta constitutio solū sit pro Italia, idè iuxta opinionem eorum, qui dicunt, nomine Italię non venire Insulas Sicilię, Sardinia, & Corsicę, poterunt Pręlati Regulares in prædictis Insulis, sicut in alijs orbis terrę partibus religiosos subditos hoc crimen patran-tes punire.

Hoc autem delictum est plene probandum adeò, ut non possit quis ex indubitatis indicijs condemnari *Ricc. in Collect. decis. 172. par. 1.*

¶ Verum supradictę pœnæ locum non habent in vitante monetam reprobatam, seu falsam: quia pœ-

nę contra vitantes monetam debent intelligi de moneta vsuali, & quę expendi potest *Alex. cons. 103. vol. 1. Menoch. de Arbitr. cas. 316. num. 19. cum seq. Surd. decis. 282. num. 18. & alij, quos refert, & sequitur Barbof. de offi. & pot. Ep. par. 3. all. 51. num. 61. & seq. & in terminis dictę constitutionis Urbani dicit Lezan. in Sum. qq. reg. tom. 4. in ver. *Monetarij* nu. 3.*

Secundò neque est puniendus expendens falsam monetam, si doceat, à quo illam habuit, vel si protestetur, quod si esset falsa, sibi restituatur: tunc enim non dicitur expendisse, cum pendeat à futuro euentu, ita *Bellac. relatus in Syntag. opin. commun. to. 1. tit. de Princ. monet. cud. fac. & c. 2. Ricc. in Collect. dec. 172. par. 1. & alij apud Barbof. loco cit. num. 67.*

Tertiò supradictę pœnæ non procedunt contra fabricantes monetam parui valoris, vel tondentes modicam quantitatem *Pegu. decis. 46. Menoch. d. cas. 316. n. 33. & alij, quos refert, & sequitur Barbof. d. all. 51. num. 63.* Vnde expendens monetam parui valoris à pœna ordinaria etiam excusatur *Ricc. in Collect. dec. 2858. par. 7. vbi exemplificat in expendente quinque carolenos.*

Quartò excusatur à prædictis pœnis qui imaginem Cæsaris, aut Principis nondum imprefferat, *Ricc. in Collect. decis. 172. par. 1.*

Quintò Socius huius criminis indicans alterum Socium non punitur *d. l. 1. vbi glo. in ver. immunitatem C. de fals. monet. Ricc. in d. Collect. decis. 172.*

Sextò

Sexto monetam expendens au-
ream defectiuam ratione ligæ,
vel ratione ponderis nullo modo
potest puniri pœna ordinaria, iu-
xta cõmunem opinionem, ut d. Bo-
nacof. relatus in Syntag. opin. com.
d. tit. de Princip. monet. cud. fac. c. 2.
in fin.

S V M M A R I V M.

- 1 Si laicus simul cum clerico delin-
quat, vnusquisque à suo Iudice
de consuetudine punitur.
- 2 Limitatur, quando Iudex ecclē-
siasticus prœuenit in captura
laici.
- 3 Quando censeatur facta prœuen-
tio.

C A P. XL.

Ad quem Iudicem spectet co-
gnitio causæ, quando lai-
cus simul delinquit
cum Clerico.

 Iij putant, laicum ra-
tione cõnexitatis de-
licti in tali casu non
posse ab alio Iudice
puniri, quam ab ec-
clesiastico vti magis digno: Hęc
conclusio probatur ex l. nulli C.
de Iudic. & ex l. qui de crimine
C. de Accus. & ex cap. quanto de
Iud. & ita tenent Socin. Sen. conf.
12. num. 17. vol. 1. Socin. Iun. conf.
34. num. 1. & 2. vol. 2. Marant. in
Specul. aur. par. 4. dist. 11. num. 22.
Paris. conf. 154. num. 1. vol. 4. Lu-
douic. decis. Lucen. 26. numer. 18. &

seq. par. 1. Boff. in tit. de for. compet.
num. 116. & hanc esse magis rece-
ptam d. Menoch. de Arbitr. Iud. lib.
2. cas. 371. nu. 13. Clar. lib. 5. recept.
sent. q. 36. vers. euenit plerumque
Dian. par. 4. tr. 1. res. 7. Scacc. de Iu-
dic. lib. 1. cap. 11. num. 24. & versio-
nem d. Mart. de Iurisd. par. 4. cas.
119. num. 1. quod procedit etiam
si plures laici cum vno Clerico
deliquerint, ut notat Socin. Sen. loc.
cit. & ita Sac Congregatio die
10. Decembris 1591. rescripsit
Commisario Ciuitatis Tusculanę,
vt tam Clericum, quam laicos in-
quisitos de violentia illata cuidã
mulieri remitteret ad Iudicem
ecclesiasticum, ut refert Scacc. loco
cit. Dian. par. 4. tr. 1. res. 7. Vulp. in
Prax. Iudic. cap. 41. num. 5:

Sed contrarium seruatur de
consuetudine, secundum quam
Clericus à Iudice ecclesiastico,
& laicus à seculari punitur, ut d.
Ricc. in Prax. Remiss. Delinquent.
q. 42. in fin. & in Collect. dec. 1511.
par. 5. Crauet. conf. 232. per tot. lib.
3. Couar. pp. qq. cap. 34. num. 1. Ca-
pycius decis. 173. & ibi Add. & de
cõmuni obseruantia testatur Clar.
d. q. 36. vers. euenit plerumq. Vulp.
in Prax. Iudic. cap. 41. numer. 5. &
alij.

Hęc etiam conclusio probatur,
tum quia in delictis socius cri-
minis minime gaudet privilegio so-
cij l. si quis uxori ff. de furt. tum
quia causę delictorum non sunt
indiuidue, sed diuidue: potest
enim vnus ex delinquentibus si-
ne alio puniri, ac similiter potest
Iudex ecclesiasticus clericum, &
secularis laicũ facile punire absq.

Ccc c vlla

vlla vtriusque Iurisdictionis læ-
sione: nihilque prohibet, plures
eiusdem delicti reos accusari co-
ram diuersis iudicibus, & alios
quidem condemnari vno modo,
alios ad aliū modū iudicari, quia
diuersa potest esse eorum causa,
& dispar ratio defensionis, vt no-
tat. Couar. & Crauet. loc. cit.

2. Limita tamen, quando Iudex
Ecclesiasticus præuenerit in ca-
ptura laicorum, qui vna cum Cle-
rico deliquerunt: tunc enim po-
test eos punire, vt d. Farinac. in
Prax. to. 1. q. 8. num. 151. in fin. Ba-
iard. ad Clar. §. fin. q. 36. num. 50.
Sperell. dec. 4. nu. 10. Dian. p. 4. tr. 1.
ref. 7. nisi fortè ageretur de crimi-
ne, quod pœna sanguinis puniē-
dum esset: tunc enim laici remit-
tendi sunt ad iudicem sæcularem. **I**
Ricc. in Prax. Remiss. Delinquent.
q. 42. nu. 18. quod videtur probari
ex cap. in Archiepiscopatu de

Raptor.
3. Dicitur autem facta præuentio,
non tantum si reus captus fuerit
de mandato Iudicis cap. penult. de
for. compet. Grammat. de cis. 30. n. 6.
& 9. Decian. tract. crimin. to. 1. lib.
4. cap. 20. nu. 3. sed etiam si Iudex
fecit alicui præceptum de non
discedendo de aliquo loco, vt di-
cunt DD. quos refert, & sequitur
Bellett. tit. de fauor. Cleric. real. §. 4.
circa princip. vbi idem dicit, quā-
do reus spontè se constituit, puta
si ab vno Iudice citatus noluit co-
rā eo, sed corā altero compare-
re, cum ex eo dicatur execu-
tio personalis: sed cōtraria senten-
tia videtur probabilior, præfer-
tim si id fiat ad effugiendū acrius

iudiciū, ita Boss. in tit. de for. cōpet.
n. 98. Farinac. cons. 134. n. 2. vol. 2.

SVM MARIVM.

1. Iniuste carcerati licitè possunt
aufugere.
2. Quiliter puniantur aufugientes
e carceribus, quando iuste deti-
nentur.
3. Eximens aliquem de manibus
familie qua pœna plectendus
sit.
4. Cardinales S.R.E. quando pos-
sint reum ab ultimo supplicio li-
berare.

C A P. XLI.

De pœna frangentium Carceres,
vel inde fugientium.



IC non loquimur de
iniuste carceratis, qui
licitè possunt aufuge-
re, etiam cum fra-
gione carceris, vt est
communis DD. sententia, neque
tenentur redire ad carceres, etiā
si iurassent, se redituros, vt d. glos.
comm. recepta in Clem. pastoralis
ver. per violentam de sent. & re-
Iud.

2. Supposito igitur, quod carce-
ratio sit iusta, quæritur, qua pœ-
na huiusmodi rei puniatur? Resp.
quod si huiusmodi carcerati cō-
spirauerint de frangendo, & au-
fugiendo re adhuc non deducta
ad effectum; tunc habentur pro
confessis, & conuictis itā, vt pos-
sint de iuris rigore condemnari
in pœnā ordinariam illius delicti,
de quo imputabantur secundum
glos. & DD. in l. in eos ff. de custod.
& exhib.

& exhib. reor. Clar. in d. fin. q. 21.
 vers. tertio autem modo Boss. in
 tit. de Carcer. num. 5. vel arbitraria
 pœna plectuntur, ut d. Ricc. in
 Collect. decis. 543. par. 3. Et hæc
 sententia æquior est, & in
 praxi seruanda; si verò fracto iam
 carcere aufugiunt, capite puniun-
 tur l. 1. ff. de Effra. Fo. ubi etiam di-
 citur, mitius esse agendam cum
 ijs, qui custodis negligentia eua-
 serunt. quod quidem intelligen-
 dum est, si aufugiunt ex carcere
 publico, secus si ex priuato, aut
 ex ciuitate, vel domo pro carce-
 re assignata Boss. & Clar. locis ci-
 tatis & alij communiter. non
 Obseruat tamen Clar. ubi supra d.
 vers. tertio autem modo, quod huius-
 modi pœna in praxi non seruan-
 tur, nisi contra contumaces;
 nam si quis post fugam captus sit,
 vel sponte reuertatur, non solet
 propter solâ fugâ e carcere ta-
 lis condemnari, sed tantum gra-
 uius torqueri. immò si quis præ-
 sita fideiussione de non disce-
 dendo de aliquo loco sub certa
 pœna, ex eodem loco discesserit,
 & postea die sequenti reuersus
 fuerit, non potest exigi pœna
 contra fideiussorem; quia recedens
 e carcere non dicitur recessisse
 se animo fugiendi, sed reuertendi,
 si citò reuersus est Ricc. in
 Prax. for. Eccles. par. 1. res. 33. 1. ubi
 citat Carrer. in Pract. crimin. d. 3.
 num. 20. Farinac. in tit. de Carcer.
 q. 30. num. 77. Herculan. in tract.
 de caution. de non offend. c. 50. nu-
 17. Roman. conf. 193. Osa. de. 50.
 num. 1. & alios, & hanc esse com-
 munem testatur Clar. loco cit. d. q.

21. vers. tertio autem modo, in
 fin.

Item in foro Ecclesiastico tales
 arbitraria pœna puniuntur, ut di-
 cunt DD. quos refert, & sequitur
 Dian. par. 4. tr. 7. res. 15. ubi etiam
 notat, quod si detinebantur in
 carcere pro crimine hæresis, ex
 tali fuga resultat non solum indi-
 cium ad torturam, sed ex tali in-
 dicio cum alijs adiuncto possunt
 citari ad comparandum, atque
 etiam condemnari, si non com-
 paruerint.

3. Quæres, qua pœna sit punien-
 dus eximens aliquem e manibus
 familiæ, seu satellitum ab ipsis
 captum? Resp. quod si exemit
 captum pro debito ciuili, seu pri-
 uato, arbitrio Iudicis punitur
 l. quoties, ibi, coerceatur C. de exa-
 ctor. Tribus. lib. 10. & ultra tenetur
 parti ad damna, & interesse
 Guid. Pap. dec. 579. num. 1. & seq.
 Ricc. in Collect. dec. 586. par. 3. &
 dec. 1514. var. 5.

Addit Bart. in d. l. quoties, quod
 tenetur etiam ad id, quod parti
 debebatur per dictum textum, ibi,
 ac totius summa exactionem in
 se suscipiat. si verò exemerit reū
 captum pro causa criminali, vel
 detentum in carceribus, quando
 iam erat condemnatus, vel con-
 demnandus, quia aut erat con-
 fessus, vel conuictus de crimi-
 ne, & tunc incidit in crimen læsæ
 maiestatis l. cuiusque versus fin. ff.
 ad l. l. Maiest. l. addictos C. de
 Episc. aud. secus esset, si quis hoc
 faceret, antequam reus fuisset
 confessus, vel condemnatus, tunc
 enim pœna d. l. cuiusque non
 Cccc 2 suby-

subycitur, sed tenetur pro reo, ac si eo nomine in omnem casum fideiussisset. *Secundum Add. ad Guid. Pap. d. dec. 579. lit. B. vel arbitraria pœna punitur Ricc. in d. collect. dec. 543. par. 3.*

- 4 Notandum est autem, quod Cardinales habent ex consuetudine privilegium, quod si obuiant alicui reo ducto ad supplicium, possunt mittendo suum pileum, illum à morte liberare, *ut d. Saly. in l. addictos in fin. C. de Episc. aud. quem refert, & sequitur Add. ad Guid. Pap. dec. 579. lit. c. Reusner. dec. 89. apud Ricc. in Collect. dec. 184. par. 5.*

S V M M A R I V M.

- 1 Iudex ecclesiasticus etiam contra reos præuentos à Iudice seculari potest procedere ad spirituales pœnas.
- 2 Si Iudex ecclesiasticus, vel secularis reum condemnauit, vel absoluit, non potest idem reus amplius molestari, & limitatur *num. 3. & 4.*

C A P. XLII.

An punitus, vel absolutus in vno foro possit in alio pro eodem delicto molestari.

- 1 **N**on loquimur de excommunicatione alijque pœnis spiritualibus, ad quas Iudex ecclesiasticus procedere semper potest, etiamsi Iudex secularis reis imponeret pœ-

nam delicto condignâ, *ut d. Bard. in l. placet num. 6. & 7. C. de sacros. eccles. Afflict. decis. 219. num. 4. & seq. Baiard. ad Clar. S. fin. q. 36. num. 50. Bellett. Disquis. cleric. tit. de fauor. cleric. real. S. ult. num. 106. Antonin. var. resol. lib. 3. resol. 38. nu. 7. quia pœna censurarum est prorsus diuersa, & separata à pœnis iuris ciuilibus. Abb. in cap. tunc nu. 5. de Procur. Roland. cons. 12. num. 17. c. seq. vol. 2. Farinac. de Inquis. q. 4. n. 7. & seq. Bellett. loco cit. nu. 106. vel quia huiusmodi pœnæ spirituales sunt potius medicinales, quam afflictiuæ, & idè in hoc proposito non sunt inter pœnas connumerationis, *ut d. Clar. S. fin. q. 57. vers. sed quero in fin.* Hinc potest Iudex laicus adhuc reum punire, etiamsi ecclesiasticus ad pœnas spirituales processerit, cum huiusmodi pœnæ potius ad animæ salutem, quam ad corporis afflictionem imponantur. *Clar. loco cit. Farinac. d. q. 4. num. 8. Scacc. de Iudic. lib. 1. cap. 12. nu. 91. in princip. Layman. in: theol. mor. lib. 4. tract. 9. cap. 2. num. 6. Ricc. in Prax. Remiss. Delinquen. quest. 20. num. 11.**

- 2 Quoad ceteras verò pœnas regula est, quod si Iudex ecclesiasticus, vel secularis reum condemnauit, vel absoluit, non potest idem reus amplius molestari: sed sententia prædicta parit exceptionem rei iudicate in alio foro: alias præuentio esset omninò inutilis. *Couar. lib. 2. var. resol. cap. 10. sub n. 6. vers. vnde c. m. Farinac. de Inquis. q. 4. sub. num. 11. qui testantur de communi Scacc. de Iudic. lib. 1. c. 12. num. 21. & seq. Ferr. qq. mor. p. 7. q. 107.*

q. 107. Dian. par. 1. tra. 2. ref. 108.

& par. 4. tr. 1. ref. 61:

Idemque dicendum, si reus se composuit cum fisco: compositio enim succedit loco pœne, ut post Farinac. d. Loccatell. de quæst. Iud. insp. 5. num. 171. vel si gratiam à Principe obtinuit iuxta tex. in l. fin. C. de Gener. Abolit. l. 1. & seq. C. de sent. pass. & hoc præcipue locum habet, quando delictum punitur varijs pœnis: tunc enim semel punitus mitiori pœna nõ potest alia maiori puniri Ricc. in collect. decis. 1905. par. 5. ubi citat Thesaur. dec. l. Boer. dec. 83. & 170. Gramat. dec. 17. 25. & 96. Franc. Marc. dec. 503. 338. & 779. Afflict. dec. 287. Capyc. decis. 155.

3. Limita, quando pro delicto fuisset imponenda pœna, quæ à Iudice ecclesiastico imponi non poterat, qualis est pœna sanguinis: tunc enim Iudex secularis minus bene punitum poterit punire, etiam pœna capitali cap. Felicis § per hoc quoque de Pœn. in 6. cap. in Archiepiscopatu ex. de Raptor. & notatur per DD. in in c. de His de Accusat. & per Boss. in tit. de for. cõ. pet. num. 147. expedit enim Reip. nõ delicta remaneant impunita l. ita Vulneratus ff. ad l. Aquil. quod procedit, etiam si à Iudice ecclesiastico fuerit corporali pœna punitus secundum Marant. de ord. Iudic. par. 6. tit. de Inquisition. num. 101. Ricc. in Prax. remiss. Delinquent. q. 20. num. 7. in fin. subdit tamen idem Marant. ibidem, quod hoc arbitrio Iudicis remittitur, qui potest etiam pœnam mortis mitigare attenta qualitate deli-

cti, personæ, loci, & temporis. præsertim si reus condigna pœna punitus fuerit, etiam si minor esset illa, quæ secundum leges imponi debuisset, ut d. Farinac. de Inquis. q. 4. num. 11. Aretin. conf. 58. nu. 12. Scacc. de Iudic. lib. 1. c. 12. num. 51. si verò pro eodem delicto pœna tantum pecuniaria imponitur, & in prima sententia, fuit condemnatus in summa minori, in secunda condemnandus esset in tantum, in quantum fuit omissum in prima; si tamen secunda pœna esset corporalis, tunc pecunia si est soluta, restituitur: si non est soluta, non soluetur: sed reus solam pœnam subibit corporalem, Bart. communiter receptus in l. Senatus num. 5. ff. de Accusat. si verò utraque pœna esset corporalis, ut si pro secunda accusatione veniret amputanda manus, & pro prima fuerit fustigatus, tunc quia prima executio non potest restitui, reus non punietur in corpus ulterius: sed si illa pœna corporalis prius irrogata fuit nimis lenis attenta qualitate delicti, Iudex posset commutare secundam pœnam corporalem in pecuniariam, ut delinquens remaneat sufficienter punitus, ut d. Marant. loco cit. num. 100. Ricc. in Prax. Remiss. Delinquent. d. q. 20.

Idem dicendum est respectu Iudicis Ecclesiastici, qui in criminibus mixti fori potest iterum Delinquentem punire, si insufficienter à Iudice seculari punitus fuit Diana par. 1. tr. 2. ref. 108. Ricc. d. q. 20. num. 8.

4. Limita 2. quando reus absolutus fuit

fuit ex hæcenus deductis, quia tunc poterit adhuc inquiri, & molestari superuenientibus nouis iudicijs, ut tenent DD. quos refert & sequitur Locatell. de Quest. Iudic. in sp. 5. nu. 166. & 167. vbi etiã dicit, quod terminus, in quo deduci possunt noua iudicia contra reum, est decem annorum inter presentes, & 20. inter absentes.

Obserua tamen, quod quando causa fuit bene discussa, tunc etiã superuenientibus nouis iudicijs, aut probationibus absolutoria sententia in dubium amplius non retractatur Ricc. in Collect. decis. 3522. par. 8. vbi citat Balb. dec. 70.

SVMMARIUM.

- 1 Clericus, siue Episcopus habens iurisdictionem temporalem potest causas sanguinis delegare.
- 2 In causis ad forum ecclesiasticum spectantibus Episcopus non potest delegare huiusmodi causas.
- 3 Episcopus, vel alius Iudex ecclesiasticus remittens laicos inquisitos de homicidio ad Iudicem secularem an irregularitatem incurrat.
- 4 Quis fuit causa, cur reus caperetur, irregularitatem incurrit sequuta morte, vel mutilatione.



CAP. XLIII.

An Clericus, siue Episcopus possit causas sanguinis delegare.



Deo. I. quod Clericus, siue Prælatus habens iurisdictionem temporalem siue ratione Episcopatus, siue ratione patrimonij potest tales causas in genere, & etiam casum particularem laico delegare, ut inquirat, & iustitiã faciat: nec efficitur irregularis, si officialis ad pœnam sãguinis processerit cap. fin. Ne Cler. vel mon. in 6. Sylu. in ver. homicidium 3. nu. 7. Bellet. in Disquis. cleric. tit. de Disciplin. cleric. §. 5. num. 135. Maiol. de Irregul. lib. 2. cap. 6. nu. 11. Sayr. in Clau. reg. lib. 7. cap. 11. numer. 3. Bonacin. de Censur. disp. 7. q. 4. pun. 1. numer. 28. & seq. Dian. par. 4. tr. 2. ref. 78. Sperell. dec. 86. nu. 15. Fusc. de visit. lib. 1. cap. 32. num. 5. vbi etiam dicit, quod non debet committere per clericum, sed per laicum, vel per se ipsum per textum in cap. sententiam Ne Cler. vel mon. ibi, nec quisquam Clericus litteras dicet, aut scribat pro vindicta sanguinis destinandas.

Nequit tamen Prælatus in tali casu mandare, punitionem faciendam per mortem, vel mutilationem, ut d. Bonacin. loco cit. nu. 29. immo cauere debet, ne propter suam responsionem indirectam iudex delegatus intelligat, quod reum debeat morte, aut mutilatione punire: quia si ex tali responsione reus occideretur, vel

mu.

mutilare tur, esset irregularis o. bis
 à quibus 23. q. 8. Sylu. in ver. Ho-
 micidium 3. num. 7. & ideo si in-
 ter, ogerur à suis Prætoribus, siue
 officialibus in particulari casu, po-
 terit respondere, quod faciant,
 prout leges statuunt, vel quod Pe-
 ritos consulant, ut d. Bonacin. ubi
 supra num. 30. & alij. similem ir-
 regularitatem incurreret, si san-
 guinis vindictæ esset præsens, quia
 in tali casu videtur præstare opẽ
 & auctoritatem cap. ex litteris de
 excess. Prælat. Bellef. loco cit. n. 136.
 Maiol. de Irregulib. 2. cap. 6. nu-
 mero 12.

2 Dico 2. quod in causis ad spiri-
 tualem iurisdictionem, & forum
 ecclesiasticum pertinentibus Epi-
 scopus, sicut non potest senten-
 tiam sanguinis per se dicere cap.
 in Archiepiscopatu de Raptor. alias
 efficitur irregularis, & deponitur
 cap. clericis. & cap. sententiam.
 Ne Cler. vel mon. Sayr. de Censur.
 lib. 6. cap. 6. num. 4. Bellef. Disquis.
 Cleric. tit. de Disciplin. cleric. §. 5. r. 3.
 ita neq; per aliũ ab ipso delega-
 tum, ut in specie tradit Henric.
 Boich. in d. clericis sub n. 3. vers.
 aut committendo Farinac. in frag.
 crimin. ver. clericus n. 370. Sperell.
 dec. 86. num. 17. & ideo in causis
 huiusmodi, in quibus pœna san-
 guinis imponenda venit, Iudex
 ecclesiasticus, vel summum Pon-
 tificem consulat, vel reum puniat
 pœna triremium, fustigationis,
 carcerum, exilij, & alijs, quas ius
 Canonicum admittit, ut d. Ge-
 nuens. in Prax. Archiep. cap. 18. nu.
 12. in fin.

Contrarium tenet Rip. in cap.

decernimus num. 44. de Iudic. Ca-
 rol. de Grass. de effect. cleric. eff. 1. n.
 565. Barbos. de offic. & pot. Episc. p.
 3. all. 108. nu. 5. vers. limita. 2. qui di-
 cunt, Episcopum in tali casu pos-
 se, ac debere huiusmodi causas
 sanguinis laicis delegare.

Nullam tamen irregularitatem
 incurreret Iudex ecclesiasticus
 remittens ad secularẽ Iudicẽ lai-
 cos inquisitos de homicidio, vel
 alio graui delicto, quod meretur
 pœnam sanguinis in ijs casibus, in
 quibus potest contra laicos pro-
 cedere, vel auctoritate ordinaria,
 vt si delictum huiusmodi cũ cle-
 rico commiserint, vel delegata.
 iuxta text. in cap. In Archiepisco-
 patu de Raptor.

Secus esset, si delictum ad forũ
 ecclesiasticum non spectaret, pu-
 ta si Iudex ecclesiasticus seculari
 iudici traderet laicum homicidã,
 qui non sit de foro ecclesiæ nec
 ratione personæ, nec ratione cri-
 minis, nec alio respectu: nam si
 postea Iudex secularis pœnam
 sanguinis, vel mutilationis impo-
 fuerit, ecclesiasticus fieret irre-
 gularis Farinac. in fragm. crimin.
 ver. clericus nu. 382. Sperell. decis.
 86. num. 18. quibus adde Nau. in
 man. cap. 27. num. 217. Bonacin. de
 Censur. disp. 7. q. 4. pun. 1. num. 19.
 ubi dicunt, eum, qui Satellitibus
 directè, vel indirectè indicando
 Delinquentẽ fuit causa, car reus
 caperetur, irregularitatem incur-
 rere sequita similiter morte, vel
 mutilatione, quia censetur coo-
 perator mortis.

- S V M M A R I V M.**
- 1 Tortura est Iudici arbitraria.
- 2 Antequam Iudex ad torturam procedat constare debet de corpore delicti, limitatur num. 3.
- 4 Item requiritur, quod delictum sit graue, & quod pro tali delicto imponatur poena corporalis.
- 5 Quid si imponatur poena excommunicationis, vel depositionis.
- 6 Ad torturam requiruntur indicia legitime probata.
- 7 Item precedere debet formatio Inquisitionis, litis contestatio: repetitio testium, & publicatio processus.
- 8 Item Iudex dare debet terminū reo ad se defendendum cum copia indiciorum.
- 9 Reus eo die, quo aliquid comedit, vel bibit, torqueri non debet, nisi post nouem, vel decem horas.
- 10 Ita tortura inferenda est, ut reus saluus sit innocentiae, vel supplicio.
- 11 Quae tormentorum genera hodie sint in usu.
- 12 Tortura inferri non debet, nisi quando veritas aliunde haberi non potest.
- 13 An possit Iudex reum conuictū torquere.
- 14 Quae persona torqueri non debeant.
- 15 Quando tortura inferri non potest, Iudex procedere debet ad ulteriora in expeditione causae.
- 16 Quid si reus torquetur, & in tormentis fatetur.
- 17 Et quid si in tormentis fatetur.
- 18 Quando confessio rei sit nulla.
- 19 Reus sponte confessus absque alia ratificatione damnatur.
- 20 An Reus in criminalibus possit appellare.
- 21 Quando Iudex possit torturam repetere.
- 22 Tortura non est repetenda ultra tertiam vicem.
- 23 Tormentum vigiliae nunquam est repetendum, ibidem.
- 24 Quid si reus iterum positus in tormentis consteatur, & deinde in ratificatione iterum neget.
- 25 Ante repetitionem danda est reo copia indiciorum.
- 26 In tormento finis non potest reus detineri ultra horam.
- 27 In tormento vigiliae potest reus detineri longiori tempore.
- 28 Reus torqueri debet tribus diebus separatim.
- 29 An possit Iudex diuidere torturam.
- 30 Si reus debilis sit, & delicatus vel in tormentis defecerit, tortura non repetitur.
- 31 Testes inhabiles, vel à iure non probati non probant sine tortura.
- 32 Inhabilitas proueniens ex causa inimicitiae non purgatur per torturam.
- 33 Testes inhabiles qui sint.
- 34 Si plures sint testes inhabiles, non omnes torquendi sunt, sed duo, vel tres.
- 35 A quo sit inchoanda tortura.
- 36 Quando testes inhabiles torqueantur.
- 37 Quando credatur satellitibus.
- 38 An ad torturam testis inhabilis requirantur indicia.

- 38 Quinam veniant sub nomine
viliū personarum.
- 39 An testes inhabiles sufficiant ad
condemnandum reum pœna or-
dinaria.
- 40 Quando testis torquetur uti va-
rius, regulariter statur ultimo
dicto: limitatur num. 41. 42. 43.
44. 45. & 46.
- 47 Index torquere potest testem re-
cisantem dicere de veritate, Item
potest torquere reum nolentem
respondere. *ibidem*.
- 48 Quando testis in tali casu tortu-
re subijciendus sit.
- 49 Clerici, nobiles, & alij in digni-
tate constituti etiam verisimili-
ter informati non torquentur.

CAP. XLIV.

De Quætionibus, seu tortura.

§ I.

Quando Index possit reum
subycere torture.

- 1 **T**orturam esse Iudici
arbitrariam constat
ex l. quætionis modū
ff. de Quæst. & dicit
Clar. in Pract. cri-
min. §. fin. q. 64. vers. nunc de gra-
dibus, & vers. ultimo viden-
dum Loccatell. de Quætion. Iudic.
insp. 4. num. 50. & 54. & alij.
- 2 Notandum tamen est, quod an-
tequam Index ad torturam pro-
cedat, constare debet de corpo-
re delicti l. 1. §. item illud ff. ad Syl-
lan. Loccatell. loco cit. num. 4. Clar.

diq. 64. vers. debet autem, & alij co-
muniter.

3 Limita in crimine falsi, furti,
hæresis, adulterij, & in alijs, quæ
sunt difficilis probationis Gabr.
commun. conclus. l. 7. concl. 17. per
tot. Rice. in Prax. for. Eccles. par. 2.
ref. 324. Loccatell. d. insp. 5. num. 6.
idem dicendum, si Dominus non
compareat, neque reperiatur;
tunc enim serui torquentur, quia
presumitur ab illis interfectus,
etiamsi aliunde non constet de
occiso iuxta l. & si certus §. si
vnus ex Dominis ff. ad Syllan. cu-
ius dispositio procedit etiam in
libero homine: & ideo si socius
itineris non reperitur, consocius
torquetur concurrentibus tamen
alijs adminiculis, & presumpcio-
nibus, ex quibus presumatur ab
eo occisus, etiamsi de corpore
delicti non constet: & si fateatur,
condemnatur Clar. in §. fin. q. 4.
vers. quando verò, & alij, quos re-
fert, & sequitur Loccatell. d. insp. 5.
num. 288. verum quia tunc agitur
de magno præiudicio, mors de-
bet plenè, & concludenter pro-
bari per testes de visa, nec suffi-
cerent testes de fama publica, aut
de auditu alieno Bart. in l. 2. §. si
dubitetur nu. 2. ff. Quem test. aper.
& alij apud Loccatell. loco cit. nu.
289. vbi etiam dicit, quod ante-
quam in tali casu procedatur, ar-
bitrio Iudicis datur terminus ad
perquirendum eum, qui ignora-
tur, vbi sit, inspecta personæ, &
locorum qualitate, interim ta-
men cogendi sunt imputati de
homicidio ad præstandam fide-
iussionem de se representanda
Dddd toties

tories quoties. &c. licet de cada-
uere non appareat, *ut d. Clar. d.*
q. 4. v. quando verò *in c. 1.*
Addit Ricc. in *Collect. dec. 730.*
par. 3. quod etiam in crimine
Assassinij ad torturam deuenitur,
etiã si non constet de corpore
delicti.

4. Secundo requiritur, quod deli-
ctum sit graue *Gandin. de Malef.*
tit. de Quæstion. num. 2. Boss. tit. de
Indic. & consid. c. 2. num. 92. in
leuibus enim delictis, omittitur
tortura, alias reus ex modo pro-
bandi grauius puniretur, quam
ex modo condemnandi *Loccatell.*
d. insp. 5. num. 2. & 287. Lexan. in
sum. 10. 4. ver. fortuna Regularium
num. 6. nisi fortè reus esset per-
sona vilis, quia tunc etiam pro
leuibus delictis tortura infertur
secundum *Paul. Grillan. in tract.*
de Quæstion. q. 5. num. 5. & 6. Loc-
catell. num. 15. & ita seruari dicit
Ricc. in Collect. dec. 2263. par. 6.

Item requiritur, quod pro tali
delicto imponatur pœna corpo-
ralis *Clar. d. q. 64. vers. præterea.*
Loccatell. ubi supra num. 11. Ricc.
in Prax. par. 2. ref. 414. & ideo ubi
venit imponenda pœna pecunia-
ria, vel exilij, vel relegationis
ad tempus, non est locus torture;
quod etiam procedit, quando
pro delicto pœna arbitrio Iudicis
imponitur: quia etiam in arbi-
trarijs non infertur tortura, ubi
verisimiliter boni viri arbitrio ex
consuetudine, & ex delicti, ac
personarum qualitate pœna venit
arbitranda pecuniaria, & non cor-
poralis, *Ricc. in Prax. v. supra*
par. 2. d. ref. 414. ubi citat Bald. in l.

nullus C. de exhib. reis. Cirill. de
Relaxat. Carcerat. tit. de fideiuss.
reor. num. 11. Farinad. de Carcer.
& carcerat. q. 33. num. 54.

Obseruat tamen idem Ricc. in
Collect. dec. 2268. par. 6. quod tor-
tura inferri potest etiam pro re-
pecuniaria, si habeat crimen
annexum, ac proxima præcedat
indicia, & veritas aliter haberi
non possit.

5. In delictis quoque ecclesiasti-
cis, in quibus imponitur pœna ex-
communicationis, ad torturam
procedi potest: quia excommu-
nicatio reputatur pœna capitalis,
cum separet animam à gratia
Dei, qui est vita animarum *Vulp.*
in Prax. iudic. cap. 46. num. 13. sed
hoc casu tortura debet esse leuis,
ut d. Loccatell. d. insp. 5. num. 19. &
287. idemque dicendum, quando
imponitur pœna depositionis, quia
tunc reputatur graue, illud deli-
ctum, pro quo imponitur: secus
si infligatur pœna suspensionis,
quia hæc exilio ad tempus com-
paratur. *Ricc. in Prax. for. eccles.*
par. 2. ref. 414.

6. Tertio adesse debent contra re-
um indicia legitimè probata, &
ad torturam sufficientia: quod Iu-
dicis arbitrio relinquatur *Boss. d.*
tit. de Indic. & consider. numer. 30.
Gandin. d. tit. de Quæstion. nu. 13.
Clar. ubi supra vers. dixi quoque
& vers. debet igitur Bonifac. de
Vitalin. in tract. de Malef. rubr.
Quæ indic. deb. præced. torm. num. 1
& seq. Loccatell. d. insp. 5. nu. 7. hu-
iusmodi verò indicia debent esse
propinqua, & vrgentia, nõ autem
remota, & leuia *Ricc. in Collect.*
dec.

dec. 2263. par. 6. tunc autem indicia continentur sufficientia, si ad sit saltem semiplena probatio, ut dicitur DD. quos refert, & sequitur Dian. par. 4. tr. 6. ref. 6. & 7. vel si talia sint, ut sola confessio deesse videatur l. 1. ff. de Quæstion. Gaudin. d. tit. de Quæst. num. 3. Bald. de Perigl. in tr. de Quæst. cap. 1. nu. 2. in fin.

In dubio autem ad torturam non est deveniendum Clar. d. q. 64. vers. hoc autem. idemque dicendum est, quando indicia profisco eliduntur per indicia Inquisiti Guaz. to. 2. lib. 1. defens. 30. in 4. num. 23. quem refert. Dian. par. 4. tr. 6. ref. 2. luerf. & tandem, & est communis opinio.

Observa tamen, quod licet Reus possit torqueri ex dicto vniustestis omni exceptione maioris deponentis de delicto iuxta communem DD. sententiam, id tamen non procederet, si Reus esset bonæ famæ, quia tunc alia etiam indicia essent necessaria, ut sentiunt DD. apud Dian. par. 4. tr. 6. ref. 6. precedentis enim vitæ merita plurimi aestimantur l. 3. §. sed si ex improbitate non omnes §. à Barbaris ff. de ne milit.

7. Quarto præcedere debet formatio Inquisitionis, litis contestatio, repetitio testium parte citata, & publicatio processus; quia à tormentis non est incipiendum l. 4. ff. de Quæst. Boff. d. tit. de Indic. & consider. c. n. 126. Loccatell. d. in sp. 5. num. 21. & seq.

8. Quinto iudex terminum dare debet reo ad se defendendum cū copia indiciorum l. vnus §. cogni

turum, ubi Boff. ff. de Quæst. Gaudin. d. tit. de Quæst. num. 23. Bald. de Perigl. d. tr. de Quæstion. cap. 2. num. 6. siue reus id petat, ut tenet Boff. loc. cit. nu. 79. Bonifac. de V. talin. in rubr. Quæ indic. deb. præced. torm. num. 10. siue non Bald. de Perigl. loco cit. cap. 2. num. 6. & alij apud Loccatell. d. in sp. 5. nu. 37. & seq. Dian. par. 4. tr. 6. ref. 2. ubi etiam obseruat, quod in causa hæresis non publicantur nomina testium, neque aliæ circumstantiæ, ex quibus deueniri possit ad ipsorum testium notitiam ex decreto S. Congreg. Cardinalium die 14. Martij 1566. & tunc non tantum vnus terminus concedendus est, sed tres, & plures Boff. d. tit. de Indic. & consider. num. 80. Loccatell. ubi supra, num. 40. & seq. alias non data copia indiciorum contentia est nulla Ricc. in Collect. decis. 2120. par. 6. Quare utiura sua reus melius deducat, si non habeat aliquem, qui pro eo compareat, Iudex dare illi debet aduocatam iuxta tex. in l. 1. §. ait Praetor ff. de Postul.

Præterea post decretam torturam Iudex expectare debet per decem dies ita, ut nihil possit innovare pendente termino ad appellandum secundum Ricc. in Collect. dec. 2777. par. 5. & decis. 2263. par. 6. ubi dicit, ita seruari in magna Curia V. scariæ: quod procedere potest, quando reus non habuit terminum cum copia indiciorum ad se defendendum: sed si habuit terminum, & suas fecit defensiones, tunc enim si reus indicia non purgauerit, poterit Dddd 2. etiam

etiam non obstante appellacione interposita torqueri, ut dicunt *DE* apud *Loccatell. d. inspect. 5. num. 57.* ubi subdit, quod in dubio debet Iudex supersedere.

Addit *Loccatell. loco cit. nu. 47.* quod etiam in alijs criminibus prater haresim non publicantur nomina testium, quando reus est potens, & periculum imminet, ne testes offendantur: unde in tali casu inolevit practica, quod dentur nomina testium confusa, & separata a dictis testium, ne reus sciat id, quod a quolibet eorum dictum fuerit.

9 His adde, quod reus eo die, quo aliquid comederit, vel biberit, torqueri non debet, nisi post novem, vel decem horas, *Clar. in 9. fm. q. 64. vers. decreta tortura,* ubi dicit, quod ita communiter servatur; alij tamen censent, satis esse, si post sumptione cibi, vel potus octo, vel etiam sex, aut quinq; horae effluxerint, ut d. *Farinac. & alij apud Loccatell. d. Insp. 5. nu. 74.* sed a communi practica non est recedendum,

10 Notandum secundo, quod ita tortura inferenda est, ut reus saluus sit innocentia, vel supplicio iuxta textum in l. *questionis modis ff. de Question. & ideo dum reus est in tormētis, Iudex debet semper assistere* *Dian. p. 4. tr. 6. ref. 17. Loccatell. d. inspect. 5. numer. 104. ubi citat Menoch. de Arbitr. cas. 340. numer. 13. lib. 2. & Farinat. q. 37. num. 143.* unde reus torqueri non debet novis, aut exquisitis modis, sed tantum consuetis, & a iure approbatis, quale est tormē-

tum funis, de quo in *l. nullus, ubi glos. G. ad l. Ful. maie ff. Clar. d. q. 62. vers. item debet Boff. in tit. de Tortur. n. 13. & 40.* ubi etiam dicunt, quod si reus non potest propter debilitatem, vel aliam causam, sine torqueri, torquetur igne apposito ad plantas pedum: subditq. *Clar. loco cit.* quod extra hos duos modos reus in statu Mediolani non torquetur, *Ordub. n.*

11 Sed apud nos in statu ecclesiastico quatuor tormentorum genera sunt in usu: videlicet tormentum funis: tormentum vigiliae, quod frequentatur in atrocissimis delictis concurrentibus urgentissimis indicijs: tormentum taxillorum, quo utuntur Iudices, quando reus torqueri non potest tormento funis: & tormentum sybillorum, quod infertur regulariter mulieribus, senibus, ac minoribus, qui ratione sexus, vel aetatis tormento funis applicari nequeunt, ut post *Farinac. & alios notat Loccatell. de quest. Indic. insp. 1. num. 47. & 37. cum seq.*

12 Notandum 3. quod cum tortura sit remedium subsidiarium, ideo inferri non debet, nisi quando veritas aliunde haberi non potest, *l. edictum l. Duvius Pius ff. de Quest. l. quoties C. eod. tit. Gandin. d. tit. de Quest. numer. 1. & 11. Dian. p. 4. tr. 6. ref. 1. Ricc. in Collect. decis. 263. var. 6. & alij communiter.* unde si extant probationes, ex quibus reus convincitur, a tortura abstinendum est *Boff. tit. de Indic. & consider. nu. 129. Ricc. in Collect. dec. 730. par. 3. & commu-*

mem dicit Clar. d. q. 64. vers. debet
etiam Lezan. in Sum. 10. 3. in ver.
tortura nu. 5. Loccatell. d. in sp. 5. n.
52. & 263. cum seq. sed condem-
nari potest reus, etiamsi delictum
non confiteatur, ut desisum re-
fert Ricc. in Collect. decis. 2263. p. 6.

13 Quare non possunt Iudices reū
conuictum torquere eo sine, ut
delictum ore proprio fateatur, ne
per appellationem sententia su-
pendatur: hæc enim praxis peri-
culosa semper mihi visa est, illam-
que rejiciunt Ludouic. dec. Lucen.
23. Garz. dec. 40. quos refert idem
Ricc. in d. collect. decis. 2263. par. 6.
ex ea enim sequitur, quod qui
conuictus est, quique vna vice pu-
niri deberet, bis puniatur, ut re-
fere notat Boss. loco cit.

Observant tamen Doctores, quod
reus etiam sufficienter conuictus,
vel confessus in atrocioribus cri-
minibus torqueri potest super so-
cijs, & super alijs criminibus, etiā
si de ijs indicia non extant, præ-
missa protestatione, sine præiudi-
cio conuicti, vel confessi criminis,
vel si est condemnatus, sine præiudi-
cio condemnationis, & hanc esse
communem obseruantiam dicit Gar-
din. d. tit. de question. nu. 19. Clar.
d. q. 64. vers. veritas est Gramat. dec.
34. num. 34. Bald. de Perigl. loco cit.
cap. 2. num. 5. Boss. d. tit. de Indic. &
confid. num. 137. & 156. quibus ad-
de Ricc. in col. eccl. decis. 1568. par. 5.
ubi dicit, quod reus tortus super
homicidio potest interrogari de
furto, etiamsi non extant indicia,
ac puniri etiam pœna ordinaria,
si aliud delictum fateatur.

Verum hæc praxis procedere po-

test vel quoad hereticos, qui ex
stilo Romanæ, & vniuersalis In-
quisitionis etiam sine vilo indicio
complicum torquentur super cō-
plicitibus ex decreto Pij V. apud
Dian. par. 4. tr. 6. ref. 27. vers. notan-
dum est tamen: vel quoad falsifi-
cantes monetam iuxta l. 1. C. de
fals. monet. vel quoad alios reos dif-
famatos, quod alia crimina com-
miserint, quales sunt latrones fa-
mosi, viarum grassatores, ac pu-
blici Assassini: non autem quoad
alios delinquentes simplices, qui
si capti sint pro vno crimine, de
alijs, de quibus indicia non ex-
tant, interrogari non debent, ut
d. Loccatell. d. in sp. 5. num. 237. Bo-
nifac. de Vitalin. de Malefic. in
rubr. que indic. deb. præc. tormen. n.
7. & desisum refert idem Ricc. in
collect. decis. 2263. par. 6. & tunc tor-
tura debet esse moderata, nec ex-
cedere debet mediam horam, ut
cum Farinac. Guazz. & alijs dicit
Loccatell. d. in sp. 5. num. 222.

14 Notandum 4. quod Doctores,
& Advocati, Equites, Doctores
militum, alięque personę nobi-
les, vel in dignitate constitutę, mi-
nores 14. annis, senes, ac mulie-
res regulariter non torquentur,
nullus C. ad l. Iul. maiest. Ricc. in
collect. decis. 129. p. 1. & decis. 1862.
par. 5. & communem dicit Clar. in
S. fin. q. 64. vers. quæro, an Doctores
& vers. seq. Boss. in tit. de Indic. &
confid. nu. 110. & seq. Bald. de
Perigl. in tract. de quest. cap. 1. n. 4.
Paul. Grillan. eodem tr. q. 5. nu. 5. &
6. Gardin. tit. de question. num. 7. &
seq. Bonifac. de Vitalin. in rubr. de
question. & torm. num. 2. & alijs re-
lati

lati in Syntag. opin. comm. tit. de
question. cap. 2.

Etodem iure gaudent Surdi, ac
muti, Clerici praesertim in sacris
constituti, obsessi a Daemon, su-
riosi, ac mente capti, quique
Reip. utiles sunt, si ex tortura ta-
lites cruciarentur, ut ex ea de-
bilitaretur in aliquo membro, seu
alias efficerentur inutiles, ut di-
cunt DD. apud Loccatell. de quest.
iudic. insp. 4. num. 8. & seq. & insp.
5. num. 199. & seq.

Limita in proditoribus, ac reis
criminis laese maiestatis Diuinae, &
humanae, falsi, ad priuati carceris,
qui non obstante priuilegio tor-
quetur d. l. nullus C. ad l. Iul. maies-
t. Bald. de Perigl. in d. tr. de question.
cap. 1. num. 4. Boff. d. tit. de Indic. &
consil. nu. 115. Farinac. de Heret.
q. 185. §. 8. num. 125. quem refert
Loccatell. insp. 4. nu. 46. Dian. p. 4.
tr. 6. resol. 29. ademque dicendum
est de reis aliorum grauiorum
criminum, qui de consuetudine
torquentur, ut d. Boff. d. tit. de In-
dic. & consider. num. 103. Gandin.
d. tit. de question. num. 38. Ricc. in
collect. dec. 129. par. 1.

Addit Loccatell. d. insp. 4. num.
37. quod regulariter cōsulto Prin-
cipe nulla dignitas, neque priui-
legiū excusat a tortura per l. nul-
lus C. ad l. Iul. maies- quod intel-
lige praecedentibus legitimis indi-
cijs: nam tortura ad mandatum
Principis sine indicijs inferri non
debet Riccius in collect. dec. 2263.
parte 6.

Obserua tamen, quod ad tor-
quendos supradictos priuilegia-
tos requiruntur indicia vrgentio-

ra, & grauiora ijs, quae contra
alios a iure requiruntur: & tunc
leuius etiam torquendi sunt, quā
ceteri: nec semper tormento su-
nis, sed loco illius adhiberi potest
tormentum sybillorum, praesertim
in minoribus, mulieribus, & se-
nibus, & similibus personis: quod
arbitrio Iudicis relinquatur, qui
considerare debet qualitatē per-
sonae, facti, indiciorum, & aliarum
circumstantiarum Clar. d. q. 64. vers.
non etiam debet Loccatell. loco cit.
insp. 1. num. 55. & insp. 4. num. 40.
& seq. Ricc. in Prax. for. eccles. p. 1.
ref. 529. & par. 2. ref. 414. Vulp. in
Prax. iudic. cap. 46. num. 11. Lexan.
in sum. tom. 3. ver. tortura Regula-
rium num. 1. Dian. par. 4. tr. 6. resol.
29. in fin. & ref. 35. & 36. & alij re-
lati in Syntag. opin. comm. tit. de
Question. cap. 1. vers. tortura non
adhibetur.

Vbi verò probabilitèr dubitari
potest de aliquo accidenti cum
mortis periculo, debet omninò
Iudex a tortura abstinere arg. l.
questionis modum ff. de question.
& ideò infirmi, aut valerudinarij,
aut aliquo membro debilitati, seu
alias inhabiles ex aliquo acciden-
ti ad sufferendum tormenta, qui
que difficultatem anhelitus patiu-
tur, vel gallico, aut comitiali si-
ue herculeo morbo, vel lepra,
aut assiduo capitis dolore, aut
chatarro, podagra, chitagra, pa-
ralisia, aut simili agritudine labo-
rant, torqueri non debent, ut di-
cunt DD. quos refert & sequitur
Loccatell. de Quest. iudic. insp. 2. n.
20. & seq. & insp. 4. nu. 8. & seq. vbi
etiam notat, quod in casu con-
tin-

tingenti vocari debet Medicus peritus, qui medio iuramento referat, an tales personę tormento finis, vel saltem alio tormenti genere sine periculo torqueri possint, nec ne, & iuxta illius relationem proceditur, *vt obseruat etiam Dian. par. 4. tr. 4. ref. 29.*

Mulierēs verō pręgnantes non solum non debent torqueri *l. pręgnantis ff. de Pœn.* sed neque terri possunt *l. 1. §. impuberis ff. Ad Syllan.* Vnde cōsuetudo obseruat, vt etiam post partum editum non torqueantur, nisi elapsis 40. diebus purgationis, *vt d. Clar. in Pract. crim. d. §. fin. q. 64. vers. quæritur modo.*

25. Notandum 5. quod in ijs casibus, in quibus tortura ob infirmitatem, vel aliam iustam causā inferri non potest, Iudex procedere debet ad vteriora in expeditione causę: & quidem si reus testibus sit conuictus, poterit condemnari ad penam ordinariā *iuxta tex. in l. qui sententiam C. de pœnis. mutis, ac Surdis exceptis,* qui cum non intelligant ea, quę contra ipsos deponunt testes, neque possint obycere contra eorum dicta, & personas, non sunt condemnandi in penam ordinariā, præsertim si pœna ordinariā delicti esset capitalis: nisi ex testibus de visu, & propria confessione, vel signis, & nutibus mediāte interprete Iudex esset certus de delicto, *vt d. Loccatell. de Quæst. Iudic. in sp. 4. num. 61.*

Si verō adsint tantum indicia ad torturam sufficientia, & tortura ex rationabili causā omitta-

rit, poterit reus condemnari in aliquā penā extraordinariā, videlicet in pœnam exilij, vel pecuniariam *Bai. v. d. ad Clar. q. 64. n. 72. Menoch. de Pręsumpt. l. 1. q. 92. num. 3. quos refert Loccatell. d. in sp. 4. num. 55. Dian. par. 4. tr. 6. ref. 18. & 35. in fin. Ricc. in Collect. dec. 133. par. 1. quod intellige, dummodo indicia sint indubitata: iuxta l. fin. vbi glos. C. de Probat. Clar. §. fin. q. 20. vers. scias tamen Loccatell. in sp. 5. num. 313.*

Obserua tamen, quod in crimine assassinię, hæresis, & alijs atrocissimis delictis potest quis ex pręsumptionibus, & indicijs indubitatis accedente mala fama, inquisiti ad penam ordinariā, etiam capitalem cōdemnari, præsertim si huiusmodi pręsumptiones sint positę à iure *l. si qui C. de Adit. Ricc. in Collect. dec. 1561. par. 5. & communem dicit Boff. in tit. de Conuict. num. 29. Clar. in §. fin. d. q. 20. vers. scias etiam, & vers. item scias.* Sed si indicia non sunt ad torturam sufficientia, reus erit in tali casu absoluendus *Boff. in tit. de Senten. num. 65. & seq. Paul. Grillan. in tract. de Relaxat. carcer. in tit. de absolut. Innoc. Ricc. in Collect. dec. 1567. par. 5. Addit Loccatell. d. in sp. 5. nu. 191.* quod etiam in leuibus delictis potest reus ex indubitatis indicijs ad penam ordinariā condemnari.

16. Notandum 6. quod si reus torqueretur, & in tormentis negat, tunc tamquam purgatus ab indicijs est absoluendus, vel relaxandus cum cautione de se representando quasi puram veritatem dixisse vide

de

deatur *glosicōmun:recepta in l:edit-
Etum:ver:efficacissimas ff: de Quæ-
stion:Ricci:in Collect:dec:730.par:3:
Loccatell.d.insp.5.num:200. & ita
communiter servatur, ut d.Gram-
mat.dec.96.num.2. & 3. dummodò
secundùm qualitatem delicti, &
indiciorum tortus fuerit, ut d.
Didac.Canter.in qq.crimin. cap.2.
de Probat.per.test.q.1.num.65. quæ
refert Dian.par.4. tr.6.ref:33. &
hec absolutoria, ab observatio-
tione iudicij, appellatur *Ricc. in
Collect.dec.2263.par.6. Limita,*
quando delictum esset graue, &
concurreret mala fama Inquisiti:
vel si reus ex præsumptionibus
vehementissimis, & indubitatis
conuinceretur: tunc enim posset
reus condemnari in pœnam pe-
cuniariam, vel exilij *Grammat:
dec:96.num:5. & seq: Gabr:comm.
conclus:lib:7.concl:19.num:8: Loc-
catell: insp. 3. num. 21. & est com-
munis opinio: quamuis alij cen-
seant, posse iudicem in tali casu
etiam pœnam tiremij, vel aliã
corporalem imponere excepta
capitali, ut d.Boss.apud Dian. par.
4:tr.6:ref:33. & ita fuit iudicatum
in Regio consilio Neap. ut refert
Grammat.dec:42. & d.dec:96.in
fin:Ricci. in Collect: dec: 1561. &
1567.par: 5. & ita seruari testatur
Clar. I. fin. q: 20: vers: scias tamen
Ambrosini in tract. de mod: form:
process:inform:lib. 4.c.4: in fin. &
alij relati in Syntag.opin:comm:tit.
de Quæstion.cap:13.**

Addit Clar.d.q.64.vers: veritas
est Loccatell.insp.3.num.18. & 19.
quod si reus iam confessus, vel

conuictus interrogetur super cri-
mine non præmissa protestatione,
citra præiudicium confessi, aut pro-
batij criminis, & in tormentis per-
sistat in negatiua, diceretur pur-
gasse indicia, & probationes, &
ideò esset absolueudus: vel saltè
non posset in pœnam ordinariam
condemnari. immò etiamsi præ-
mittatur dicta protestatio, si ta-
men interrogetur reus super de-
licto, & nihil fateatur, indicia
purgasse censetur, & protestatio
tamquam cōtraria facta reycitur
*Grammat.dec.96.num.1. Loccate.l.
insp:ct.5.num.222. Boss tit.de Co-
fess:per tortur:num:26. Dian:par:4:
tr:6:ref:32:Ricci:in Collect:dec:730:
par:3.*

Secus esset, si reus præmissa di-
cta protestatione interrogetur
tantum de alijs qualitibus, seu
circūstatijs, seu socijs delicti: quia
tunc si de crimine sit conuictus,
poterit condemnari in pœnam
ordinariam, ut supra diximus,
& notat Boss.in tit.de Sent:nu 70:
Clar.d.q.64.vers: veritas est Locca-
tell.d.insp:ct.5.num.222.vbi addit,
quod tunc interrogatoria per ex-
tensum scribenda sunt per Nota-
rium, alioquin si reus sub gene-
rali interrogatorio opportunè
interrogatus, vel ad opportunam
interrogationem responderet, &
negaret delictum principale, di-
ctæ protestationi censeretur re-
nunciatum.

17 Si verò reus in tormentis fate-
tur, standum non est dictæ confes-
sioni factæ in tortura l. 2. C. iur.
appell. sed illam extra locum tor-
tu-

reus debet reus ratificare ad ban- cum iuris die sequenti, vel bre- uiori etiam tempore arbitrio Iu- dicis: dummodo tantum tempo- ris intercefferit, vt verisimile sit, dolorem cessasse, vt d. Clar. d. q. 64. vers. ceterum, & vers. circa hanc Gandin. d. tit. de questio. nu. 25. & 33. & alij: tunc tamen erit, si huiusmodi ratificatio fiat diuer- sis diebus, vt d. Loccatell. d. in sp. q. num. 211. Bonifac. de Vitalin. in rubr. de perseuer. post. tormen. vers. talis, videlicet post 24. horas, vt post Gom. & alios notat Dian. p. 4. in 6. ref. 22. vbi dicit, ita seruari in Curijs Inquisitionis Hispanice; ne que ad id requiruntur testes Bo- nifac. loco proxime cit.

Tunc autem ad effugiendā sug- gessionem, confessione minimè le- cta, monetur reus ad repetendū in substantia id, quod in sua cōfes- sione in tormentis facta pro veri- tate dixerit; & repetita per reum dicta confessione in substantia, deinde legitur confessio per ex- tensum, & perquiritur ab eo, an ea, quæ sibi lecta fuerint, sint illa, eadem, quæ confessus fuerit post torturam, & an tamquam vera ra- tificare, & confirmare intendat Farinac. de Hæres. q. 185. §. 8. nu. 150. quem refert, & sequitur Dian. par. 4. tr. 6. ref. 22. vers. modum. verò

Idemque dicendum de confes- sione metu tormentorum extor- ta, quando scilicet reus ad locum torture ducitur, & iudex commi- natur, quod nisi confiteatur, eum quæstioni subijciat: tunc enim ne- que statur tali confessioni, nisi ra-

tificatio subsequatur secundum Bald. de Perigl. in tract. de quest. & tormen. cap. 3. num. 1. & seq. Boff. in tit. de tortur. num. 3. Dian. par. 4. tr. 6. ref. 22. vers. notandum tamen est hi: Gandin. d. tit. de questio. n. 28. & 29. Bonifac. de Vitalin. d. ru- br. Quæ indic. deb. præc. tormen. nu. 4. contrarium tamen in practica seruari testatur Clar. d. q. 64. vers. nunc de gradibus Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. resol. 435. vbi dicunt, quod huiusmodi confessio in tali casu censetur sponte facta, non autem metu tormentorum.

Sequuta igitur ratificatione, si reus non reuocet suam confes- sionem, & de errore non doceat, poterit condemnari ad pœnam ordinariam delicti iuxta huius sen- tentiam: C. de Pgn. debet tamen Iudex ante sententiam confessio, seu conuictio dare terminum com- petentem ad faciendum suas de- fensiones Bonifac. in rubr. quæ Indic. deb. præc. tor. num. 10. Bald. de Perigl. d. tr. de questio. c. 2. nu. 7. Ricc. in collect. decis. 1774. par. 5. etiam si reus talem terminum non petierit Clar. d. §. fin. q. 49. vers. est igitur.

Quia verò aliquando reus me- tu tormentorum confitetur, & confessionem ratificat, ideò Indicis integritati relinquitur, an hu- iusmodi confessio sit probabilis, vel verisimilis, & an illi sit adhi- benda fides, vel non h. i. §. que- stioni ff. de quest.

Obserua tamen, quod si reus fateatur cum qualitate, propter quam delictum de iure non puni- tur, puta si fateatur homicidium

E e e e com.

commisisse ad sui defensionem, tunc si reus petat terminum ad probandum, concedi debet, alias torquetur, vt simpliciter fateatur secundum DD. quos refert, & sequitur Loccatell. d. insp. 5. num. 218. vbi etiam testatur, ita fuisse seruatum in Vrbe. sed contrarium tenet Gabr. commun. conclus. lib. 7. cōcl. 19. num. 16. Ricc. in collect. decis. 2263. par. 6. & alij asserentes, non posse reum torqueri, vt reiecta qualitate explicitè deponat, quorum sententia vt benignior in praxi sequenda est. Vnde reus in tali casu non probata huiusmodi qualitate puniendus non est pœna ordinaria, sed alia mitiori latè Gabr. d. lib. 7. concl. 19. nu. 7. Marant. de ord. iudic. par. 6. tit. de confess. num. 29. Grammat. decis. 5. numero 13. & 14.

Observa 2. quod torti, & facti ex confessione extorta per signa siue fit spontanea, siue per torturam, non debent pœna ordinaria puniri, vt post Bald. Farinac. & alios dicit Loccatell. d. insp. 3. num. 59.

8 Notandum 7. quod si reus tortus fuerit nullis legitimis præcedentibus indicijs, & confiteatur, talis confessio non valet, etiam si in ea perseverauerit l. Diuus §. ex quibus & l. pen. iuncta glos. ff. de quest. Bald. de Perigl. d. tr. de quest. cap. 2. num. 9. Boss. tit. de indic. & confid. nu. 137. & tit. de Confess. per tort. num. 6. Gandin. d. tr. de Malef. tit. de quest. num. 26. Bonifac. eod. tr. d. rubr. Quæ indic. deb. vrec. tortur. num. 6. & 13. & in rubr. de Confess. num. 5. quod procedit etiam

in crimine læsæ maiestatis, & alijs atrocissimis delictis, quamuis auctoritate Principis tortus fuerit Ricc. in collect. dec. 2724. par. 7. nec sufficerent ad condemnandum indicia, quæ postea superuenirent, vt dicunt DD. quos refert, & sequitur Dian. par. 4. tr. 6. ref. 2. vers. vnde ex his Ricc. in collect. decis. 2602. in fin. par. 7.

Nulla etiam esset confessio extorta per suggestionem, vel subpromissione impunitatis: quia non licet Iudici decipere reos, vt hoc pacto inueniat veritatem, cū etiam innocentes fateri possent ad se liberandum è carceris vexatione, & alijs incommodis Riccius in collect. decis. 1774. & alij apud Loccatell. d. insp. 5. num. 89. & 94. & seq. vbi etiam dicit, quod ex tali confessione nullum oritur iudicium ad torturam, si fuerit reuocata.

Addit Farinac. & alij, quos refert Dian. par. 4. tr. 6. ref. 17. quod si Inquisitor sine Episcopo reū torqueret, nulla esset ipso iure confessio rei in tormentis extorta per clem. 1. §. propter de Heret.

Item si mulier post partum torqueretur nō expectatis 40. diebus, & fateatur delictum, talis confessio esset nulla Dian. d. par. 4. tr. 6. ref. 29. vers. notandum est etiam, vbi citat Eymeric. à Rosbach. in Prax. crim. tit. 5. cap. 2. nu. 6. & Baiard. ad Clar. 7. 64. num. 67.

19 Sed si reus spontè fatetur, tunc absque alia ratificatione damnatur Gandin. d. tit. de Quest. nu. 15. Bonifac. de Vitalin. in rubr. de Confess. num. 1. & alij communiter in-

mò ex tali confessione purgatur omne vitium processus ita, vt si esset ex aliqua causa nullus, ex huiusmodi confessione substineatur *Myrsing. dec. 77. cent. 5. quæ refert Ricc. in Collect. dec. 1774. p. 5.*

Obserua tamen, quod spontanea delicti confessio nõ sufficit ad condemnandũ aliquẽ pena capitali, nisi etiã cõstet, delictum fuisse commissũ, vt decisũ refert *idem Ricc. in collect. dec. 1774.*

Obserua 2. quod si minor confiteatur delictum, de quo aliter non constabat, nisi per confessionem suam, tunc tamquam læsus restituatur in integrum etiam nõ probata læsione; quia satis læsus presumitur ex ipsa confessione. *Meg. al. var. resol. 10. 1. ref. 21. nu. 4. ubi citat Angel. in l. certum §. in pupillo ff. de Confess. Alex. & Taf. in l. nã & postea §. si minor ff. de Injur. Marsil. sing. 445. ver. minor.*

20 Quæres, an reus in criminalibus possit appellare? Resp. negatiuè, si est conuictus, & sponte confessus *iuxta l. 2. C. Quor. appell. non recip. quod etiam procedit in pecuniarijs, seu ciuilibus causis, vt d. glo. ibidẽ in ver. propria, & decisũ refert Ricc. in Collect. dec. 621. p. 3.*

Dicitur autem spontè confessus etiam qui confessionem suam in tormentis factam ratificauit *l. 1. §. si quis ultro ff. de Quest. glof. in d. l. 2. ver. aliquid dixerit, vbi etiã Bart. C. Quor. appell. non recip.*

Limita 1. si reus est confessus tantum, & non conuictus: tunc enim poterit appellare, ut *d. glof. in d. l. 2. ver. propria, & ibi Bart. n. 1. quod alij intelligunt, dummo-*

dò adducat in appellatione causam probabilem contra suam confessionem: secus si nullam legitimam causam deduxerit, vt ex cõstitutione 24. Pij V. probat *Locca-tell. de Quæst. iudic. in sp. 3. nu. 23. & ita communiter seruari testatur Clar. in §. fin. q. 94. in princ. idem dicendum, quando reus cõfiteretur cum qualitate, quæ delictum minuit, vel quando non esset manifestè conuictus, quia tunc etiam admittitur appellatio, vt *d. Ricc. in Collect. dec. 621. par. 3.**

Limita 2. quando reus esset tantum conuictus, & non confessus, vt *constat ex d. l. 2. C. quor. appell. quia ad hoc vt reus non possit appellare, vtrumque requiritur, videlicet quod sit conuictus, & cõfessus, & idèõ alteram non sufficit, vt ibidem dicit glof. & DD.*

Obserua tamen, quod in multis casibus propter immanitatem criminis conuicto appellatio denegatur, etiam si delictum confessus non fuerit, vt *d. glof. in d. l. 2. ver. propria*, videlicet si fuerit insignis, vel manifestus latro, seditionum concitator, vel dux factionum, vel alias vbi arbitrio prudẽtis Iudicis periculum esset in mora *iuxta l. constitutiones ff. de Appell. l. si quis filio exheredito §. hi autẽ ff. de Injust. rupt. & irr. testam. vel si virginem rapuerit iuxta l. vn. §. si autem post C. de Rap. Virg. vel monetam Cæsaris falsificauerit l. 1. C. de fals. monet. cuius textus dispositionem etiam contra tondentem procedere, dicit Ricc. in Collect. decis. 182.*

S. II.
An, & quoties Iudex possit repetere
torturam.

Repetito quoque torturæ Iudici est arbitraria, ut constat ex l. *repeti ff. de Quest. & notat. Bart. in l. vnus §. reus num. 2. ff. de Quest. & alij cauere tamen debet Iudex, ne huius arbitrij prætextu immoderatè sæuiat, sed potius in dubio nõ deueniat ad repetitionem, ut dicit Clar. in *Prætic. crimin. §. fin. q. 64. vers. hæc autem. Ricc. in Collect. decis. 1567. p. 5.* Quare si contra reū adsint indicia leuia, non multum manifesta, nec multum vrgentia, tunc questio de eo non debet repeti *Bart. ibidem d. n. 2.* nisi fortè superuerinerint noua indicia, tunc enim tortura repeti potest secundum communem, & receptam DD. sententiam *Gandin. d. tit. de Question. num. 20. Clar. d. q. 64. vers. ultimo videndum Bonifac. de Vitalin. in tr. de malef. in rubr. Qua indic. deb. præc. tort. num. 8.* hæc tamen indicia debent differre à primis specie, vel substantia secundum *Boss. in tit. de Tortur. num. 46. Add. ad Bart. in d. l. vnus §. reus Loccatell. de Quest. Iudic. inspect. §. num. 70. Ricc. in Collect. dec. 2263. par. 6.* vel saltem esse debent fortiora, & euidentiora prioribus, ut d. *Gandin. loco cit. num. 20. Bart. in d. §. reus num. 2. & alij apud Clar. d. q. 64. vers. ultimo videndum.**

Potest similiter repeti tortura, si adsint indicia valde vrgentia,

& valde manifesta, & Reus fuerit leniter tortus, *Bart. in d. §. reus n. 2. Ricc. in Collect. decis. 574. par. 3. & decis. 2263. par. 6. Loccatell. d. insp. §. num. 54. Clar. d. q. 64. vers. hæc autem, & alij communiter: quæ admodum repeti etiam potest, si reus in tortura cõfiteatur, & dein de non docto de errore reuocaret suam confessionem, etiamsi alia indicia non superuenerint: hoc enim iudicium variationis, cum ex ore proprio procedat, est cæteris potentius *Bart. in d. §. reus in fin. Boss. lit. de Tortur. n. 46. & 47. Clar. d. q. 64. in fin. & alij apud Dian. par. 4. tr. 6. ref. 23.* quod intellige, si ante confessionem præcedebant legitima indicia, ut d. *Bonac. relatus in Syntag. opin. commun. tit. de Quest. cap. 7. vers. confessio in tortura.**

22 Verum huiusmodi tortura repetenda non est vltra tertiam vicem, *Boss. ibidem num. 44. Ricc. in Collect. dec. 574. par. 3. Ambrosin. de mod. form. process. in form. lib. 4. c. 4. nu. 7.* vbi etiam notat, quod quilibet vice potest reus ter quassari, hoc est tribus ictibus funis cõcuti, ut dicit etiam *Dian. par. 4. tr. 6. ref. 35.* quod arbitrio Iudicis relinquatur *Loccatell. d. insp. §. n. 60. & seq. tormentum verò vigiliæ nunquam est repetendum propter eius atrocitatem Loccatell. insp. 2. nu. 23. & seq.*

23 Quare si reus iterum positus in tormentis cõfiteatur, & deinde in ratificatione iterum neget, non erit procedendum in infinitum, sed sufficit, si tormenta tertio repetantur; & si deinde in-

ne-

negatiua perfiffat, Index accusa-
tori terminum ftatuet ad proban-
dum delictum, quo non probato
reus abfoluendus eft ex hactenus
deductis, vel relaxandus cum
cautione de fe repræfentando, vt
d. Clar. §. fin. q. 21. verf. ulterius
quæro in fin. Loccatell. in fp. 5. n. 72.
Ricc. in Collect. dec. 2263. par. 6.
Gandin. d. tit. de quæft. num. 21. vel
in pœnam extraordinariam dam-
nari poteft iuxta ea, quæ fupra
diximus, & notat etiam Loccatell.
d. in fp. 5. num. 100. Ambrofin. loco
cit. num. 9.

Obferua tamen, quod fi reus
bis fuerit fufficienter tortus, non
effet in tali cafu tertio torquen-
dus, quia indicia prioris confeffionis
per pœnam fecundæ tortu-
ræ fatis purgata funt Dian. p. 4.
tr. 6. ref. 24: vbi citat Farinacc. q.
38. num. 106. Carthar. de Interr.
reor. lib. 4. cap. 1. nu. 132. & 161. et
alios.

24 Obferua 2. quod quando tor-
tura eft repetenda ex nonis indi-
cijs, danda eft etiam reo copia indi-
ciorum, vt d. Pegn. in Direct.
Inquis. p. 3. comment. 54. Carthar.
loco cit. lib. 4. cap. 1. num. 198. quos
refert Dian. d. par. 4. tr. 6. refolut. 16.
in fin.

25 Obferua 3. quod in tormento
finis non poteft reus detineri vl-
tra horâ ex motu proprio Pij IV.
apud Loccatell. d. in fp. 5. nu. 60. vbi
etiam notat, quod aliquando de-
tinetur etiam breuiori tempore
iuxta qualitatem delicti, perfonæ
& indiciorum: quod arbitrio Iu-
dicis relinquitur, Gandin. d. tit. de
quæft. num. 10. Bonifac. de Vitalin.

in tit. qualit. fit fin. tort. nu. 1. &
alij apud Dian. d. par. 4. tr. 6. ref. 35:
26 in tormento verò vigiliæ po-
teft reus detineri longiori tempo-
re, videlicet vfque ad quinque,
& etiam ad decem horas arbitrio
Iudicis fecundum DD. quos refert,
& fequitur Loccatell. loco prox. cit.
n. 61. & feq.

27 Obferua 4. quod reus torqueri
debet tribus diebus feperatim.
Clar. d. q. 64. verf. debet igitur Loc-
catell. d. in fp. 5. num. 73.

28 Obferua 5. quod poteft Index
ex iufta caufa diuidere torturam,
præfertim fi reus parum, aut ni-
hil pati videtur; & idèd fi cenfeatur
reum effe torquendum per horâ
integram, & in tortura illum non
detinuit, nifi per mediam horam,
poteft eo cafu reum iterum tor-
quere vfque ad horam integram;
fecus fi reus nõ poffet torqueri,
nifi per mediam horam, aut pau-
lò plus, vel minus: tunc enim
tortura non eft diuidenda, quia
fic acrius torqueretur, vt dicunt
DD. apud Loccatell. d. in fp. 5. n. 67.
& feq. vbi etiam notat, quod tor-
mentum vigiliæ propter illius gra-
uitatem, & atrocitatem non eft
diuidendum.

29 Obferua 6. quod tortura non
repetitur, fi reus debilis fit, &
delicatus, vel fi fortè defecerit in
tormentis: quia tunc dicitur fuf-
ficienter tortus ita vt non fit am-
plius torquendus, idem Loccatell:
loco proxime cit. num. 67: & 102.
vbi citat Farinac. quæft. 38. nu. 82
& Maur. Burg. de mod. proc. ex ab-
rupt. q. 42. num. 15.

S. III

An, & quando testes in causis
criminalibus sint torquen-
di

- 30 **R**egula est, quod testes inhabiles, seu alias à iure reprobari non probant sine tortura: ob carmen *l. si ea rei conditio ff. de testib. & est communis opinio: nā per torturam omnis defectus, & inhabilitas tollitur Clar. in Pract. crim. l. fin. q. 25. in princ. Alciat. in reg. 2. Presumpt. 29. nu. 12. excep-*
- 31 Ita inhabilitate proueniente ex causa inimicitiae, quae nunquam purgatur per torturam etiam in quocunque grauisimo crimine, ut dicunt DD. apud Loccatell. de quaest. Iudic. in sp. 3. num. 55.
- 32 Testes autem inhabiles sunt, infames siue infamia iuris, siue infamia facti *Clar. loco cit. testes varij circa substantialia, Boss. in tit. de Tortur. test. num. 27. socij criminis, etiam si indulgentiam delicti seu gratiam pro se obtinuerint, Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. resol. 320. & in collect. decis. 133. part. 1. item satellites, aliaeque viles personae, ut sunt Histriones, & similes Loccatell. de Quaest. iudic. in sp. 5. num. 258. Ricc. in collect. dec. 138. par. 1. & decis. 2529. par. 7. Boss. in tit. de Denunciat. num. 12. & in tit. de Tort. test. num. 3. Vulp. in Prax. Iudic. cap. 29. num. 1. & seq.*
- 33 Obserua tamen, quod si plures adsint testes inhabiles, non omnes torquendi sunt, sed duo, vel tres, quia tortura est refrenan-
- 34 Tortura verò in tali casu regulariter inchoanda est à timidiori, deteriori, vel magis suspecto *l. vnus ff. de quaestio. Gandin. de malef. tit. de quaest. num. 11. Loccatell. in sp. 5. n. 77. & alij apud Dian. par. 4. tr. 6. ref. 26. nec debet excedere mediam horam, ut post Farinac. & alios d. Loccatell. d. in sp. 5. num. 175. & 288. Dian. par. 4. tr. 6. resol. 27. vers. ult. Ricc. in collect. dec. 2630. in fin. par. 7. neque est repetenda Franc. Marc. decis. 487. vol. 1. quem refert, & sequitur Ricc. in d. collect. decis. 2630. quicquid dicit Boss. in tit. de Confess. per tort. num. 7. & de tortur. Test. num. 21. & de opposit. contra test. num. 18. sed tunc Iudex adherere poterit ijs depositionibus, quae sunt magis verisimiles, & cum quibus concurrunt plura adminicula, ut d. Clar. in l. fin. q. 53. vers. quartus est casus Ricc. in Prax. for. eccles. v. 1. ref. 408. Gubr. lib. 7. concl. 26. numero 3.*
- 35 Obserua 2. quod huiusmodi personae inhabiles tunc torquentur, quando crimen est graue: & ideo si recipiantur in testes in leuibus delictis, quae nullam, velleuissimam poenam mereantur, torqueri non debent: nam neque ex hoc capite tunc repelluntur *Natt. cons. 161. n. 10. lib. 1. Farinac. q. 56. num. 165. quos refert Locca-*

tell. in sp. 4. numero 88.

Idem dicendum de teste vario circa non essentialia, quia talis variatio non sufficit ad torturam *Boss. in tit. de Tortur. test. num. 30.*

Neque torquentur testes inhabiles producti ad defensam inquisiti, quia hoc est privilegium Innocentiae, quae testibus etiam inhabilibus probari potest *Menoeb. de Praesumpt. lib. 5. quaest. 48. nu. 7. Loccatell. d. in sp. 4. num. 93.* vbi subdit, quod ex huiusmodi testibus non tollitur omnino fides probationibus fisci ita, vt reus penitus absoluitur, sed vt poena ordinaria delicti non puniatur, idemque procedere in crimine haeresis dicit *Dian. par. 4. tr. 6. ref. 11. vers. verum contraria sententia.*

Nec torquendi sunt, si per alios idoneos testes, seu per alias legitimas probationes plene constaret de delicto: tum quia magis creditur duobus testibus fide dignis, quam mille scelestis *Boss. d. tit. de Tortur. test. num. 43.* & tit. de opposit. contr. test. num. ult. tum, quia huiusmodi testes inhabiles admittuntur tantum in defectum aliarum probationum, vel quando veritas aliter haberi non potest *Ricc. in Prax. for. eccles. par. 2. ref. 212.* & alij apud *Dian. d. par. 4. tr. 6. ref. 11. vers. nota quarto Clar. in d. fin. q. 24. vers. sciendum.*

36 Obserua 3. quod in delictis leuibus, pro quibus non imponitur poena corporis afflictiva, creditur etiam satellitibus sine tortura, puta si aliquem reperiant ludentem ludis prohibitis, vel cum armis, dummodo arma, vel aleas,

aut alterius prohibiti ludi instrumentum ad Curiam deferant: alias in nihilo eis creditur *Loccatell. in sp. 5. num. 258. Boss. in tit. de Denunciat. num. 12. Vulp. in Prax. iudic. cap. 29. num. 1. & seq. Ricc. in Collect. dec. 2529. par. 7.* vbi id limitat in Capitaneo Satellitum, qui integer testis habetur ad effectum probandi delictum etiam graue: sed hoc arbitrio Iudicis relinquatur, qui considerare debet qualitatem personae, & alias circumstantias.

Addit *Loccatell. loco cit.* quod ex constitutione Alexandri I V. & Clementis VI. Satellitibus Sancti Officij in ijs, quae pertinent ad eorum officium, creditur absque tortura, vbi alia adminicula, & coniecturae concurrunt praeter eorum attestaciones:

37 Obserua 4. quod ad torturam testis inhabilis non exiguntur in dicia, quae ad rei torturam sunt necessaria, nec habetur disceptatio cum aduocatis, vt decisum refert *Ricc. in Collect. dec. 2630. p. 7.* nisi testis torquendus esset propter causam, quae aliunde, quam ex processu oriatur, puta ex eo, quia sit infamis, vel vilis: tunc enim super hoc est disputandum, & cognoscendum dato etiam illi termino ad deducendum, si quid in contrarium habet *in v. l. 1. §. si quis dicatur & l. si quis ff. de Quaes. contrarium tamen, etiam in hoc casu in praxi seruari dicit *Clar. in d. fin. q. 25. vers. solet dubitari;* sed hoc totum arbitrio prudentis Iudicis relinquit *Bart. in l. vnus §. testes ff. de Quaes. Boss. in tit. de Tortur. test. n. 39.**

39. *idem Ricc. in Prax. for. eccles. p. 1. ref. 405.*
38. Obserua 5. quod sub nomine vilium personarum non veniunt ij, qui viles dicuntur ratione communis status, & eorum exercitij; & ideo ex hoc capite torquendi non sunt, si alias sint honestæ, & probatæ vitæ *Boss. d. tit. de Tortur. test. num. 3. & alij apud Loccatell. d. insp. 5. num. 256. & 295.* idemque dicendum est, si in teste esset alius defectus non proueniens à crimine, puta quia esset domesticus, ac pauper *Boss. tit. de Indic. & consider. num. 151.* vel si testis deponeret in causa, vbi habet interesse; tunc enim non torquetur, etiam si varius sit, *vt dicunt DD. quos refert, & sequitur Loccatell. insp. 3. num. 44.*
39. Obserua 6. quod huiusmodi testes inhabiles non sufficiunt ad condemnandum reum pœna ordinaria, sed tantum ad infligendam pœnam extraordinariam, vel torturam, *vt inquit. Clar. d. fin. q. 24. vers. sciendum in fin. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 2. ref. 212.* nec plenè probant, si producantur ad defensionem, sed relinquitur arbitrio Iudicis, quanta sit eis fides adhibenda inspecta facti, & personarum qualitate *Ricc. loc. cit. Clar. ubi supra vers. item scias.*
- Notandû tamen est, quod reus torqueri non debet ex dicto vilius socij criminis, nisi alia adminicula, vel præsûptiones concurrant *Boss. in tit. de Indic. & consid. ant. tort. num. 160. & alij communiter.* secus si adesset depositio duorum, aut trium sociorum criminis, etiam si essent singulares *Clar. in d. fin. q. 21. vers. sed pone.* nisi fortè tales socij criminis plures patiantur defectus, puta si non tantum essent socij criminis, sed etiam periuri, infames, aut alias inhabiles, quia tunc reus non torquetur, *vt dicunt DD. quos refert, & sequitur Dian. p. 4. tr. 6. ref. 8.*
- Addit Ricc. *in Prax. par. 2. ref. 212.* quod quando vnus testis omni exceptione maior adest cum alio minus idoneo, tunc facere plenam probationem, si huiusmodi testi minus idoneo tortura ad purgandam, & tollendam illius inhabilitatem adhibita fuerit.
40. Obserua 7. quod quando testis torquetur vti varius, & contraria deponens, regulariter statur vltimo dicto in tormentis *Boss. in tit. de tortur. test. num. 20. Alciat. de Presumpt. reg. 2. presumpt. 29. n. 13 & 14. & ita seruari dicit Clar. d. fin. q. 53. vers. quartus est casus, & alij apud Gabr. lib. 7. concl. 26. nu. 1. & 9. Loccatell. insp. 5. nu. 271.* qui duo vltimi Doctores id intelligunt, quando secundum dictum in tormentis receptum fuit solemniter in forma iudicij, & parte citata, alias non tolleretur primum dictum iuratum; sed de consuetudine citatio ad hunc actum omittitur, *vt d. Boss. in tit. de opposit. con. test. num. 1.*
41. In multis tamen casibus statur primo dicto, videlicet quando testis illo medio tempore alloquutus fuit, vel potuit alloqui cum parte: tunc enim magis attenditur primum dictum extra torturam,

- ram, quam secundum in tortura propter merū subornationis *Alciat. d. præsumpt. 29. nu. 6. Gabr. lib. 7. concl. 26. num. 7. Loccatell. insp. 3. nu. 48. eademque ratione attenditur primum dictum, si testis post publicationem processus dicat contrarium, ut post Bart. dicit Boss. in tit. de opposit. con. test. nu. 1. Alciat. d. præsumpt. 29. nu. 10. Ricc. in collect. decis. 569. par. 3.*
42. Secundo statur primo dicto, quando testis tunc fuit tormiter examinatus, ut d. *Loccatell. d. insp. 5. nu. 271. quamvis illud primum dictum debilitetur quoad fidem depositionis secundum Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. ref. 408.*
43. Idem dicendum, si primum dictum sit magis verisimile, quod arbitrio Iudicis relinquatur *Boss. in tit. de opposit. con. test. num. 1. & alij apud Gabr. d. concl. 26. num. 6.*
44. Tertio statur etiam primo dicto, si ex prima depositione fuit ius questum parti *Alciat. d. præsumpt. 29. num. 6. Loccatell. d. insp. 5. nu. 271. ubi refert, ita resoluiffe Rotam in Parmen. status 23. Martij 1601. coram Card. Millino*
45. Quarto si quis deponat in se, uti pars, & in alium uti testis, quia hoc etiam casu magis creditur primo dicto sine tormentis *Bart. in l. 1. §. questioni ff. de quaest. Boss. in tit. de opposit. con. test. numero 1.*
46. Quinto quando primum dictum extra tormenta receptum fuit in articulo mortis: tunc enim secundum dictum in tormentis non tolleretur illud primum, ut post *Aym. d. Gabr. dicta concl. 26. num. 11.*
47. His adde, quod potest Index torquere etiam testes recusantes dicere veritatem, etiam si inhabiles non sint, puta si interfuerint delicto, & tamen negarent, se aliquid vidisse *Boss. in tit. de tortur. test. nu. 10. quemadmodum potest reus torqueri, si Iudici legitime interroganti nolit respondere Loccatell. d. insp. 5. num. 190. ubi etiam dicit, quod mitius in hoc casu reus torquendus est, videlicet ad summum vsq. ad quartam partem vnus horum, vel etiam minus arbitrio Iudicis.*
48. Notandum tamen est, quod tunc testis torture subijciendus non est, nisi ab vno saltem teste digniore conuincatur, secus si a minus digno *Bart. in l. vnus §. testes ff. de quaest. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. ref. 405. & in collect. decis. 2630. par. 7.*
49. Limita in Clericis, nobilibus, & alijs in dignitate constitutis: tales enim torqueri non debent, etiam si essent verisimiliter informati, præsertim quando ab alijs veritas haberi potest: sed loco torture multis pecuniarijs iuxta locorum consuetudinem plectendi sunt *Boss. in tit. de tortur. test. n. 7. Loccatell. insp. 5. num. 283. & 309. & alij communiter.*


S V M M A R I V M.

1. Accusationes criminales regulariter spatio 20. annorum tolluntur.
2. An hoc procedat in Inquisitione.
3. Actio iniuriarum anno prescribitur: limitatur nu. 5. 6. & 7.

- 8 Carnis delicta quinquennio præscribuntur, declaratur n. 9. & 10
- 11 Quinam de adulterio accusare possint.
- 12 An uxor ex causa adulterij agere possit contra maritum.
- 13 Quando Iudex in delictis possit ex officio procedere.
Denunciations factæ extraiudicialiter non attenduntur, ibid.
- 14 Accusatio quoad effectum, publicationis honorum quinquennio præscribitur.
- 15 Recensetur delicta, in quibus accusatio semper durat.
- 16 Crimina de iure canonico nunquam præscribuntur.
- 17 Actiones ciuiles, quæ ex crimine descendunt, durant vsq. ad 30. annos.

C A P. Vlt.

An delicta temporis spatio præscribantur.

- 1  Ccusationes criminales regulariter spatio 20 annorum tolluntur l. querela C. ad l. Corn. de fals. ubi dicitur, Querela falsi temporali- bus præscriptionibus non excluditur, nisi 20. annorum exceptione, sicut cætera quoque ferè crimina. cuius textus dispositio non tantum procedit in crimine falsi, sed etiam in alijs criminibus, exceptis casibus in iure expressis glos. in l. fin. ff. ad l. Pomp. de Parricid. & in l. qui falsam ver. depellitur ff. ad l. Cornel. de fals. Bart. in d. l. querela. Quare dictum textum proce-

dere etiam in crimine homicidij & incendij dicit Clar. in l. fin. q. 51. in princ. & etiam in vsura, ut notat Loccatell. de Quæst. Iudic. in sp. 5. num. 180. quæ quidem præscriptio à die commissi criminis, non autem à die scientiæ currere incipit l. fin. C. de dol. mal. l. Adulter. C. ad l. Iul. de Adult. Clar. d. q. 51. vers. sed hic quaro.

- 2 Quod procedit etiam in Inquisitione: Iudex enim non potest ex officio de ipso delicto inquirere, post huiusmodi tempus 20. annorum, quia Inquisitio succedit loco accusationis Bart. in d. l. querela, & communem dicit Boss. in tit. de Accusat. numer. 32. & in tit. Quom. proced. per Act. in del. n. 17.
- 3 Quædam tamen delicta minori spatio præscribuntur, ut est actio de dolo, quæ biennio tollitur l. fin. C. de dol. mal. & actio iniuriarum quæ anno præscribitur l. si nō conuinitij C. de Iniur.

- 5 Limita, quando agitur per viam exceptionis, quia tunc actio iniuriarum est perpetua Genuens. in Prax. Archiep. cap. 23. num. 7.
- 6 Limita 2. in iniuria picta, vel scripta, quæ etiam post annum intentari potest secundum Ricc. in collect. dec. 138: contrarium tamen tenent DD. quos refert, & sequitur Loccatell. de Quæst. Iudic. in sp. 5. num. 177. ubi dicit, quod actio iniuriarum, etiam si per libellum famosum iniuria illata fuerit, tollitur per lapsum anni, & diei.
- 7 Limita 3. si reus præscriptionis huiusmodi exceptionem nō opponat: tunc enim Iudex potest procedere in causa ad condem-

na.

- nationem etiam transactis 20. annis secundum *Viu. velatum in Syntag. opin. comm. tit. de fals. c. 5.*, *vers. idemq. videmus.*
- 8 Item Carnis delicta quinquen-
nij spatio præscribuntur, ut post
Farinat. & alios dicit Loccatell.
loco cit. in sp. 5. nu. 179. & 182. & de
9 *adulterio quidem constat ex l. a-*
dulter. C. ad l. Jul. de Adult. hoc ta-
men intelligendum est quoad pœ-
nam criminalem, vel civilem.
amissionis dotis, vel donationis
propter nuptias: quia quoad di-
uortium petendum crimen hoc
numquam præscribitur cap. admo-
neri, ubi glos. in ver. pœnitenti 2.
33. q. 2. & notant etiam DD. apud
Megali in ver. adulterium nu. 19.
- 10 Addit Loccatell. *d. in sp. 5. num.*
179. Ricc. in Collect. dec. 236. par. 1.
quod supradicta conclusio pro-
cedit respectu adulteri accusandi;
nã respectu adulteræ tollitur hoc
crimen spatio sex mensium, quo-
rum duo dantur marito, ut accu-
set iure mariti, & quatuor, ut ipse,
& quilibet possit accusare iure
extranei *iuxta l. Mariti §. sex mē-*
sium, & ibi glos. in ver. sex mē-
ses ff. ad l. Jul. de Adult. l. iure mariti.
& ibi glos. in ver. iure extranei. C.
ead.
- 11 Notandum tamen est, quod
quamuis adulterij crimen inter
publica iudicia referatur, quorũ
delatio cõmuniter omnibus con-
ceditur; tamen nẽ extraneis te-
merẽ liceat sedare connubia, hu-
iusmodi accusatio hodiẽ est tan-
tũ permissa Marito, nec non
Patri, fratri Patruo, & Auunculo,
quibus etiam conceditur, ut cri-

men abolitione, si voluerint, cõ-
pescant, ut in *l. quamuis adulte-*
rij, ubi Bart. C. ad l. Jul. de Adult.
& idẽ in crimine adulterij non
potest procedi ex officio, ut *d.*
Ricc. in Collect. dec. 2310. par. 6.
& alij: nisi adulterium esset no-
torium *Grammat. dec. 31. num. 7.*
vel nisi maritus querelaucrit
vxorem de adulterio, vel alius,
cui id a iure permillum est: quia
licet postea a querela destiterint,
adhuc poterit Iudex ex officio
procedere *l. constante ff. de Adult.*
Grammat. loco cit. nu. 5. & 6.

Addunt alij, quod nedum Pa-
tri, & fratri mulieris, sed etiam
eius Socero, & cognato, & sic Pa-
tri, & fratri ipsius viri competit
hoc ius accusandi, *Vinc. de Frac.*
dec. 94. quem refert & sequitur
Ricc. in Collect. dec. 236. par. 1: qui
ibidem *dec. 78.* id etiam extendit
ad hæredes etiam extraneos ma-
riti & aliorum, quibus huiusmo-
di ius querelandi a iure concedi-
tur.

12 Notandum 2. quod vxor ex
causa adulterij a Marito commif-
si potest agere civiliter contra
maritum ad thori separationem,
non autem ad pœnam infligendã
Peguer. dec. 94. quem refert idem
Ricc. in Collect. dec. 236. par. 1. &
dec. 2310. par. 6.

13 Notandum 3. quod neque in
alijs delictis Iudex potest ex offi-
cio procedere, nisi vel querela
partis, aut denunciatio officialis,
vel diffamatio aut quid simile præ-
cedat, quod Iudicem ex necessi-
tate officij sui quodammodo ad
procedendum impellat: alias pro-
cedendum non est.

cessus est ipso iure nullus, etiamsi delictum deinde plenè probetur; & ideo non attenduntur notificationes factæ extraiudicialiter, nequè illa, quæ fiunt ab incerto auctore, vel suppresso nomine denunciantis, etiamsi in eis nominentur testes de delicto informati; & processus inde factus similiter nullus est roboris. *cap. Inquisitionis S. tertia de Accus. Clar. in S. fin. q. 5. vers. scias etiam*, ubi etiam refert, quosdam Inquisitos super denunciationibus factis per personas in certas nulla præcedente querela fuisse à Senatu absolutos.

Addit Bonacini. *in tract. de Cōtract. disp. 2. q. 4. pun. 9. nu. 5. eum*, qui tacito suo nomine schedulam defert ad superiorem de aliquo delicto occulto, libelli famosi reū censerī, si hoc faciat, ut Superior de crimine inquiret, illudque notum, ac publicum efficiat notorietate iuris:

Quod magis locum habet in carnis delictis, ex quorum delatione semper sequi solet infamia, præsertim si multi elapsi sint anni post patratum crimen: hoc enim pia humana conditio exposcere videtur, ut post longum tempus commissi criminis delinquens nō deferatur ad punitionis tribunal ut dicunt DD. apud Dian. par. 4. tr. 5. ref. 23. & ita communiter observatur, non enim proceditur ex officio in huiusmodi criminibus, etiamsi notoria iam fuerint, si emendatio postea sequuta sit, quæ per spatium trium annorum in criminoso præsumitur, ut d. Bar-

bof. in capit. testimonium de testib. & alij communiter.

14. Simili quinquennio præscribitur etiam accusatio quoad effectum publicationis bonorū, *Add. ad Bart. in d. l. querela littera A. & communem dicit Clar. in S. fin. q. 51. vers. scias etiam in fin.*

15. Dixi, *exceptis casibus in iure expressis*, quia in quibusdam delictis accusatio semper durat, ut in crimine Parricidij *l. fin. C. ad l. Pomp. de Parricid.* & in crimine suppositi partus *iuxta l. qui falsam S. accusatio ff. ad l. Corn. de fals.* item in delicto hæresis & Apostasiæ à fide *l. Apostatarum C. de Apost. in crimine concussionis secundum glos. in d. l. querela ver. sicut cetera in fin. & in crimine læsæ maiestati, assassini, falsæ monetæ, Simoniæ, abortus, sodomix, raptus, stupri eum vi, & adulterij eum in ecctu, ut d. Farinac. Baiard. & alij, quos refert, & sequitur Loccatell. d. inspect. 5. num. 181. Megal. in ver. Assassinium num. 10.*

16. Addunt alij, quod crimina de iure canonico nunquam præscribuntur tempore, & hanc esse communem dicit Soc. sen. in cap. super num. 97. de Crim. fals. quem refert Bonacos. relat. in Syntag. opin. comm. tit. de crimin. & delict. cap. 12. vers. crimina.

17. Actiones verò ciuiles, quæ ex crimine descendunt, usque ad 30. annos durant *Clar. in S. fin. q. 51. vers. & hæc quidem in fin. Ricc. in Collect. decis. 138. & est communis opinio.*



IO. CAROLI ANTONELLI

SAC. THEOL. AC I. V. D. VELITERNI.

LIBER SEPTIMVS



DE REGVLARIBVS, ET MONIALIBVS.

SVMMARIVM.

- 1 **M**onasteria Regularium erigi non possunt sine licentia Episcopi, in cuius diocesi erigenda sunt.
- 2 Et an possint reedificari sine huiusmodi licentia.
- 3 An ante erectionem requiratur consensus Priorum aliorum monasteriorum.
- 4 Quando ad id requiratur consensus Incolarum.
- 5 Quid si edificentur hospitia.
- 6 An licentia Episcopi requiratur, si Regulares de loco non sano, seu incommodo ad saniores, vel ad

- modiorem monasterium transferant.
- 7 Monasteria nouiter erigenda, in quibus 12. Religiosi sustentari, ac inhabitare non poterint, Iurisdictioni ordinarij subdiciuntur: declaratur num. 8.
- 9 An ad id requiratur consensus Parochi, in cuius Parochia monasterium est erigendum.
- 10 Constructio fieri non debet infra spatium 140. cannarum inter unum, & alterum monasterium.
- 11 An hoc locum habeat in magnis & populatis orbibus.
- 12 Quae requirantur ad monasteria monialium erigenda.

CAP.

CAP. I.

De Monasterijs Regularium no-
uiter erigendis.

Vamuis per tex. in c. 1. de excess. Pralat. vetitum fuerit mendicantibus, ne acquirere possent noua loca ad habitandum absque sedis Apostolicę facultate, hodie tamen sufficit solius Diocęsani Episcopi licentia ex dispositione Conc. Tridentini sess. 25. de Regul. cap. 3. ibi, nec de cetero similia loca erigantur sine Episcopi, in cuius Diocęsi erigenda sunt, licentia prius obtenta, et aduertit etiam Sorb. in ver. edificare ver. circa §. 20. Lezan. in sum. qq. reg. to. 3. ver. Episcopus quoad Regulares num. 3.

2 Ex quo infert Ricc. in Prax. for. eccles. par. 4. ref. 339. quod ecclesia, seu monasterium reedificari non potest sine licentia Episcopi, si funditus destructum sit.

Notandum est autem, quod ad id non solum vocari, & consensu prestare debent Priores, seu Procuratores aliorum monasteriorum in illis locis, vbi erigenda sunt monasteria, sed etiam in alijs per quatuor milia passuum circumvicinis, nisi alias ipsi Episcopo constiterit, Religiosos monasterij erigendi absque detrimento Religiosorum aliorum monasteriorum iam erectorum commodę, & congruę manuteneri posse; quod si in illis nulli alij Regulares reperiantur, prædicta erectio cū

consensu iacolarum, & habitatorum eiusdem loci facienda est ex constitutione Clementis VIII. incip. Quoniam ad institutam, apud Piafec. in Prax. Episcop. par. 2. c. 3. num. 47. & ex constitutione Urbani VIII. incip. Romanus Pontifex, apud Lezan. in sum. qq. reg. to. 3. ver. Episcopus quoad Regulares n. 4. & ex decreto Sac. Congregationis edito sub die 17. Augusti 1622. apud Barbof. post. 3. par. tractat. de offic. & pot. Episc. fol. 65.

5 Obseruant tamen Doctores, quod dicta constitutio Clementis VIII non comprehendit hospitia ita decisum refert Ricc. in collect. decis. 2269. par. 6. Vult. in Prax. iudic. cap. 42. num. 21.

6 Obseruant 2. quod licentia Episcopi non requiritur, quando Regulares conuentum de loco non sano, seu incommodo ad sanio-rem, vel commodiorem transferunt: id enim possunt facere Regulares ex priuilegio Sixti IV. minoribus concessio, vt dicunt DD. apud Dian. par. 3. tr. 2. ref. 136. vbi etiam addit, huiusmodi priuilegio nõ fuisse derogatum per Concilium Tridentinum, quia loquitur tantum de noua erectione & ædificatione domorum, non autem de mutatione.

7 Item ex dicto decreto Sac. Congreg. prohibetur, ne monasteria de nouo erigantur, nisi in eo salte duodecim fratres, aut Monachi, seu Religiosi inhabitare, atq. ex consuetis elemosinis sustentari valeant: alioquin monasteria huiusmodi posthac erigenda, in quibus 12. religiosi, vt supra, sub-

- mentari, atque inhabitare nō potuerint, & actū non habitauerint, ordinarij loci visitationi, correctioni, atque omnimodę Iurisdictioni subiecta esse intelligantur *iuxta aliud decretum Sac. Cong. Concilij sub Urbano VIII. quod refert Barbof. de offic. & pot. Episc. p. 2. all. 26. n. 7. vers. verumquā.*
- 8 Eadem tamen Sac. Congregatio declarauit, hoc decretum eas tantum Religiones comprehendere, quę non consueuerunt onera missarū recipere, ut sunt Capucinę, & Religiosi Societatis Iesu, *ut refert Barbof. loco cit. par. 3. all. 98. num. 8.*
- 9 Pręterea requiritur consensus Parochi, in cuius Parochia monasterium est erigendum *secundum Ricc. in Prax. fore. eccl. par. 4. ref. 298. per text. in cap. quicumque 16. q. 1. verum ibi textus non exposcit cōsensum Parochi, sed Episcopi: & ideo sufficit, si erectio monasterij fiat sine pręiudicio ecclesię parochialis, ut colligitur ex d. cap. quicumque, & cap. ecclesię ead. q. n. audiri tamen debet Parochus iuxta citatam constitutionem Clementis VIII. cum in hoc habeat interesse ratione iurium parochialium, ut notat etiam Guid. Fap. dec. 360. num. 1. Barbof. d. par. 2. all. 26. num. 6.*
- 10 His adde, quod huiusmodi constructio fieri non debet infra spatium 140. cannarum intervallum, & alterum monasterium *iuxta constit. Clem. IV. & Sixti IV. apud Sorb. in ver. a edificare §. 16. & 19. exceptis monasterijs fratrum Minorum de obseruantia, a quibus*
- tercentum cannarum spatio distare debet domus, seu monasterium a Regularibus alterius ordinis mendicantis erigendum *ex constitutione 2. Iulij II. quam refert Barbof. d. all. 26. num. 6. vbi subdit, huiusmodi constitutiones non esse vsu receptas in magnis & populatis Urbibus, in quibus vicinissime noua monasteria edificantur, ut notat etiam Sorb. loco cit. vers. quoad. dispositionem: in his enim cessat ratio dictę prohibitionis, quę fuit, nē vnus Conuentus alteri impedimentum, seu detrimentum afferret.*
- 12 In erigendis verō monasterijs monialium non solum requiritur consensus ordinarij, sed etiam speciale indultum sedis Apostolicę, nec erigi possunt, nisi in locis munitis, & vbi adest copia confessorum, vel facultas cōducēdi confessorij aliunde, dammodo illis annuus reditus saltem scutorum 300. pro duodecim sustentandis assignetur; non tamen erigi debent in ijs locis, in quibus monasteria prius erecta laborant inopia, *ut resoluit Sac. Congreg. apud Lezan. in Sum. qq. neg. tom. 1. cap. 25. num. 43. Barbof. d. par. 2. all. 26. num. 7.* Nec possunt moniales in monasteria nouiter erecta introduci, seu transferri, nisi eadē monasteria auctoritate Apostolica extructa fuisse prius constituerit, ipsaque penia visitatione earundem monialium capacia, eisque accommodata, atque ita ab soluta reperta fuerint, ut Cementarijs, alijsque fabris nulla edificationis causa in ipsa postea in-

grediendi necessitas relinquatur
ex decreto Sas. Congreg. apud Len-
zan. in Sum. to. 3. ver. clausura nu-
mer. 13.

SVMMARIUM.

- 1 Regulares, qui sibi Conseruatores elegerunt, coram ipsis Conseruatoribus conueniri debent, sed alios conuenire non possunt.
- 2 Quam penam incurrat Conseruator excedens limites sua facultatis.
Item qualiter puniatur pars, quæ hoc fieri procurauerit, ibidem.
- 3 An Conseruatores possint eosdem Regulares defendere à manifestis iniurijs.
- 4 Et an possint procedere contra debitores ex causa ciuili.
- 5 De qualitate notorij prius constare debet, quam cognoscant de manifestis iniurijs.
- 6 An Conseruatores possint cognoscere causas in prima instantia.
- 7 Quando regulares coram ordinario conueniri possint, & numero 13.
- 8 Declaratur textus in cap. fin. de offic. deleg. in 6.
- 9 An possit ordinarius punire delegatos, qui sue Iurisdictionis limites excedunt.
- 10 Qui nam possint eligi in Conseruatores.
- 11 An ij, qui eliguntur in Conseruatores, teneantur munus acceptare.
- 12 An possit ordinarius alium in locum Iudicis Synodalis absentis, vel defuncti substituere.
- 13 Regulares, qui in termino à Gre-

gor. XV. prefixo Conseruatores non elegerunt, possunt illos ad hoc eligere.

14 An possit Conseruator vicees suas alijs committere.

15 An munus Conseruatorum cesset per mortem Pape.

C A P. II.

De Regularium Conseruatoribus.

Regulares, qui sibi conseruatores elegerunt, in ciuilibus causis coram ipsis Conseruatoribus conueniri quidem, aut trahi debent, sed alios conuenire, aut trahere non possunt, ita, vt memorati conseruatores in causis, in quibus regulares actores fuerint, nullam prorsus iurisdictionem habeant, sed tantum in ijs, in quibus rei extiterint ex constit. Greg. XV. incip. Sanctissimi, quam refert Barbof. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 106. nu. 55. Si verò suos limites scienter ex-
cesserint, per annum ob officio Conseruatoris huiusmodi suspensi sunt, & pars, quæ hoc fieri procurauerit, sententiam excommunicationis incurrit cap. fin. de offic. deleg. in 6. & constat etiam ex dicta constit. Greg. XV. §. ad hoc.

3 Obserua tamen 1. quod huiusmodi Conseruatores possunt etiã à notorij, & manifestis iniurijs, & violentijs defendere Regulares, dum à suis deijciuntur possessionibus, & proprijs bonis vti, ac frui de facto impediuntur; etiã si in hac parte actores sint, dum-

mo

modò obseruent formã prescrip-
tam in cap. 1. & fin. de offic. deleg.
in 6. vt censuit Sac. Congreg. Cons.
teste Barbof: vbi supra nu. 56. Le-
zan in sum. qq. reg. tom. 2. cap. 10.
numero 47.

4 Ex quo nonnulli Doctores in-
ferunt, Conseruatores Religio-
forum posse procedere contra
debitores ex causa ciuili etiam
laicos, quia iniuria non tantum
sumitur pro contumelia, vel con-
uicio, sed pro omni, quod fit cõ-
tra ius, & monasterio damnum
infern, ita Guid. Pap. dec. 18. n. 3.
& alij apud Dian. par. 3. tr. 1. resol.
20. sed cõtrarium videtur verius
per textum in d. cap. 1. & cap. fin.
de offic. deleg. in 6. ibi, nec ad alia,
qua iudicalem indaginem exigunt,
suam possint extendere facultatem,
ita glos. fin. in d. cap. 1. Lezan: in
sum. tom. 2. cap. 10. num. 63.

5 Notandum tamen est, quod an
tequam de huiusmodi manifestis
iniurijs cognoscant, constare
prius debet de qualitate notorij:
quia vbicunq; iurisdictio com-
petit alicui respectu certæ quali-
tatis, debet ante omnia eidem,
de illa qualitate constare Bart: cõ-
muniter receptus in l. multum in-
terest num. 2. & 5. ff. de Cond: &
demon.

6 Addit Nau. cons. 3. num. 2. de off.
Iud: deleg: quod Concilium Tri-
dentinum sess. 24. de ref. cap. 20. dũ
præcipit, causas omnes in prima
instantia coram ordinarijs loco-
rum dumtaxat esse agitandas, nõ
excludit Conseruatores, quia in
supradictis causis reputantur or-
dinarij, & ita etiam censuit Sac.

Congr. teste Barbof. de offic. & par.
Episo. par. 3. all. 106. num. 63.

7 Obserua 2. quod in ciuilibus
causis mercedam, & miserabiliũ
personarum Clerici seculares,
aut Regulares extra monasteriũ
degentes, quomodolibet exemp-
ti, etiam si certum Iudicem à se-
de Apokolica deputatum in par-
tibus habeant: in alijs verò, si ip-
sum Iudicem non habuerint, co-
ram locorum ordinarijs, tamquã
in hoc ab ipsa sede delegatis, cõ-
ueniri, & iure medio ad soluendũ
debitum cogi, & compelli possunt
priuilegijs, exemptionibus, Con-
seruatorum deputationibus, &
eorum inhibitionibus aduersus
præmissa non obstantibus ex Cõc.
Triden. sess. 7. de ref. cap. 14.

8 Obserua 3. quod prædicta ex-
cõmunicatio, de qua in d. c. fin. de
offic. deleg. in 6. nõ incurritur ab eo
qui non est pars in iudicio, reus
scilicet, vel actor, neque ex sola
procuracione, nisi effectus sequa-
tur Nau. in man. cap. 27. num. 125.
Bonacin: de censur. in part: disp. 2.
q. 2. pun. 35. nu. 3. & alij apud Bar-
bof. d. par. 3. all. 106. nu. 49. Lezan.
in sum. qq. reg. tom. 2. cap. 10. nu. 71.

9 Sed quæres 1. an ordinarius
possit in Conseruatores animad-
uertere, si fortè vltra causas sibi
permissas cognoscant? Resp. ne-
gatiuè, quia quoad hoc prouisum
fuit per Conc. Tridentinum sess.
14. de ref. cap. 5. & per dictã con-
stitutionem Greg. XV. vbi cauetur,
vt si qua inter Iudices Conserua-
tores, & locorum ordinarios cõ-
trouersia super competentia iu-
risdictionis orta fuerit, nequa
Gggg quam

quã in causa procedatur, donec per arbitros in forma iuris electos super iurisdictionis competentia fuerit iudicatum.

Alios tamen Delegatos etiam Principis, si limites excedant iurisdictionis, potest, ac tenetur ordinarius punire. *secundum Card. in Clem. 1. num. 16. de offic. ordin. Abb. in cap. significavit num. 3. eod. tit. & alios apud Barbof. d. par. 3. all. 106. num. 27.*

10 Quæres 2. qui nam possint eligi in Conseruatores? Resp: eos esse eligendos, qui habent qualitates requisitas, & descriptas in *statutum de Rescript. in 6.* ita vt vel dignitate ecclesiastica præditi, vel personatum obtinentes, vel ecclesiarum Cathedralium Canonici existant, qui que in Concilijs provincialibus, aut diocesanis iudices electi, seu designati sint iuxta formam Concilij Tridentini *sess. 25. de ref. cap. 10. vt constat ex constit. Clemen. VIII. & Greg. XV. apud Barbof. d. all. 106. num. 54. & 55.*

11 Tenentur autem tales conseruatores à Regularibus electi acceptare huiusmodi munus, alias rei sunt peccati mortalis, nisi aliqua graui causa exeuserint *secundum Rodriq. tom. 1. qq. reg. q. 65. ar. 4. Peirin. to. 1. Priuil. minim. in constit. 4. Iulij. 11. num. 30. quos refert, & sequitur Lezan. in sum. to. 2. c. 30. num. 18.*

12 Addit idem Lezan. *loco cit. nu. 56. ex decreto Sac. Congr. quod si quis ex iudicibus Synodalibus longo tempore absit, potest ordinarius cum consilio Capituli alium*

in eius locum substituere; quemadmodum potest ordinarius alium substituere in locum Iudicis synodalis defuncti vsque ad futuram synodum *iuxta Tridentinum loco citato cap. 10.*

13 Quæres 3. An Regulares, qui in termino eis à Greg. XV. præfixo Conseruatores non elegerunt possint adhuc illos eligere? Resp. affirmatiue: interim tamen coram ordinario conueniri debent *ex eodem Conc. sess. 7. de ref. cap. 14. & ex constit. Greg. XV. ibi, alioquin eo termino elapso, quamdiu conseruatores secundum formam præsentis constitutionis non elegerint, coram eisdem ordinarijs conueniatur, & ita etiam declarauit Sac. Congreg. teste Lezan. in sum. to. 2. d. cap. 10. num. 58.*

14 Quæres 4. an possit conseruator vices suas alteri committere? Resp. negatiue *ex d. tex. in cap. fin. de offic. Iud. deleg. in 6. ibi, vices quoque suas citationibus, & sententiarum denunciationibus dumtaxat exceptis, quas per alios valeant exercere, nulli committere possint, nisi hoc eis competierit ex beneficio litterarum: sed nec tunc nisi intra Ciuitates, seu Dioceses, in quibus deputati fuerint, & personis, quæ superius sunt expressæ hoc est vel Episcopis, aut eorum superioribus, aut Abbatibus, seu Dignitatibus, vel personatum in Cathedralibus, vel collegiatis ecclesijs obtinentibus.*

15 An verò conseruator habens huiusmodi priuilegium, seu facultatem delegandi possit committere vices suas canonico ecclesie

Ca.

Cathedralis? Resp. affirmatiue, cum talis canonicus possit eligi conseruator, vt ex predictis constitutionibus obseruat, etiam Barbosa loco cit. num. 11. Lezan. in sum. qq. reg. tom. 2. cap. 10. nu. 52. & 53.

- 15 Quæres 5. an officium, seu munus Conseruatorum, quia Regularibus eliguntur, cesserit per mortem Papæ? Resp. negatiue: quia eliguntur virtute priuilegij, seu concessiois, & gratiæ factæ eisdem Religionibus Nau. cap. 27. n. 253. Rodriq. tom. 1. qq. reg. q. 65. art. 6. Mirand. in man. tom. 2. q. 47. art. 6. quos refert, & sequitur Lezan. in sum. qq. reg. tom. 2. cap. 10. nu. 20. vbi etiam dicit, dispositionem cap. fin. de offic. deleg. in 6. in quo habetur, officium quorumcunque Conseruatorum quoad non capta negotia per obitum concedentis, expirare, solum procedere in conseruatore concessio priuatis personis, non autem ordini, vel Religioni.

S V M M A R I V M.

- 1 In quolibet monasterio tam virorum, quam mulierum is tantum numerus constituendus est, qui vel ex redditibus, vel ex consuetis elemosinis sustentari commodè potest.
- 2 Determinare numerum monialium ad Episcopum spectat etiã in Monasterijs exemptis.
- 3 Quando ultra numerum præfixum aliæ moniales recipi possint.
- 4 An possint ultra duas sorores in eodem monasterio habitum regularem suscipere.

C A P. I H.

De Numero monialium in quouis monasterio præfigendo.

IN Monasterijs, & domibus tam virorum, quam mulierum bona immobilia possidentibus, vel non possidentibus is tantum numerus constituendus est, ac in posterum conseruandus, qui vel ex redditibus proprijs monasteriorum, vel ex consuetis elemosinis commodè possit sustentari ex decreto Concilij Tridentini sess. 25. de Regul. cap. 3.

Determinare verò numerum monialium ad Episcopum spectat etiam in monasterijs, quæ regularibus subdita sunt, cum interuentu tamen superioris regularis ex constitutione Greg. XIII. incip. Deo sacris, quam refert Quarant. in ver. monasteria monialium, & c. fuit etiam Sac. Cong. teste Lezan. in sum. qq. reg. tom. 4. ver. moniales num. 5.

Observant tamen DD. quod etiam vbi expletus est numerus monialium, quæ ali possunt ex annuis redditibus monasterij, possunt aliæ sufficienter dotatæ cum sua dote supra illum numerum admitti, vt d. Nau. de Redit. eccles. q. 1. moni. 62. num. 2. vbi aduertit, Concilium loco cit. tantum prohibere, nè recipiantur indotatæ: & cum expensis monasterij, & ita etiam tenent alij DD. quos refert

Gggg 2 fert

fert, & seq. Barbof. de offi. & pot. Episc. par. 3. alleg. 98. num. 9. non possunt tamen huiusmodi supra-numeraria admitti sine Sac. Congregat. licentia ex decreto eiusdem Sac. Congregationis, quod refert Lezan. in Sum. qq. reg. to. 1. cap. 25. num. 6. & tunc quæ ultra statutum numerum recipiuntur, duplicem elemosinam afferre debent, hoc est duplicatam summam eius, quæ in receptione cuiusque monialis intra numerum in quolibet monasterio constitutum erogari pro tempore consueverit: ita tamen ut ubi summa, quæ confertur, minor est scutis ducentis, ibi saltem ratione duplicatæ elemosinæ soluenda sint scuta quadringenta, ut decrevit Sac. Congr. teste Vulp. in Prax. iudic. cap. 4. num. 13. Lezan. in sum. to. 1. cap. 25. nu. 6. Quarant. in ven. monasteria monialium.

Quæ verò supra numerum præfixum recipiuntur, in locum monialium decedentium intra numerum nequaquam subrogantur, neque impedimento sunt, quin aliæ in locum earundem ex numero demortuarum recipi eo modo valeant, quo in singulis monasterijs moniales intra numerum possunt admitti; quinimodò sic supra numerum receptæ supranumeraria semper quoad hoc remanent, etiam si in cæteris ab alijs nihil differant, ut censuit Sac. Congreg. apud Quarant. & Lezan. locis cit. Barbof. d. p. 3. all. 98. nu. 4.

4 Adde, quod non possunt ultra duas sorores in eodem monasterio habitum regularem suscipere, & professionem emittere abs-

que Sac. Congregationis licentia: & si hac licentia obtenta tertiam soror ad habitum admittatur, voce actiua, & passiva tamdiu carere debet, quousque altera ex eisdem duabus sororibus vitam scilicet morte commutauerit; dotemque duplicatam tenetur soluere, quatenus intra, triplicatam verò, si supra numerum existat, talique casu adimpleri debent conditiones in licentijs pro monialibus supranumerarijs concedi solitis; ubi verò laudabilis consuetudo inoleuit, vel Pontificia constitutione cautum est, ne duæ sorores in eodem monasterio habitum suscipiant, ita observari debet, ut rescripsit Sac. Congr. ad Archiepiscopum Bracharen. sub die 26. Augusti 1616 teste Lezan. in sum. qq. reg. to. 4. ven. moniales num. 6.

S. V. M. M. A. R. I. V. M.

- 1 Potest Episcopus interesse electioni quarumcumque Abbatissarum etiam exemptarum.
- 2 Quando Prelati Regulares tenentur Episcopo significare diem electionis Abbatissæ.
- 3 Abbatissa per vota secreta est eligenda, quæ aetatem præscriptam in Conc. Tridentino habeat.
- 4 Non potest eligi ad vitam, sed per triennium.
- 5 An post elapsum triennium possit iterum eligi, ibidem.
- 6 In huiusmodi electione ex tripartito numero monialium duæ partes concurrere debent.
- 6 An per Concilium Tridentinum sublata fuerit forma cap. quædam pro-

- propter de elect.
- 7 Quid si Moniales in electione discordes fuerint.
- 8 An monialis vidua, vel alias corrupta possit eligi in Abbatissam:
- 9 Et an monialis illegitima ad huiusmodi munus assumi possit.
- 10 An Praelati dictarum monialium possint in praedicta illegitimitate dispensare.

CAP. IV.

De electione Abbatissae.

- P**otesť Episcopus vna cū Superioribus regularibus electioni quarumcumque Abbatissarum per se, siue per alium interesse ex Constitutione Greg. XV. *incip. Inscrutabili*; & ideo tenentur Regulares Episcopo significare diem electionis Abbatissae, eūque ad praefinitum tempus expectare, si antea ipse expressē declarauerit, se vti velle facultate sibi hac in parte attributa ita, vt post dictam declarationē liceat Episcopo censuris, & alijs pœnis punire Regulares, qui ante tempus significatum, aut die electionis eidem non praenunciata ad Abbatissae electionem processerint, ita declarauit Sac. Congreg. in resp. ad dub. 25. super ead. constitutione refert Barbof. post 3. par. Tract. de offic. & pot. Episc. fol. 55. & seq. Lezan in Sum. qq. reg. to. 1. cap. 25. nu. 46. Vulp. in Prax. Iudic. cap. 42. num. 28.
- 3 Eligi autem debet Abbatissa

per vota secreta iuxta Tridentinum sess. 25. de Regul. cap. 6. quae habeat aetatem praescriptam in eodem Concilio loco cit. cap. 7. vt notant etiam Doctores apud Barbof. d. par. 3. all. 100. num. 17: vbi etiam dicit, quod electio aliter facta nullius esset roboris.

Nec potest eligi ad vitam, sed per triennium: & postea a regimine, & administratione monasterij debet abstinere per triennium a die finitae administrationis: quo elapso seruata forma, eiusdem Concilij iterum, ac pluries eligi potest per Constitutionē Greg. XIII. *incip. Exposit debitu*, quam refert Vulp. in Prax. Iudic. cap. 4. num. 14. Lezan. in Sum. qq. reg. tom. 1. cap. 26. num. 4. Quarant. in ver. Abbatissa.

In huiusmodi verò electione ex tripartito numero monialium duae partes concurrere debent, nisi alia adesset loci consuetudo ex decreto Sac. Congreg. apud Piafec. in Prax. Episc. par. 2. cap. 3. nu. 57. vers. in monasterijs.

An verò per Concilium Tridentinum sublata fuerit forma *c. qui* propter de elect. non fuisse sublata, sed adhuc in suo robore permanere dicit Barbof. d. par. 3. all. 100. num. 17. vbi citat Fr. Emman. in Sum. p. 1. cap. 102. num. 2. Zerol. in Prax. Episc. par. 1. ver. Abbatissa §. 6. Azor. in Stat. mon. par. 1. lib. 13. cap. 10. quaest. 2. Sigism. à Bonon. de elect. dub. 27. nu. 10. & 11.

Si verò Moniales in electione huiusmodi fuerint discordes, potest Episcopus nominare vnam, quam magis idoneam iudicauerit

- rit, ut censuit Sac. Cong. teste Pia-
sec. loco cit.
- 8 Quæres, an monialis vidua possit eligi in Abbatissam? negativè respondet Ricc. in Collect. decis. 2415. par. 6. Lezan. in Sum. qq. reg. tom. 1. cap. 26. numer. 5. & 7. & alij. Unde ad hoc requiri dispensationem Papæ censuit Sac. Cong. apud Dian. par. 3. tr. 2. ref. 99.
- Addunt alij apud Barbof. d. all. 100. num. 14. ab hoc munere excludi eas omnes, quæ virgines nõ sunt; & ideò si monialis corrupta occulta eligatur, tenetur se excusare prout melius potuerit, nè suum defectũ prodat, ut d. Lezan. loco cit.
- 9 An verò monialis illegitima absque dispensatione Papæ possit in Abbatissam eligi? negat Nau. in man. cap. 27. num. 201. & alij plures apud Barbof. ubi supra nu. 13. sed contrarium tenet Lezan. in Summ. tom. 1. cap. 26. nu. 6. & hanc sententiam videtur approbasse Sacra Congregatio, quæ censuit moniales ex illegitimo thoro natas sub constitutione Sixti V. contra Regulares illegitimos nõ comprehendendi, quominus ad officium, vel dignitatẽ Abbatissæ, seu Priorissæ eligi possint, ut refert Dian. 10 par. 3. tr. 2. ref. 101. vbi etiam notat quod stando in prima sententia, possunt Prælati dictarum monialium in prædicta illegimitate dispensare.
- habet in moniales etiam exemptas.
- 2 Episcopus punit Regulares, & alios exemptos, qui circa clausuram delinquant.
- 3 Episcopus quoad observantiam clausuræ visitare potest moniales etiam exemptas.
- 4 Item potest suo edicto imponere pœnam excommunicationis latę sententia contra apertentes ostium clausuræ extra casus indigentie, vel colloquentes cum monialibus.
- 5 An hæc excommunicatio liget Regulares.
- 6 In edicto Episcoporum prohibitum accessum ad monasteria monialium non comprehenduntur femine.
- 7 Patres, & filij monialium possunt eas alloqui sine licentia.
- 8 Licentia colloquendi cum moniali concessa religioso extenditur etiam ad eius socium.
- 9 Excommunicatio lata contra alloquentem moniales, non comprehendit alloquentem Novitias.
- Novitie in odiosis non veniunt appellatione monialium, secus in favorabilibus, ibidem.
- 10 Ad quem spectet dare licentiam ingrediendi monasteria monialium, vel cum eis colloquendi.
- 11 Quando Regulares colloqui possint cum monialibus.
- 12 An nomine Vigiliæ veniãt quatuor tempora.

S V M M A R I V M

- 1 Episcopus in ijs, quæ ad clausuram spectant, Jurisdictionem



C A P. V.

De conseruanda monialium
clausura.

- N**ijs, quæ ad clausuram spectant, Episcopus in moniales etiam priuilegio, vel indulto Papa exemptas, huc Regularium eura subiectas iurisdictionem habet ex *Conc. Tridentino sess. 25. de Regul. cap. 5. & ex constitut. Pij V. incip. Circa pastoralis officij* & *Gregor. XIII. incip. Deo sacris. relat. per Quarant. in ver. monasteria monialium*: ita vt punire etiam possit Regulares, & alios exemptos, qui circa clausuram delinquant: ex *constit. Greg. XV. incip. Inseruabili*, cuius dispositionem non tantum procedere in delictis notorijs, & scandalosis iuxta *Conc. Tridentinum sess. 25. de Regul. c. 14.* sed etiam in omnibus indistincte dicit *Lotter. de Re Benef. lib. 1. q. 24. n. 66. & 67. quæ refert, & sequitur Barbof. de offic. & pot. Episc. p. 3. all. 105. n. 20.* quia in legibus indefinita oratio æquipollet uniuersali iux. *glo. in clem. 1. ver. quâuis de Præb. Bart. in l. omnes populinum. 57. de Iust. & iur.*
- 3 Ex quo infertur 1. posse Episcopum visitare quoad obseruantiam clausuræ moniales etiam exemptas toties, quoties ei videbitur expedire, vt *consuit Sac. Congreg. teste Ricc. in Prax. for. eccl. par. 1. ref. 649. & par. 4. resolut. 1900. & notant etiam DD. apud*

Barbof. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 102. num. 5. & seq. Lezan. in sum. qq. reg. to. 3. in ver. Episcopus quoad Regulares nu. 13. vbi dicit, id faciendum esse cum superioribus earumdem monialium per d. constit. Pij V.

- 4 Infertur 2. posse Episcopum ad clausuram custodiendam pœnam excommunicationis latæ sententiæ suo edicto imponere contra aperiētes ostium clausuræ extra casus indigentia, nec nō cōtra accedentes ad monasteria monialium etiam exemptatum, vel Regularibus subiectarū; seu cum illis colloquentes c. *monasteria de vit. & bon. Cler. & tradunt DD. quos refert & sequitur Barbof. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 102. num. 74. & seq. ita vt hæc excommunicatio liget etiam Regulares, ac moniales exemptas, si de illis in edicto mentio fiat, vt *consuit Sac. Cong. teste Lezan. in sum. qq. reg. to. 3. ver. Episcopus quoad Regulares nu. 13. Bonac. in. de clausur. q. 3. pun. 4. in fin. & in tali casu Regulares sic excommunicati non possunt absolui à suis superioribus, sed ab Episcopo, si hanc absolutionem sibi reseruauit Lezan. in sum. to. 1. cap. 25. num. 35. & tom. 3. in ver. Episcopus quoad Regulares nu. 13. vbi refert, ita Sac. Congregatione declarasse.**

Limita. si tales Regulares habeant ex priuilegio, quod non possint ab Episcopo excommunicari, vt *d. Marcell. Vulp. in Prax. iudic. cap. 4. num. 8. & similiter consuit Sac. Congr. teste Barbof. vbi supra num. 75. Dian. par. 3. tr. 2. ref.*

103. ubi etiam subdit, quod serè omnes Religiones huiusmodi privilegium habent, *Lezan. in sum. tom. 4. ver. moniales nu. 26.* ubi dicit, quod tunc à suis superioribus alia pœna sunt plectendi.

Obserua tamen, quod huic privilegio quoad hoc derogatum fuit per d. constitutionem Gregor. XV. incip: *Inscrutabili*, ibi, ad hæc tam Regulares, quam sæculares huiusmodi nullis privilegijs, aut exemptionibus tueri se possint, quominus si deliquerint circa personas intra septa degentes, aut circa clausuram, vel circa honorum 6 administrationem monasteriorum monialium etiam Regularibus subiectarum, ab Episcopo loci similiter tanquam ad hoc sedis Apostolica delegato quoties, & quando opus fuerit, puniri, & corrigi 7 valeant, & infra, ita ut Episcopi in superscriptis casibus, & in prænomatas personas in præmissis omnibus, & singulis, aut circa ea quoquo modo delinquentes, quoties & quando opus fuerit, etiam extra visitationem, per censuras ecclesiasticas, aliasque pœnas uti eiusdem sedis delegati procedere, omnemque iurisdictionem exercere liberè, & licitè valeant, ut aduertit etiam Bonacin. de clausur. q. 3. pun. 4. nu. 8. qui quid dicat Dian. par. 3. tr. 2. ref. 48. vers. nota octavo *Lezan. in sum. tom. 4. ver. moniales numero 26.*

Vnde Sae. Congr. approbante Urbano VIII. simpliciter, & indistinctè declaravit, Regulares absque legitima licentia accedentes ad monasteria monialiù, ibiq.

in loco colloquijs destinato cum moniali colloquentes immediate ab Episcopo tamquam sedis Apostolicæ delegato coerceri, & puniri posse; item censuit, moniales Regularibus subiectas colloquentes cum Regularibus etiã eiusdem ordinis licentiam legitimam non habentibus incurrere pœnas, & censuras in Concilijs provincialibus, vel edictis Episcopalibus comminatas, ut refert Bonacin. loco cit. *Lezan. ubi supra num. 26. Barbof. post. 3. par. d. Tr. pag. 58.*

Obserua 2. quod in edicto Episcoporum prohibentium accessum ad monasteria monialium ex generali consuetudine non comprehenduntur scemina, ut d. Ricc. in *Prax. for. eccles. par. 1. ref. 553.*

Obserua 3. quod Patres, & filij monialium possunt eas alloqui sine licentia, exceptis diebus prohibitis, ut declaravit Sac. Congr. apud *Lezan. in sum. d. tom. 4. ver. moniales nu. 23.* ubi ex hoc inferit, posse etiam Religiosum absque ordinarij licentia colloqui cum moniali eius filia, vel matre.

Obserua 4. quod licentia colloquendi cum moniali concessa Religioso extendi etiam videtur ad socium ipsius: quia de connexis idem est iudicium Riccius in *Prax. par. 1. ref. 642.* & alij: quem admodum licentia visitandi sacrosanctum Christi Domini Sepulchrum alicui à Papa concessa extenditur ad socium à superiore assignandum, ut dicunt DD. apud *Lezan. in sum. tom. 4. ver. moniales numero 23.*

Item

Item in casibus, in quibus Confessarius eget socio, dum ex aliqua causa necessaria ingreditur septa monasterij, non est necessaria licentia pro eo expressa: quia comprehenditur in privilegio confessarij propter connexionem actionis *Dian. par. 3. tr. 2. ref. 31. Lezan. in sum. tom. 1. cap. 25. nu. 40. & tom. 3. ver. clausura num. 27.* ubi etiam dicit, quod socius huiusmodi debet esse vitæ exemplaris & ætatis supra 50. annos, si commode talis ætatis reperiri possit.

9 Observa 5. quod excommunicatio lata contra alloquentem moniales non comprehendit alloquentem Novitias: quia Novitiæ in odiosis non veniunt appellatione monialium, ut *d. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 4. ref. 260.* Unde nec astringuntur censuris, & præceptis Regulæ, neque includuntur in casibus referuatis à superioribus Religionum *Sylu. in ver. Religio 5. nu. 6. Sorb. in ver. novitius 5. fin. vers. an autem, & alij communiter.*

In favorabilibus verò habentur tamquam professæ, & gaudent privilegijs monialium, quia sunt de familia monasterij, & pars cõmunitatis eiusdem Religionis, ut *d. idem Ricc. in Prax. d. par. 4. resol. 241. & alij apud Dian. par. 3. tr. 2. resolutione 73.*

10 Sed quæres, ad quem spectet dare licentiam ingrediendi monasteria monialium, vel cum eis colloquendi? Resp. quod ad Episcopum spectat auctoritate quidem propria quoad monasteria sibi subiecta: auctoritate verò, delega-

ta, quoad ea, quæ sedi apostolicæ immediatè sunt subiecta ex *Conc. Tridentino sess. 25. de Reg. capit. 9.* quoad monasteria verò, quæ à Regularibus reguntur, ad ipsos superiores Regulares spectat, nisi adsit consuetudo legitimè præscripta, ut huiusmodi licentiæ etiã quoad hæc monasteria ab Episcopo tantum, vel ab Episcopo, & superiore Regulari coniunctim obtineatur, ita censuit *Sac. Congr. teste Quarant. in ver. monasteria monialium vers. hinc tangenda Barbof. de off. & pot. Episc. p. 3. all. 102. nu. 28. 40. 41. & 76. Piafec. in Prax. Episc. par. 2. cap. 3. num. 54. & tunc in casibus repentinis sufficeret licentiam alterius subscriptione roborare ex declaratione Sac. Congregationis, quam refert Barbof. d. par. 3. all. 102. num. 28.*

Item ubi fuerit consuetudo introducta, ut Episcopus habeat superintendentiam aliquam super concessione talium licentiarum, v. gr. quod debeant in actis curiæ episcopalis registrari, observanda est: non tamen posset Episcopus licentiam tunc improbare, ut declaravit *Sac. Cong. apud Lezan. in sum. tom. 1. cap. 25. nu. 25.*

Addunt DD. apud Barbof. ubi supra num. 39. quod si superior longè absit, in casibus repentinis licentiam concedere potest Præfecta.

11 Notandum est autem, quod Regulares, seu Religiosi ex decreto *Sac. Congregationis edito xii. Kal. Decembris 1623. approbante Urbano VII.* per quatuor vices tantum quolibet anno moniales

H h h h allo-

alloqui possunt, seruatis tamen his conditionibus, quarum prima est, vt moniales in primo, vel secundo tantum consanguinitatis gradu Regulari sint coniunctæ. secunda, vt id non fiat diebus festiuis, aut in Aduenta, Quadagesima, feria sexta, sabbato, & vigilijs, tertia, vt licentia alloquendi obtenta ab ordinario, & ab alio, ad quem spectat eam concedere, consignetur Confessario ordinario monasterij, qui penes se eam retinere debeat, isque associet, & præfens sit. Quarta, vt Auscultatrices de more, non autem alia assistant. Quinta, vt prædicta licentia pro die, & hora certa, & in scriptis concedatur, & in libris Cancellariæ eiusdem ordinarij annotetur. Quod si Regulares per plures vices, vel aliter non seruata forma prædicta, eum monialibus colloquantur, eo ipso Incidunt in pœnas priuationis officiorum, ac vocis actiue, ac passiuæ ita, vt ab alio, quam à Summo Pontifice, vel à Sac. Congregatione rehabilitari non possint: quibus pœnis subiiciuntur etiam Equites S. Ioannis Hierosolimitani, ita referunt Barbof. d. p. 3. all. 102. num. 72. & post d. par. 3. pag. 66. Banacin. de Clausur. q. 3. pun. 4. Quar. in ver. monasteria monialium Lezan. in Sum. to. 4. ver. moniales num. 18. & seq. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 4. ref. 180.

12 An verò nomine Vigiliæ veniant quatuor tempora & negatiuè respondet Lezan. loco cit. n. 23.

S V M M A R I V M.

1 Excömunicationem incurrat qui

- sine Superioris licentia ingrediatur septa monasterij monialium.
- 2 An in casibus urgentis necessitatis licitus sit ingressus in huiusmodi monasteria sine licentia.
- 3 An possit Episcopus licentiam ingrediendi concedere Viduis, vel mulieribus coniugatis, quæ virorum sentiantiment.
- An Episcopus possit huiusmodi licentiam concedere consanguineis causa visitandi monialem infirmam. ibidem.
- 4 Necessitas in hoc casu qualiter accipienda sit.
- 5 An licitus sit puellarum ingressus educationis causa.
- 6 Quando recipi possint in huiusmodi monasterijs famule seculares.
- 7 Quando licitum sit Superioribus in huiusmodi monasteria ingredi. Qua pœna plectantur Superiores ingredientiæ absque necessitate, ibidem.
- 8 An Prelatus concedens facultatem ingrediendi absq; iusta causa excömunicationem incurrat.
- 9 Quam pœnam subeant ingredientiæ claustra monialium prætextu facultatum à Summo Pontifice, vel alijs Superioribus obtentorum.
- Item quam pœnam incurrant Abbatissa, ac Superiores admittentes eos, qui prætextu dictarum licentiarum ingrediuntur, ibidem.
- 10 Qua pœna plectantur mulieres prætextu huiusmodi licentiarum ingredientiæ monasteria Regularium virorum, ac superiores præfatas mulieres introducetes.
- 11 An priuatæ moniales, vel Religiosi particulares in tali casu admitt-

mittentes aliquam pœnam incurrant.

- 12 Quid si quis ingrediatur vigore huiusmodi facultatum post constitutionem Greg. XIII. & Pauli V.
- 13 Item quid si quis habeat licentiam ingrediendi in casibus necessarijs, & ingrediatur in casibus non necessarijs, vel quando cessauit necessitas.
- 14 Qualiter puniantur moniales admittentes eos, qui ingrediuntur in casibus non necessarijs.
- 15 Item qualiter puniatur ingrediens prætextu licentiae, quam Episcopus concessit in casu non necessario.
- 16 Quando incurrantur pœna inflicta in cōstitutionibus Pij V. Greg. XIII. & Pauli V.
- 17 Quo casu Religiosi admittentes mulieres in eorum claustris excusentur à supradictis pœnis.
- 18 Quid si tempore concessæ licentiæ nulla aderat necessitas, sed postea tempore ingressus superuenierit.
- 19 Quam pœnam incurrât ingrediens monasteria monialium absque licentia, & necessitate.
- 20 Et quid si moniales priuata admitterent aliquem intra monasterium sine superioris licentia.
- 21 Qualiter puniantur mulieres ingredienti monasteria uirorum absque ulla facultate, ac Regulares eas admittentes in tali casu.
- 22 Quando liceat mulieribus ingredi in monasteria uirorum Regularium.

C A P. VI.

Quam pœnam incurrant ingrediens monasteria monialium.



Ingressi intra septa monasterij monialium nemini licet sine Episcopi, vel Superioris licentia in scriptis obtinenda, alias sententiam excommunicationis ipso facto incurrit: dare autem tantum Episcopus, vel superior licentiam debet in casibus necessarijs, ut statuit Sac. Tridēna Synodus sess. 25. de Regul. cap. 5.

2 Observat autem DD. in casibus urgentis necessitatis, puta ruinae, incendij, violentiae personarum, vel similis, in quibus periculum esset in mora, licitum esse ingressum in huiusmodi monasteria absque dicta licentia, ita Rodrig. & Sorb. apud Mancin. in Pract. 4. dub. 8. ubi etiam ab hac excommunicatione excusat sacerdotē, qui absente ordinario Cōfessario absque licentia ingreditur Monasterium, ut au diat confessionē monialis, quæ reperitur in articulo mortis.

3 Observant 2. non posse Episcopum licentiam ingrediendi concedere Viduis, nisi moniales fiant: neque mulieribus coniugatis, quæ uirorum fructum timent: neque Parentibus, aut alijs consanguineis causa visitandi monialem infirmam etiam in mortis periculo constitutam: quia in his casibus nulla adest necessaria cau

sa Barbof. de offic. & pot. Episc. p. 3. all. 102. num. 67. Bonacin. de Clausur. q. 4. pun. 4. n. 17. Quarant. in ver. monasteria monialium vers. sed an liceat Ricc. in Prax. for. eccles. p. 4. ref. 205. & 208. non tamen conuenit, vt Vidua admittatur ad habitum monachalem virginum, vt censuit Sac. Congreg. apud Lezan. in Sum. qq. reg. 10. 1. c. 25. n. 9.

Si verò imminet graue periculum, puta si timeatur de morte, vel alio graui damno mulieris, poterit tunc Episcopus permittere, vt talis mulier monasterium ingrediatur, & in eo permancat, quamdiu causa ingressus perdurauerit iuxta cap. de benedicto 32. g. 1. & notat Ricc. d. ref. 208. quia repentini casus important necessitatē, quæ legi non subiacerit. r. C. de oper. libert.

4 Addunt DD. apud Bonacin. de clausur. q. 4. pun. 4. nu. 2. quod necessitas in hoc casu accipienda est moraliter, non autem phisicè pro strictissima necessitate, & ideo ad hoc sufficit rationabilis causa, quæ in morali necessitate consistit.

5 Obseruant 3. licitum esse puellarum ingressum in hæc monasteria educationis causa, nam hic censetur vnus ex casibus necessarijs: cum enim eo tempore viuendi vsus, ac regulas monasterij ediscant, atque experiantur, maiori cum libertate deinceps eligere sibi possunt, vel statum religiosum, vel secularem, ita dec. a. nauit Sac. Congreg. teste Piafec. in Prax. Episc. par. 2. cap. 3. num. 57. Quarant. in ver. monasteria Mo-

nsalium vers. de puellis Barbof. d. all. 102. num. 62. Bonacin. de Clausur. q. 4. pun. 4. num. 15. & 16. vbi subdit, quod hodiè non sufficit Episcopi facultas, sed requiritur licentia Sac. Congregationis.

Notandum tamen est, quod puellæ causa educationis ingressæ licitum est morari in monasterio vsque ad ætatem 25. annorum ex decreto S. Congregationis apud Ricc. in Prax. par. 4. ref. 209.

6 Obseruant 4. quod pro totius monasterij obsequio de licentia Superioris recipi possint tres, vel quatuor famulæ seculares, dummodò ibi non adsint Conuersæ, quæ domestica seruitia, seu ministeria exerceant; cum enim moniales choro, diuinis officijs, atque orationi potius vacare debeant, quis non videt, moniales quam maximè indigere famularum obsequio? Sorb. in ver. ingredi monasteria vers. de illis verò Bonacin. vbi supra. num. 10. huiusmodi tamen famulæ non possunt è monasterio ad libitum exire ex decreto Sac. Congregationis apud Barbof. d. par. 3. all. 102. n. 60.

Verum pro priuato ministerio alicuius monialis quamuis nobilissime egræ valetudinis, vel nimie senectutis, non possunt introduci ancillæ sine licentia sedis Apostolicæ, etiam si talis monialis necessitati per conuersas monasterij subueniri commodè non possit, vt censuit Sac. Cong. teste Lezan. in sum. qq. reg. 10. 1. capit. 25. numero 32.

7 Sed neque ipsismet superioribus in monasteria ingredi licet nisi

nisi aliqua subſtitutione ceſſitas ingre-
diendi: alias Prælati, qui pontifi-
calis dignitatis fuerint, pro pri-
ma vice, qua contraſecerint, in-
greſſu eccleſiæ interdicti, pro ſe-
cunda, munere pontificali, & à di-
gnitate ſuſpenſi, & deinceps ipſo fa-
cto abſque alia declaratione ſunt
excommunicati: Regulares verò
omni officio, ac miniſterio priua-
ti excommunicationi ſimiliter ſu-
biacunt *ex conſtitutione Gregor.
XIII. incip. Dubijs, que emergunt,
quam refert Quarant. in ver. mo-
naſteria monialium.*

Vicarij verò Epiſcoporum, o
Abbaſes, & Prælati ſeculares ha-
bentes iuriſdictionem quaſi Epi-
ſcopalem ingredientiſ monaſte-
ria monialium ſibi ſubiecta præ-
ter caſus neceſſitatis, ſupradictis
pœnis minimè ſubduntur: quia,
in dicta conſtitutione Gregorij
ſermo tantum eſt de Prælatiſ ſecu-
laribus pontificali dignitate præ-
ditis, ac de Prælatiſ regularibus,
*ita Sanch. in oper. mor. lib. 6. cap. 16.
num. 99. Bonacin. de clauſur. d. 4.
pun. 5. num. 1. verſ. ex dictis patet.*

8. His adde, quod Prælatiſ con-
cedens facultatem ingrediendi
abſque iuſta cauſa nullam excom-
municationem incurrit, cum ta-
lis excommunicationi nullibi ex-
preſſa reperitur *Bonacin. ibidem
d. 4. pun. 4. in fin.*

9. Qui verò clauſtra monialium
ingrediuntur prætextu facultatū
à Summo pontifice, Legato, Epi-
ſcopo, vel ab alijs conceſſarum,
incurrunt in excommunicationē
Pape reſeruatam *per conſtitutionē
Greg. XIII. incip. Vbi gratia, &*

*per conſtitutionem Pauli V. incip.
Monialiu ſtatui, quas refert Qua-
rant. in ver. monaſteria monialiu
Barboſ. poſt 3. par. tractatus de off.
& pot. Epiſc. conſtit. 45.*

Item Abbaſſiſ, ſeu Prioriſſæ,
ac ſuperiores admittētes eos, qui
prætextu dictarum licentiarum
ingrediuntur, eandem excom-
municationem incurrunt, ac of-
ficijs, que obtinent, ipſo facto
priuantur, & ad alia in poſterum
obtinenda ſunt inhabiles *ex di-
ctis conſtitutionibus Greg. XIII.
& Pauli V.*

In eandem excommunicationem
incidunt mulieres prætextu
huiuſmodi licentiarum ingredie-
tes monaſteria Regularium viro-
rum, ac ſuperiores præſatas mu-
lieres admittentes eiſdem pœnis
tam excommunicationis, quam
priuationis dignitatum, & officio-
rum, ac inhabilitatis ad illa, &
alia in poſterum obtinenda ſubij-
ciuntur *ex d. conſtit. Greg. XIII.*

11. Priuata verò moniales, vel alij
particulares Religioſi in tali caſu
admittentes ſupradictam excom-
municationem nō incurrunt: quia
Summi pontifices loquuntur de
Abbaſſiſ, & alijs monaſteriorum
vtriuſque ſexus ſuperioribus in-
troducētibz, ſeu admittētibz,
*ut aduertit Barboſ. d. par. 3.
all. 102. num. 37. & alij, quos refert
& ſequitur Dian. par. 1. tr. 16. l. 2.
miſcell. reſ. 31.*

Obſerua tamen, quod monachi
ſeu Religioſi priuati eo caſu in-
currerent ſuſpentionem ipſo fa-
cto latam in conſtitutione Pij V.
incip. Regularium perſonarum,
quia

quia ibi Summus Pontifex expref-
fit non tantum superiores, fed
etiam alios Religioſos introducē-
tes, ſeu admittentes feminas ita
Sorb. in ver. ingredi monaſteria,
ubi etiam refert dictam Pij V. con-
ſtitutionem Barboſ. loco cit. nu. 86.
Bonac. de clauſur. q. 5. pun. 3. nu. 2.

12 Sed quæres, an in dictam ex-
communicationem incurrat in-
grediens vigore huiusmodi facultatis
obtentæ poſt præſatas conſtitutiones?
negatiue reſpondet Bonacin. *d. q. 4. pun. 5. num. 7.* quia in
eis non irritantur licentiæ in futu-
rum obtinende.

13 Qui verò habent licentiam ab
Epifcopo, ſeu alio ſuperiore in-
trandi clauſtra monialium in ca-
ſibus neceſſarijs, ſi ingrediantur
in caſibus non neceſſarijs, vel quã-
do ceſſauit neceſſitas, tunc incur-
rerent in excommunicationem
Papæ reſeruata, *vt conſtat ex di-*
cta conſtitutione Greg. XIII. ibi
quin etiam ſub eiſdem pœnis ipſo
ſaſto incurrendis prohibemus, at-
que interdiciamus omnibus, & qui-
buſcunq; perſonis, ecclieſtaſticis, &
ſecularibus, ac etiam ordinum,
quorumcunq; etiam medicantiũ
regularibus, nõ prætextu licentia-
rum ab epifcopis, vel ſuperioribus,
quibus illas concedendi in caſibus
neceſſarijs tantum ex decreto Con-
cilij Tridentini tribuitur, mona-
ſteria ipſa monialium pro libito,
ſed neceſſitatibus urgentibus dum-
taxat ingredi, nõue moniales ſub
eiſdem pœnis illos aliter admittere
præſumant.

14 Ex quo etiam inferitur, huic ex-
communicationi Papæ reſeruata

ſubijci etiam priuatas moniales
admittentes illos, qui ingrediun-
tur monaſteria cum licentia Epi-
ſcopi in caſibus non neceſſarijs:
quia in hac parte conſtitutio Gre-
gorij loquitur de monialibus in-
definitè, *vt obſeruat Dian. par. 1.*
tr. 16. & 2. miſcell. d. reſ. 31. in fin.

15 Inferitur 2. quod ſi Epifcopus fa-
cultatem ſibi tributam excedens
licentiam largiatur in caſu non
neceſſario, ingrediens prætextu
huiusmodi licentiæ incurret ex-
communicationem reſeruata, in
dicta conſtitutione Gregor. *vt*
notat Zerol. in Prax. Epifc. par. 1.
ver. moniales §. 8.

16 Notandum eſt autem, quod ad
incurrendam excommunicationem,
& alias pœnas inflictas in
dictis conſtitutionibus Pij V. Gre-
gorij XIII. & Pauli V. requiritur
audacia, vel præſumptio: & ideò
excufaret bona fides, & ignorantia
etiam vincibilis, ſeu craſſa,
& ſupina, dummodò non adſit in-
gens temeritas, quæ ſcientiæ com-
paratur *Peirin. in Priuil. minim.*
tom. 1. conſtit. 6. Iulij II. §. 3. nu. 16.
Vulp. in Prax. iudic. cap. 4. num. 9.
Dian. par. 5. tr. 9. reſ. 17. Bonacin. de
clauſur. q. 4. pun. 5. num. 8.

Obſerua tamen, quod licet ad
incurrendas pœnas impoſitas cõ-
tra Religioſos admittentes femi-
nas intra eorum clauſtra iuxta
conſtitutionem Pij V. requiratur
præſumptio, tamen per conſtitu-
tionem Greg. XIII. non requiri-
tur: & ideò ignorantia craſſa non
excufat in tali caſu, *vt dicit Pei-*
rin. loco citato nu. 17. quemadmo-
dum huiusmodi ignorantia non

excusat ab excommunicatione, lata in Tridentino, quia ibi ingressus absolutè interdicatur, *Bonac. ubi supra num. 8.*

17 Addunt DD. neque mulieres, neque Religiosos eas admittentes supradictis pœnis affici, ubi aliqua vrgeret necessitas, cui alia ratione commodè occurrere nequeat: & idè excusant Religiosum, qui ob bonum finem mulierem intra monasterium abscederet, nè eius pudicitia violetur, vel à persequentibus occidatur: quia huiusmodi pœnæ imponuntur contra eos, qui temerario ausu, & præsumptione mulieres introducunt, *ut post Coriol. dicit Barbos. d. par. 3. all. 102. num. 91.*

Idemque dicendum, si monasterium in eo loco positum sit, in quo alius non inueniatur, qui certo morborum generi mederi sciat, præter feminam eius rei peritam: tunc enim si Religiosus extra monasterium commodè transferri nequeat, licitè posset talis mulier ab honestis personis associata de licentia Guardiani, seu alterius Superioris in monasterium introduci; quia defensio vitæ, & salutis propriæ est de iure naturæ, nec necessitas habet legem. *Sorb. in ver. ingredi monasteria. vers. & sic etiam Bonac. d. tr. de Clausur. q. 5. pun. 4. num. 4. Barbos. loco cit.*

18 Quæres, an si tempore concessæ licentiæ nulla aderat causa, vel necessitas, sed postea tempore ingressus superuenerit, ingrediens incurrat excommunicationem latam in constitutione Gre-

gorij XIII. Resp. negatiuè: quia constitutio Gregorij locum habet contra eos, qui prætextu licentiæ ingrediuntur absque necessitate: hic autem ingreditur in casu urgente *Bonac. de clausur. q. 4. pun. 5. nu. 10.* ubi subdit, quod in tali casu non effugeret excommunicationem latam in Tridentino, quia huiusmodi licentia irrita est.

19 Alij verò, qui non prætextu licentiarum, sed absque vlla profusa licentia, & necessitate monasteria monialium ingrediuntur, nõ incurruunt excommunicationem Greg. XIII. & Pauli V. sed excommunicationem latam in Concilio Tridentino, quæ non est reseruatata *Sanch. in oper. mor. lib. 6. cap. 16. num. 79. Sayr. de censur. lib. 3. c. 31. num. 10. & 11. Zerol. in Prax. Episc. par. 1. ver. moniales d. 8. Lezan. in sum. q. 9. reg. tom. 3. ver. clausura num. 35. & alij apud Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 202. n. 37. Dian. par. 1. tr. 4. res. 23. contra Nau. in man. cap. 27. num. 150. excomm. 61. Azon. tom. 1. lib. 13. cap. 8. quæst. vit. Quarant. in ver. monasteria monialium vers. amplia dictam constitutionem, & alios.* quod intelligendum est nõ ingrediuntur ad malum finem: quia violatio clausuræ ad malum finem est casus Summo Põtifici reseruatus *ex decreto Sac. Congreg. apud Quarant. in ver. casus reseruati vers. forma autem Bonac. de clausur. d. q. 4. pun. 5. nu. 2. Lezan. loco cit. in ver. clausura. numero 35.*

20 An verò moniales priuatè admittentes aliquem intra septimo-

mo-

monasterij sine Superioris licentia incurrant excommunicatione Concilij Tridentini d. sess. 25. c. 32. negatiue respondet Dian. par. 1. tr. 16. §. 2. Miscell. ref. 32. quia ibi excommunicatio fertur contra ingredientes, & nulla fit mentio de monialibus, seu alijs admittentibus.

- 21 Queres, an mulieres ingredientes monasteria virorum absque vlla facultate incurrant excommunicationem Papæ reseruatam? affirmatiue respondet Bonacin. de Clausur. di. 4. pun. 5. numer. 4. vers. obijcies. §. 1. q. 5. pun. 3. n. vi. vbi dicit, ita declarasse Pium V. in alia constitut. que incip. Decet Romanum Pontificem, Nau. in Man. cap. 27. num. 150. excom. 61.
- 22 In multis tamen casibus posse mulieres licite ingredi in monasteria virorum regularium declarauit Pius V. teste Sorb. in ver. ingredi monasteria &c. vers. item est ponderandum Bonacin. d. trac. de clausur. q. 5. pun. 4. numer. 6. & seq. videlicet quando in eis processiones fiunt, vel defunctorum cadauera sepeliuntur, aut missæ, & alia diuina officia celebrantur; vel quando tantus est populi concursus ob conciones, quæ in eorundem Regularium ecclesia proponuntur, vel ob aliam causam, vt mulieres commodè ingredi ecclesiam nõ possint, aut egredi, quam per claustra, vel alia Religiosorum loca: dummodò recto tramite pergant ad portam, qua exitur è monasterio, & ita in praxi seruari dicit Dian. par. 7. tr. 12. ref. 6. vbi addit, quod mulie-

res etiam finitis officijs licite possunt aliquantulum morari in claustro, etiam si id fiat per quartam partem horæ.

Nonnulli tamen DD. contrarium asserunt propter decretum Sac. Congregationis, quæ sub die 30. Septēbris 1628. censuit, non licere mulieribus comitari processiones per claustra monasteriorum regularium, nisi adsit in hoc expressa licentia sedis Apostolicæ, ita Vulp. in Prax. iudic. for. eccles. cap. 4. nu. 7. Barboj. d. par. 3. all. 102. num. 97.

Notandum tamen est, quod ex dictis constitutionibus non prohibetur ingressus in monasteria virorum, quæ sunt in fieri, quamdiu conuentus ad ibi morandum non fuerit introductus, sed solum ibi aliqui religiosi commorentur pro fabricæ seruitio, & cura, vt cõsuis Sac. Congregatio apud Sorb. in ver. ingredi Monasteria vers. & aduertendum, vbi idem dicit de domibus, seu Infirmarijs in Ciuitate existentibus, quæ nec ecclesiam nec conuentum habent Quarant. in ver. monasteria, & Conuentus Barboj. d. all. 102. num. 95. Vulp. in Prax. iudic. cap. 4. nu. 18.

S V M M A R I V M

- 1 Ex causa magni incendij, infirmitatis lepræ, & epidimie licitum est monialibus è monasterio egredi ex Constitutione Pij V.
- 2 An possit Episcopus moniali alio morbo periculoso laboranti concedere licentiam exeundi è monasterio.

3 Quid

3 Quid sit periculum immineret mortis violentæ.

4 A quo concedenda sit licentia exeundi è monasterio in dictis casibus.

5 An ex alijs causis licitum sit monialibus è monasterio egredi.

CAP. VII.

AN, & quando possint Moniales licitè è monasterio exire.

I X tribus causis exitus è monasterio monialibus permittitur iuxta constitutionem Pij V. incip. *Decorum*, quam refert *Quaran. in ver. Monasteria monialium*. Primò ex causa magni incendij ita, vt certum, aut saltem probabile sit, quod nisi moniales statim è monasterio exeant, omnes simul sint moritura. Secundò ex causa infirmitatis lepræ, quæ adeò sit contagiosa, vt si monialis huiusmodi morbo infecta non ejiciatur, omnes monasterij eiusdem sorores inficiet. Tertiò ex causa epidimie cuius nomine ea tantum intelligitur, quæ est vera, & realis pestis ita, vt ob alias infirmitates huic aliquo pacto consimiles, sed tamè benigniores, etiãsi epidimie nuncupetur, nullo pacto monialibus professis è monasterio exire liceat, ita dictam constitutionem explicat *Lael. Zech. de Rep. ecclest. tit. de Regular. num. 48. not. 4. Fr. Emma. to. 1. q. 49. art. 4. vers. ex his, & alij*

apud *Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 102. num. 24. ubi etiam refert decretam Sacr. Congregationis.*

2 Hinc fit, vt Episcopus non possit moniali atio morbo periculo laboranti concedere licentiam exeundi è monasterio, etiãsi infirmitas sit talis, vt nisi monialis exeat, eius salus desperetur, quia periculo vitæ præponderat commune monialium bonum in clausura consistens, cui alias magnum detrimentum inferretur, cum enim morbi periculosi frequententer contingant, & ardens sit monialium è claustro exeundi desiderium, sæpius consingerentur causa egrediendi præsertim cum Medici faciles fiat ad iudicium, & attestationem de gravitate morbi faciendam *Bonacin. de Clausur. q. 1. pun. 9. nu. 18. ubi citat Zerol. in Prax. episc. par. 2. ver. moniales in fin. Minan. de monial. q. 4. art. 4. contra Nouar. apud Ricc. in Prax. for. eccles. par. 4. ref. 194. & alios apud Dian. par. 3. tr. 2. ref. 195* quamuis secus esset, vbi periculum immineret mortis violentæ, puta si monialis inuadatur ad necem, quam alias euadere non posset, nisi exeundo: tunc enim licitè posset exire *Bonacin. ibidem. num. 20. Barbos. loco cit. num. 21. & alij communiter*: quia defensio, & conseruatio vitæ, & salutis propriæ est de iure naturæ; ex quo alij DD. inferunt, monialem, cui certò immineret periculum vitæ ob graues molestias, & vexationes, quas iniuste patitur, & Episcopum, vel superiorem, à quo subleuetur,

habere non potest, non obligari lege clausura: quia necessitas caret lege, & lex ecclesiastica non obligat cum tanto dispendio, ita Sanch. & Tamburin. apud Lezan. in sum. qq. reg. tom. 3. ver. clausura num. 10.

- 4 Huiusmodi verò licentia exequendi in prædictis casibus quoad monasteria Regularibus subiecta concedenda est à superiore regulari, & ab Episcopo, seu alio loci ordinario, ut aperit disponitur in d. constitutione Pij V. alias tam moniales cum sola licentia superiorum regularium egressæ, quã ipsi regulares superiores, qui huiusmodi licentiam concesserunt, ab ordinario per censuras ecclesiasticas, ac alia iuris remedia, sunt puniendi non obstantibus quibuscunque privilegijs, ut declarat Sac. Congreg. teste Lezan. in sum. qq. reg. tom. 1. cap. 25. num. 20. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 2. resol. 210. Barbof. loco cit. num. 28.
- 5 Observant autem Doctores, quod etiam ex alijs causis similibus, vel urgentioribus, ubi agitur de communi monialium bono, aut de evitando damno monasterij, seu totius communitatis licitum est monialibus cum licentia superioris exire, qualis est causa belli, impetus magni torrentis, vel fluminis, vel imminens monasterij ruina, vel si Abbatissa præstare debeat iuramentum fidelitatis propter feudum, quod monasteriũ tenet ab aliquo Principe sæculari, quando illud per procuratorem præstare nequit iuxta cap. periculoso de stat. Regul.

in 6. ita Nau. Sanch. Azor. & alij, quos refert, & sequitur Lezan. in sum. qq. reg. tom. 3. in ver. clausura num. 13. Barbof. d. all. 102. nu. 22.

Item licitus est monialium egressus ex causa instruendi, seu reformandi moniales alterius monasterij eiusdem ordinis, vel dum rotus ipsarum Conuentus in aliũ locum transfertur, ut tradunt Doctores apud Bonacin. in tract. de clausura. q. 1. pun. 9. num. 8. & sequ. ubi etiam dicit, quod potest monialis ad aliud monasterium transferri causa correctionis, seu punitionis.

Observa tamen, quod in his casibus requiritur licentia sedis apostolicæ, ut censuit Sac. Congreg. teste Lezan. in sum. qq. reg. to. 1. cap. 25. num. 20. & 10. 3. ver. clausura num. 13. & 16. & 17. Vulp. in Prax. iudic. cap. 4. num. 11. Dian. p. 3. tr. 2. res. 99. & 127. quemadmodum nec possunt cyci moniales incorrigibiles eadem sede apostolica inconsulta, ut resoluit eadem Sac. Congr. apud Lezan. d. cap. 25. num. 17. vers. Hinc collige Barbof. d. par. 3. all. 102. num. 27. vers. utrũ monialis.

His adde alium casum, videlicet si monialis immundis spiritibus vexaretur: tunc enim non intra monasterij septa est exorcizanda, sed ad ecclesiam exteriori eiusdem monasterij hac de causa deducenda, vel transferenda est obrenta prius à Sac. Cong. licentia; verum in translatione huiusmodi, sicut & in actu exorcizationis honestæ personæ consanguineæ, vel aliæ mulieres pro-

uestra etatis, ac proba conuersationis monialium comitari debet, & exorcizatio minori, quo poterit, strepitu fieri debet ab exorcista ad hunc actum ab ordinario approbato, ecclesie ianua occlusa, donec exorcizatio completa, energumena reducatur ad monasterium, ad quod recto tramite tendere debet, ita decreuit Sacra Congregatio teste Lezan. in sum. qq. reg. tom. 3. ver. clausura numero 28.

Item posse monialem ad aliam perfectiorem religionem transferre dicit Bonac. d. pun. 9. n. 11. Barbosa. d. all. 102. num. 27. & censat etiam Sac. Congr. apud Lezan. ubi supra n. 14. ubi etiam notat, quod tunc monialis transiens ad aliam Religionem debet in ea nouitium agere, & professionem emitte-

S V M M A R I V M.

1. Renunciatio, siue obligatio Nouitij nulla est, nisi cum licentia Episcopi, vel eius Vicarij fiat intra duos menses proximos ante professionem iuxta formam Concilij Tridentini.
2. An hoc procedat etiam quoad equites Hierosolimitanos.
3. An valida sint donationes facte ante ingressum Religionis intui tu ipsius ingressus.
4. An donatio facta ob ingressum Religionis reuocari possit.
5. An Monachus in Episcopum promotus possit reuocare renunciationem per ipsum legitime factam.

6. An dispositio Concilij lonana habeat in renunciatione beneficij.

7. An nouitius lucretur fructus sui beneficij.

8. An dispositio Concilij procedat in testamentis, & codicillis, & donatione causa mortis, & numero 9.

10. An professus testamentum ante professionem conditum possit reuocare, vel illud declarare.

11. An dispositio Concilij procedat, si Nouitius renunciationem, vel obligationem faceret animo soluendi quod debebat.

12. Episcopus Regulares compellere potest, ut absentibus ante professionem omnia restituant.

An habitus religiosus restituendus sit Nouitio exeunti.

C A P. VIII.

De Solemnitate requisita in renunciatione bonorum faciendi per Nouitium, vel Nouitiam.



Acra Synodus Tridentina statuit, vt nulla renunciatio, aut obligatio Nouitij antea facta, etiam cum iuramento, vel in fauorem cuiuscunque cause piz valeat, nisi cum licentia Episcopi, vel eius Vicarij fiat intra duos menses proximos ante professionem, ac non alias intelligitur effectum suum fortiri, nisi sequuta professione: aliter vero facta, etiam si cum huius fauoris

expressa renunciatione etiam iurata irrita est, & nullius effectus, ut in sess. 25. de ref. cap. 16. cuius textus dispositionem pro-
 2 cedere etiam in Equitibus Hierosolimitanis dicit Nouar. de elect. for. quaest. 37. sect. 1. quem refert Ricc. in Prax. for. Eccles. par. 3. ref. 357. quod optima ratione sancitum est, ne donatis bonis auferatur Nouitijs libertas egrediendi e religione propter timorem recuperandi bona, ut colligitur ex Concilio loco cit.

3 Ex quo nonnulli DD. obseruat, Concilium d. cap. 16. reprobasse donationes factas etiam ante ingressum Religionis, intuitu tamen ipsius ingressus, cum etiam per illas auferatur ingredi volentibus libera facultas ingrediendi: nam cum se videant spoliatos bonis donatis, cogi videntur ad ingrediendum in Religionem, ita Nam. conf. 81. de Regul. Ricc. in Prax. for. Eccles. par. 4. ref. 256.

Sed alij contrarium tenent, videlicet supradictum Concilij decretum non habere locum in renunciatione, seu donatione facta ab existente adhuc in saeculo, etiam animo, & proposito religionem ingredienti, sed tantum in obligatione facta post ingressum Religionis: tum quia Concilium loquitur de ingresso, seu ingressa, non autem de ingressuris: tum etiam quia in renunciatione ante ingressum non possunt seruari solemnitates Concilij, quae solum restringuntur ad duos menses ante professionem, ita consuet. Sac. Congreg. Concilij apud

Farinae. dec. 227. par. 4. Diuers. Diam. par. 3. tr. 2. ref. 55. V. ubi. in Prax. iudic. cap. 42. num. 13. Quarta. in ver. monasteria, & conuentus vers. dubium illud Ricc. in Collect. decif. 454. par. 2. Garc. de Benef. par. 11. cap. 9. num. 15. Et ita etiam tenent quam plures DD. apud Barbof. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 99. nem. 17. & communem dicit idem Ricc. in Prax. for. Eccles. par. 3. ref. 353.

4 Notandum tamen est, quod donatio facta ob ingressum Religionis etiam cum pacto de non reuocando, & cum iuramento, reuocari adhuc potest: quia in tali casu censetur donatio causa mortis, cum eius effectus pendeat a professione, quae dicitur mors civilis; & sic potest adhuc reuocari non obstante pacto de non reuocando, cum illud non operetur irreuocabilitatem, quae seorsum contractus, seu donatio irreuocabilitatem non patitur; unde etiam iuramentum reuocabile censeri debet, quia sequitur naturam donationis, quae in hoc casu est reuocabilis Rota in Romana donationis de Mongellis 14 Ianuarij 1636. coram Carrillo, quam refert Barbof. d. par. 3. all. 99. num. 31.

5 Sed quaeres, an Monachus in Episcopum promotus possit reuocare renunciationem per ipsum legitime factam iuxta formam Concilij Tridentini? affirmatiue respondet Ricc. in Prax. for. Eccles. par. 2. ref. 152. quia in quolibet actu, & contractu intelligitur clausula illa, rebus sic stantibus.

bus, seu re in eodem statu permanente *l. cum quis ff. de sol. t. l. quero §. inter locatorem ff. locat.*

6 Observant. dispositionem Concilij non habere locum in renunciatione beneficij: tum quia Concilium ibi solum loquitur de renunciatione, & obligatione bonorum: tum quia in tali casu non auferitur Nouitio libertas egrediendi, cum ab eo beneficium non abdicetur, neque eius collatio fieri possit, nisi sequuta professione, siue renunciatio huiusmodi fiat post susceptum habitum, siue ante, modo id faciat intuitu ingressus Religionis, *vt ex constitutione Pij V. notat Garo. de Benef. par. II. cap. 9. n. 12. & 23. Barbof. d. par. 3. all. 99. n. 19.* contrarium tamen declarasse Sac. Congregationem testatur Ricc. *in Prax. for. Eccles. par. I. ref. 624. & par. 3. ref. 358. & par. 4. ref. 256. Lezan. in Summ. qq. reg. 10. 4. ver. Nouitij num. 31.*

7 Addit Sylu. *in ver. religio 2. q. 8. & alij apud Garo. loco cit. nu. 26.* quod Nouitius interim lucratur fructus, nec debet eis priuari, si ne postea exeat, siue profiteatur, cum absit ex iusta causa *iuxta 6. relatum de Cler. non ressd.*

8 Tertiò obseruant Concilium loco cit. non procedere in testamento, & eodicillis: in ijs enim cessat ratio Concilij, cum liberè possint quandoeunque reuocari, & alia condi ante professionem, *Mauar. cons. 83. num. 2. de Regul. Clar. in §. testamentum q. 28. Ricc. in Prax. p. 4. ref. 260. & alij apud Garo. par. I. cap. 9. nu. 17. quibus*

adde Lezan. in Sum. qq. reg. 10. m. 4. in ver. Nouitij nu. 30. vbi etiam dicit, quod in dicto decreto Concilij comprehenduntur dispositiones, seu contractus irrevocabiles, puta donationes inter vivos, renunciationes officiorum publicorum, fideiussiones, liberationes, quibus Tutores, aut Curatores a reddendis rationibus eximuntur, & alij actus inter vivos, quibus Nouitij, seu Nouitiæ priuant se suis bonis.

9 Queres, an sub dicto decreto Concilij cõprehendantur donationes causa mortis? affirmat Garo. *d. cap. 9. num. 22.* quia in sic rj sunt instar contractus, & actus inter vivos, sed contrarium tenet Barbof. *ib. p. 3. all. 99.* quia legatis potius, & vltimis voluntatibus æquiparantur *l. fin. C. de Donat. caus. mort.*

10 Queres 2. an possessus testamentum ante professionem conditum possit reuocare? Negatiuè respondent DD. quos refert, & sequitur Barbof. *vbi supra num. 14.* & hæc sententia communior est, quia professus ita moritur mundo, vt nihil proprium habere possit, nec deinceps de bonis ante habitis quicquam disponere *iuxta auth. ingressi C. de sacros. eccl. potest tamen declarare suum testamentum ante professionem confectum, dummodò tale testamentum dubia, vel obscura voluntatis interpretatione indigeat, & declarationem verbis conuenientem proferat: quia Religiosus in tali casu non disponit aliquid, sed ostendit, quid actum sit de præ-*

teri-

- terito, ut d. Dian. par. 3. tr. 2. ref. 75. & alij.
- 11 Ultimo obseruat Ricc. in Prax. par. 3. ref. 328. dispositionem Concilij d. cap. 16: non procedere, quando Nouitius donationem, vel bonorum renunciationem, aut obligationem faceret non quidem animo donandi, sed potius animo soluendi quod debebat.
- 12 His adde, quod potest Episcopus etiam per censuras ecclesiasticas compellere Regulares, ut abeuntibus ante professionem omnia restituant, ut in Conc. d. sess. 25. cap. 16. censuit tamen Sac. Congr. habitum religiosum exeunti non esse restituendum, sed eius pretium soluendum esse, ut refert Barbof. d. par. 3. all. 101. num. 39.
- 7 Quid si Nouitius, probationis anno expleto, desereret Religionem, & postea rediret.
- 8 An finito anno Nouitatus possint superiores Nouitij professionem differre.
- 9 Conuertite possunt statim se ingrediuntur monasterium, & professionem emittere.
- 10 Moniales in articulo mortis constituta possunt emittere professionem etiam ante annum probationis expletum.
- 11 An monasterium in tali casu succedat in bonis Nouitij, seu nouitiae sic professae.
- 12 Item an in hoc casu debeatur dos monasterio.
- 13 An monialis sic professae noua indigeat professione, si conualuerit.

S V M M A R I V M.

- 1 Ad habitum religiosum suscipiendum in foemina duodecimus annus completus, & decimus quartus in viro requiritur.
- 2 Conuersus recipi non debet ante vigesimum aetatis annum.
- 3 Ad professionem nemo admittitur ante decimum sextum annum, nec qui minore tempore, quam per annum in probatione steterit. Conuersus ad professionem non admittitur, nisi vigesimum primum aetatis suae annum excesserit, ibidem.
- 4 Annus 16. requisitus ad professionem debet esse completus.
- 5 Idem dicitur de anno probationis.
- 6 Item annus probationis debet esse continuus, & quomodo id intelligatur.

C A P. I X.

De aetate requisita ad ingressum, & professionem in Religione.



D habitum religiosum suscipiendum annum duodecimum completum in foemina, & decimum quartum in viro exposcit textus in cap. ad nostram de Regular. Conc. Tridentinum sess. 25. de Regul. cap. 17. glos. in cap. fin. ver. aetate de Stat. monach. Sylu. in ver. Religio 2. nu. 12. vbi etiam dicit, quod in hoc malitia aetatem non supplet, Ricc. in Prax. for. eccles. par. 4. ref. 243. & censuit Sac. Congreg. teste Dian. p. 3. tr. 2.

3. tr. 2. ref. 47. & hanc esse communiorum Doctorum sententiam dicit Lezan. in Summ. qq. reg. tom. 4. ver. moniales num. 13. nec potest quoad hoc Episcopus dispensare, ut declaravit Sac. Congreg. apud Ricc. in Collect. dec. 2614 par. 7. & in Prax. for. eccles. par. 1. ref. 650.

2. Conuersi vero recipi non debent ante vigesimum aetatis annum ex ordinatione Clementis VIII. incip. Cum ad Regularem, quam refert Quarant. in ver. Monasteria, & Conuentus.

3. Quoad professionem vero statuit Sac. Tridentina Synodus, ut in quacunque Religione tam virorum, quam mulierum ea non fiat ante decimum sextum annum expletum, nec qui minore tempore, quam per annum post susceptum habitum in probatione steterit, ad professionem admittatur: alias professio antea facta, nulla est, nullamque inducit obligationem ad alicuius Regulæ, vel Religionis, vel ordinis observationem, aut ad alios quoscumque effectus, ut in sess. 25. de Regul. c. 15 cuius textus dispositionem habere locum etiam in militibus Hierosolymitanis declaravit Sac. Congregatio apud Farinac. decis. 241. par. 4. Diuers. Ricc. in Prax. for. eccles. p. 4. ref. 173. & in Collect. decis. 216.

Conuersi vero ad professionem admittendi non sunt, nisi vigesimum primum aetatis suæ annum excesserint ex dicta ordinatione Clementis VIII.

4. Observant autem DD. quod, ut professio valeat, annus deci-

mus sextus ita debet esse completus, ut punctum horæ respondere debeat puncto natiuitatis. Gratian. discept. 413. nu. 3. 1. ubi citat Sanch. de matrim. disp. 24. nu. 24. ad med. lib. 2. & decisum refert Dian. p. 5. tr. 5. ref. 18.

5. Observant 2. quod annus probationis similiter debet esse necessario completus, & integer ita, ut si quis suscepit habitum Religionis prima die Ianuarij post meridiem, non possit eadem die recurrere in termino anni profiteri ante meridiem, sed expectandum sit punctum suscepti habitus, ita Sorb. in ver. Nouitius vers. Sexto notandum est, & alij plures apud Dian. par. 3. tr. 2. ref. 57. & censuit Sac. Congreg. Concilij teste Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 101. num. 22 in tertia impressione, ubi etiam addit quod si Nouitius compleat probationis annum die 24. Februarij anno bissextili, non dicitur expletus hic annus, nisi secunda die, quæ est 25. eiusdem mensis: nam id bidduum pro vno die habetur iuxta leum his sextus ff. de verb. sign. cap. quæsiuit §. festum ex eod. tit. & ideo secunda dies est complementum anni probationis, ut dicunt DD. apud Dian. par. 5. tr. 5. ref. 18. vnde Sac. Congregatio censuit, non valere professionem cuiusdam Nouitij, qui ingressus fuit Religionem 27. Martij, & die 26. eiusdem mensis sequentis anni currere anno bissextili emittit professionem, ut refert Barbos. d. all. 101. num. 22.

6. Observant 3. annum in tali casu debere esse continuum ita, ut non

non sufficiat, quod sit interpolatus, ita declarauit Sac. Congregatio Concilij apud Parinac. dec. 202. par. 4. diuers. Sylu. in ver. Religio 5. quæstion. 4. Nauar. conf. 9. nu. 2. de Regul. Sorb. in ver. Nouitius, ubi de Nouitiorum professionis emissione, vers. secundò est videndum, ubi etiam dicit, quod non interrumpitur annus nouitiatus, si Nouitius, vel Nouitia de licentia Superioris iusta de causa intra annum probationis extra monasterium per aliquod tempus cum habitu permanserit, & ita etiam tenet Nau. conf. 41. nu. 3. de Regul. Ricc. in Prax. par. 4. ref. 246. & alij. quibus adde Lezan. in Sum. qq. reg. 10. 1. cap. 25. num. 23. ubi dicit, hoc procedere, etiam si superior, vel Prælatus illicitè, ac sine rationabili causa licentiam concesserit.

Addunt alij apud Dian. par. 3. tr. 2. ref. 84. quod neque interrumpitur annus Nouitiatus, si Nouitius retento habitu indebitè, ac sine licentia exeat, dummodò ad monasterium redire intendat.

7 An verò si Nouitius probationis anno iam expleto, defereat religionem, & postea rediret, egeat nouo probationis anno ad profitendum? negatiuè respondet Barbof. d. par. 3. all. 101. n. 28. etiam si longa mora intercesserit, vt d. Bonacin. de Clausur. q. 2. pun. 10. diff. 2. nu. 4.

8 Obseruant 4. quod finito anno Nouitiatus possunt Superiores ex iusta causa Nouitij professionem differre, puta si adhuc habilis non sit, dummodò spem probabilem habeant, quod efficiatur

habilis intra sex menses, vt declarauit Pius V. apud Quarant. in ver. monasteria & Cõuentus vers. sciendum Bonacin. loco cit. Riccius in Prax. par. 4. ref. 255.

9 Obseruant 5. Cõuertitas eo ipso, quod ingrediuntur monasterium, posse emitte professionem ex priuilegio sedis Apostolicæ cõcesso ante Concilium Tridentinum, vt censuit Sac. Congregatio Concilij sub die 11. Ianuarij 1620 teste Barbof. d. p. 3. all. 101. num. 34. ubi etiam dicit, huiusmodi priuilegium non fuisse sublatum per decretum Tridentini d. sess. 25. cap. 15. quia in cap. 18. eiusdem sessionis præseruantur earum cõstitutiones.

10 Item Pius V. in constit. que incip. Summi Sacerdotij cura, concessit monialibus Dominicanis, vt in articulo mortis constituta, in manibus Abbatis, seu Prioris, vel alterius Superioris Nouitiarum illius monasterij professionem, emitte possint etiam ante annum probationis expletum, dummodò legitimam ætatem habeant, vt refert. Lezan. in Sum. qq. reg. 10. 1. cap. 25. nu. 39. quod priuilegium non fuit abrogatum per constitutionem Greg. XIII. incip. In tanta rerum, & negotiorum mole, vt dicunt Doctores apud Barbof. d. all. 101. nu. 33. & seq. Dian. par. 3. tr. 2. ref. 17. ubi id extendit ad Nouitios aliarum Religionum.

11 An verò virtute huius concessio- nis, & professionis monasterium succedat in bonis Nouitij, vel Nouitiæ sic, professæ in præiudicium suorum heredum, & aliorum
ve.

venientium ab intestato affirmat
 Dian. d. par. 3. tr. 2. ref. 17. ubi citat
 Megal. in 2. par. lib. 2. cap. 27. n. 50.
 Sanch. in sum. tom. 2. lib. 5. cap. 4.
 num. 16. Zanard. in Direct. Theol.
 par. 2. c. 17. & alios, quibus adde
 Lezan. in sum. tom. 1. cap. 25. n. 39.
 quia ubi semel quis virginitate illius
 privilegij professus est, redditur
 verè in posterum professus ita,
 ut ad pristinam sanitatem restitu-
 tus alia professione non indigeat;
 unde Monasterium illi uti pro-
 fesso succedit iuxta auct. ingres-
 si, & ibi DD. C. de Sacros. Eccles.

Secundò contrariam tenet Ricc. in
 Prax. for. Eccles. par. 2. ref. 493. ubi
 dicit, quod tunc monasterium
 succedit, quando explorata vo-
 luntate tempore sanitatis cum
 debitis requisitis professio emit-
 titur; secus si Novitius profes-
 sionem faceret tempore infirmi-
 tatis, seu morte imminente ex
 devotione, seu ad lucrandas in-
 dulgencias, quibus gaudent Re-
 ligiosi in illo articulo: tunc enim
 monasterium non succedit, siue
 huiusmodi professio tempore in-
 firmitatis fiat ante annum, siue
 post annum probationis, & hanc
 sententiam tenet etiam Ludou. 1.
 Mirand. quem refert, & sequitur
 Barbosa. d. par. 3. all. 101. num. 34. &
 hæc opinio videtur probabilior.

12 Ex quo inferre idem Ricc. in
 Prax. ut supra par. 4. ref. 257. in
 fin. quod neque hoc casu debe-
 tur dos monasterio: quia neque
 in matrimonio carnali dos de-
 betur, si maritus onera matri-
 monij non sustinuit iuxta l. pro
 oneribus C. de Iun. do.

Confirmatur hæc sententia ex
 decreto Sac. Congregationis
 quæ censuit, monialem sic pro-
 fessam, si ex ea infirmitate non
 decesserit, verè professam non
 esse, sed nova indigere professio-
 ne, ut refert Lezan. in sum. to. 1. d.
 cap. 25. num. 39. ex quo contruit
 ratio contrariæ sententiæ.

SUMMARY.

- 1 Puella ad habitum regularem, seu ad professionem admitti non debet, nisi prius eius voluntatem Episcopus exploraverit.
- 2 An hoc procedat in monialibus à iurisdictione Episcopi exemptis.
- 3 An Virginis voluntas exploranda sit tam tempore ingressus, quàm professionis.
- 4 Vbi huiusmodi exploratio sit facienda.
- 5 An valida sit professio facta absque tali exploratione.

CAP. X.

De professione monialium.



ANCTA Tridentina sy-
 nodus libertati pro-
 fessionis Virginum
 Deo dicandarum
 prospiciens statuit,
 nè puella ad habitum regularem
 aut professionem admittatur, nisi
 Episcopus, vel eius Vicarius Vic-
 ginis voluntatem prius explora-
 verit, an sciat, quid agat, & an
 coacta, vel seducta sit, ut in sess.
 25. de Regul. c. 17. cuius dispositio-

K K K K ncm

2 nem procedere etiam quoad moniales ab Episcopi iurisdictione exceptas censuit Sac. Congregatio Concilij, quae refertur inter *Decis. nouissim. Diuers. par. 4. dec. 21. illamq. refert etiam Dian. p. 3. in 2. ref. 47.* Vnde nè professionis tempus Episcopus ignoret, Praefecta monasterio ante mensem certiore illi facere debet, alias ab officio suspensa est, quamdiu eidem Episcopo videbitur *ex. d. Conc. cap. 17.*

Præterea si Abbatisa, vel Prelatus aliquam absque prædicto examine ad professionem admittent, rei essent peccati mortalis, in quod incurreret etiam ipsa puella, *ut dicit Dian. loco cit.*

Quare Sac. Congregatio censuit, posse Episcopum prohibere Abbatissis, & alijs superioribus Regularibus monialium ipsis Regularibus subiectarum sub censure, & alijs poenis sibi bene visis, nè puellam ad professionem admittant nisi prius ab eodem Episcopo, siue loci ordinario ipsius puellæ voluntas exploretur, *ut refert Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 13. all. 100. in princip. vbi etiam subdit, quod Episcopus hac de re certior factus intra 25. dies examē hoc perficere debet, quibus elapsis non potest de eo amplius se intromittere, & ita etiam decisum refert Ricc. in Collect. dec. 2582. par. 7. & in Prax. p. 4. ref. 198. Lezan. in sum. q. 7. Reg. 10. 3. in ver. Episcopus quoad Regulares numero 10.*

3 Sed quæres, an Virginis voluntas ab Episcopo exploranda sit

utroque tempore, ingressus scilicet, & professionis? Resp. affirmatiuè, *ut constat ex Concilio loco cit. & declarat Sac. Congreg. apud Piafec. in Prax. Episcop. p. 2. cap. 3. num. 55. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 4. ref. 195. alij tamen alferunt, vsu, & consuetudine iam receptum esse, ut vnica præmittatur exploratio, quando scilicet, puella professa est, ita Sanoh. in sum. tom. 2. lib. 5. cap. 4. num. 84. Rodrig. in qq. Regul. tom. 3. quest. 12. art. 2. quos refert, & sequitur Dian. d. par. 3. tr. 2. ref. 47.*

4 Huiusmodi autem exploratio ad crates ferreas faciendâ est ita vt ad hunc effectum non possit Episcopus clausurâ intrare, *ut dicunt DD. apud Barbos. d. all. 100. num. 6.* In hoc actu præmittendæ sunt necessarię interrogationes, & quidquid puella respondet, describi debet à publico Notario præsentibus testibus idoneis, *ut d. Ricc. in Prax. p. 4. ref. 195.*

Poterit tamen episcopus ex alia qua iusta, & rationabili causa, puellam examinare etiam extra septa eiusdem monasterij in aliquo religioso loco, qui iudicio Episcopi aptior, & commodior videbitur, *ut censuit Sac. Congr. te. Ste Ricc. loco cit. d. ref. 195. & 199. Barbos. vbi supra nu. 5. vbi etiam dicit, quod ordinarius voluntatem puellæ, quæ habitum suscepit, explorare non debet ad petitionem volentis eam in uxorem ducere, sed expectandum est tempus faciendæ professionis.*

5 Quæres 2. an valida sit professio facta absque huiusmodi explo-

ratione 2 affirmatiue respondet Ricc. in Collect. decis. 2582. in sup. par. 7. ubi etiam refert, ita declarasse Sac. Congregationem; & ideo ordinarius permittere debet, vt Virgines sic professæ in eo statu permaneant, quæuis Abbatissas, & Prelatos Regulares illas ad professionem admittentes absque exploratione prædicta punire possit ecclesiasticis censuris, & alijs iuris remedijs coercere non obstantibus quibuscunque priuilegijs, vt declarauit Sac. Congregatio apud Ricc. in Prax. vt supra par. 4. ref. 197. Barbof. loco cit. numero 2.

S V M M A R I V M

1. Que requirantur, vt professus possit dicere de nullitate professionis.
2. An post quinquennium nulliter professus possit reclamare.
3. An metus reuerentialis annullat professionem.
4. Quid si quis esset inhabilis ad profitendum.
5. An Prælati Religionum possint post quinquennium eicere à Religione inualidè professum.
6. In Nouitijs receptione, ac professione requiritur consensus monasterij.
7. Nullitas professionis coram Episcopo, & Superiore regulari coniunctim est deducenda.
8. Quid si Nouitius emiserit professionem in Conuentibus non designatis.
9. An Regularis, qui temerariè habitum dimisit, sit audiendus

- super nullitate professionis.
10. An si professus declaratur nulliter professus, etiam annullata renuntiatio.
 11. An annullata professione quis reincidat in nullitatem irregularitatem.
 12. An inualidè professus, rediens propria auctoritate ad seculum sit tutus in conscientia.
 13. An Religiosus reclamare possit contra professionem peractam absque præuia informatione de eius natalibus, & alijs iuxta constitutionem Sixti V.
 14. An Prælati recipientes Nouitios absque dicta informatione incidunt in penas dictæ Constitutionis, si Nouitius careat omni impedimento.

C A P. X I.

An, & quando Professus, vel professa possit dicere de nullitate professionis.

I Acutum Concilium Tridentinū tria requirit, vt inualidè professus reclamās possit audiri: Primò, vt reclamet intra quinquennium; Secundò, vt causas nullitatis deducat coram Superiore suo, & ordinario; Tertio, vt antea habitum sponte non dimiserit: tunc enim nullatenus ad allegandam quamcunque causam admittitur, sed ad monasterium redire cogitur, & tamquam Apostata punitur, vt in sess. 25. de Regul. cap. 19. quod decretum habet

K K K K 2 re

re locū etiam in Equitibus Hierosolimitanis resoluit Sac. Congregatio apud Ricc. in Prax. for. eccles. par. 4. ref. 172.

3 Observant tamen Doctores, quod etiam post quinquennium dici potest de nullitate professionis, si post quinquennium causa metus duraret, *lat. Ricc. in Prax. ut supra par. 1. ref. 560.* vel si toto illo tempore quinquennij duraverit impotentia reclamandi *Ess. de Inst. & Jur. lib. 2. cap. 41. dñb. 7. num. 63. vers. notandum secundum, quod refert Gratian. discept. 413. num. 9 & 10. quibus adde*

alios apud Dian. par. 3. tr. 2. ref. 53.

Alij verò sentiunt, Regularem post quinquennium memoratum non esse audiendum, etiam si allegaret vim, & metū semper durasse, nisi intra ipsum quinquennium reclamauerit, idque legitime probauerit, & ita declarasse *Greg. XIII. testatur Val. in Diff. utr. for. ver. Regularis diff. 2. nu. 3. quem refert Dian. par. 3. tr. 2. ref. 62. Bonacin. de Clausur. q. 2. pun. 10. diff. 4. num. 4. & hanc sententiā sequitur etiam Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 104. num. 19. in nouissima impressione: hoc enim*

4 quinquennium prefixum fuit in communē Religionis quietem; & ideo currit etiam minori, & ignoranti, *ut post Sanch. d. Ricc. in Prax. par. 1. ref. 561. & 639.*

Quare, ut quis post quinquennium audiri possit, debet

5 impetare rescriptum à Papa, sine quo nec Superior, nec Episcopus possunt audire reclamantem, seu allegantem causas nulli-

tatis suæ professionis, *ut d. Hier. Rodriq. in Comp. qq. reg. ref. 101. n. 71. quem refert Dian. d. p. 3. tr. 2. ref. 62.*

An verò solus metus reuerentialis annullat professionem? affirmatiuè respondet *Pont. de matrim. lib. 4. cap. 11. num. 15. & 16. Pontel. in Dñb. Regul. ver. professio num. 12. quos refert, & sequitur Dian. ubi supra ref. 92. ubi etiam testatur, ita declarasse Sac. Cong. ac Rotam Romanam.*

Sed alij contrariam sententiā tuentur; quia alius, vel filia liberam habet arbitrium in electione propositi, & potest sequi, vel non sequi Parentum voluntatem *cap. cum virum de Regul. cap. fin. Qui Cler. vel vou. nisi ultra metū præcesserint minæ, vel verbera, & quia tunc metus reuerentialis sufficeret ad annullandam professionem Bart. in l. 1. §. quæ oneranda num. 4. ff. Quar. rer. act. non dat. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 4. ref. 401. ubi citat Boer. dec. 100. nu. 12. An. ail. 88. nu. 6. Riminal. inu. conf. 5. num. 31. & conf. 41. nu. 49. lib. 1. Cephal. conf. 741. Mandel. conf. 77. lib. 1. & alios.*

4 Observant 2. Concilium non loqui de inhabilibus ad profitendum, quales sunt qui habent impedimentum perpetuum: isti enim etiam transacto quinquennio possunt reclamare *Nau. conf. 26. num. 12. de Regul. Bonacin. de clausur. q. 2. pun. 10. diff. 4. nu. 7. neque loqui de Prælati Religionū, qui transacto etiam quinquennio, præmissa causæ cognitione, eijcere possunt Religiosam inua-*

annalidè professum ex defectu alicuius conditionis irritantis professionem *Nau. conf. 87. cod. tit. & alij apud Barbof. d. par. 3. all. 104.*

6 *in fin.* puta si defecerit cōsensus monasterij; tunc enim nulla est professio, vel habitus receptio, ut dicitur *Ricc. in Prax. par. 4. ref. 244.* quia professio est vtròque obligatoria, qua profitens se obligat monasterio, vel ordini ad seruandam ei secundum Regulam, & è contra monasterium ad ipsū alendum, & tractandum, vt filij: atque ita est necessarius vtriusque partis consensus, Contentus scilicet, & Prælati professionem acceptantis, ac ipsius profitentis *Nau. conf. 87. de Regul. Barbof. d. all. 104. num. 20. Gratian. discept. 413. num. 15.* Vnde nec capitulum repugnante Prælato, nec Prælati repugnante Capitulo potest aliquem ad professionem, admittere *Ricc. loco cit. d. ref. 244. Gratian. discept. 440. nu. 18. & seq.*

7 Observant 3 adeò esse necessarium, vt nullitas hæc deducatur coram ordinario, & superiore regulari, vt si coram vno tantum deducta fuerit, decretum esset nullum: quia non seruatur in tali causa forma Concilij; & per consequens Religiosus tenetur reuerti ad suum monasterium, etiã si fuerit eiectus à superiore Regulari declarante ex officio professionem nullam, vt censuit Sac. Congregatio Concilij teste *Ricc. in Prax. par. 1. ref. 20.* Dicit tamen *Barbof. d. par. 3. all. 104. num. 11:* quod si ordinarius simul sit superior, V.G. si Episcopatus mona-

sterium est vnitum, solus ordinarius de nullitate posset cognoscere.

8 Causa verò nullitatis receptionis, & professionis per Nouitios emissa in Conuentibus non designatis contra formam decreti Clementis VIII. apud *Quaran. in ver. monasteria, & Conuentus* coram Sac. Congreg. Concilij ventilanda sunt: & ideo si Regulares contra prædicti decreti formam recepti, ac professi è religione infra quinquennium exire, vel superiores extra Religionem illos eijcere voluerint, eandem Sac. Congregationem adire debent *ex decreto Urbani VIII. incip. Ad occurrendum, quod refert Barbof. post 3. par. tractatus de offic. & pot. Episc. constit. 63.*

9 Observant 4 quod dimissio temeraria habitus nõ impedit, quin Regularis audiatur super nullitate professionis, si postea eundem habitum reassumat ita *Nau. conf. 23. num. 2. de Regul. Ricc. in Prax. par. 3. ref. 321. Gratian. discept. 413. num. 6. & seq. & alij apud Dian. par. 3. tr. 2. ref. 53.*

10 Quæres, an si professio declaratur nulla, censetur etiam annullata renunciatio? affirmatiuè respondet *Ricc. in Prax. par. 3. ref. 354.* tum quia renunciatio est accessoria, & dependens à professione; tum etiam quia in quolibet actu, & contractu etiam iurato intelligitur apposta clausula, rebus sic stantibus, etiam si nõ exprimat *l. c. u. quis ff. de solut. l. quæro §. inter locatore ff. locat.*

11 Addit idem *Ricc. in Prax. vt supra*

si supra par. 2. ref. 3. 11. quod annullata professione, si talis nulliter professus erat irregularis, remanebit adhuc irregularis: quia licet per ingressum in Religionem tollatur irregularitas, id tamen intelligitur non de simplici ingressu, sed sub conditione, si in Religione perseverauerit, ut notat etiam Sorb. in ver. Nouitius, ubi de Nouitiorum absoluteione, vers. deinde; & hec videtur verior sententia, quamvis contrarium teneat Bartholom. de Vechis in Prax. Nouit. disp. 9. dub. 25. nu. 3. quem refert, & sequitur Dian. p. 3. tr. 2. ref. 44. ubi dicit, quod absolutio, vel dispensatio pure, & simpliciter data non est ita explicanda, ut censetur data cum reincidentia, nisi in casibus a iure expressis, vel nisi facultas absolvens, vel dispensandi ita expresse concessa sit.

22 Quæres 2. an inualidè professus qui non seruata forma Concilij sed propria auctoritate redit ad seculum, sit tutus in conscientia? affirmatiuè respondent DD. communiter, quia talis reuera in foro conscientie non est professus: & ideo nullo vinculo est affectus religioni, dummodò talem professionem postea non ratificauerit, ita Nau. conf. 89. n. 6. & seq. de Regul. Dian. par. 3. tr. 2. ref. 53. Barbof. d. par. 3. all. 104. nu. 20. in fin. Ricc. in Prax. par. 3. ref. 321. Gratian. discept. 413. num. 12. & seq. & alij.

23 Quæres 3. an Religiosus reclamare possit contra professionem peractam absque præuia in-

formatione de eius natalibus, & alijs iuxta constitutionem Sixti V. incip. Cum de omnibus. Negatiuè respondet Bonacin. in Tract. de Clausur. q. 2. pun. 10. diff. 2. S. 6. num. 11. quia professio facta sine præfata informatione, & solemnitate à Sixto V. præscripta, hodie irrita non est: nam Clemens VIII anno 1602. præfatam Sixti V. Constitutionem reuocauit quoad irritationem professionis, relictis in suo robore pœnis cõtra Superiores admittentes aliquem nõ seruata forma à Sixto V. præscripta.

Obseruat tamen Barbof. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 104. numer. 20. quod talis professio nulla est specialiter propter defectum consensus recipientium Nouitiũ ad Religionem, & propter expressam protestationem, quæ hac de re eidem fit, antequam profiteatur, ex doctrina Nauary. conf. 87. de Regul. ubi dicit, nullam esse professionem Nouitij descendens de genere Iudæorum, si fuerit admittus sub conditione, quod non esset de tali genere, quia dispositio conditionalis nulla est deficiente conditione *hædere dicit ff. de verb. sign. l. qui hæredi in fin. ff. de Condi. & demon. Clem. 1. de Concess. Præb.*

24 His adde, quod Prælati recipientes Nouitios sine dicta informatione non incurrerent pœnas à Sixto V. inflctas, si à parte rei Nouitius sic receptus careat omni impedimento, quia textus ligat solum recipientes criminosos, ut dicunt DD. apud Dian. par. 3. tr. 2. ref. 83.

SVM-

S V M M A R I V M.

- 1 Quibus liceat sacramentales confessiones audire.
- 2 Regulares absque licentia ordinarij confessiones audientes, possunt ab Episcopis puniri etiam ecclesiasticis censuris.
- 3 Beneficium parochiale obtinentes censentur approbati ad confessiones audiendas in ea tantum Civitate, vel oppido, ubi sita est Parochia.
- 4 An possint Parochi, aut alij Confessarij audire confessiones suorum subditorum in aliena Diocesi.
- 5 Item an possit Parochus concedere facultatem alteri Sacerdoti coniungendi sponfos in matrimonium in aliena Diocesi.
- 6 Regulares non indigent Episcopi approbatione quoad audiendas aliorum Regularium confessiones.
- 7 Prelati regulares possunt eligere in confessarium quemlibet Sacerdotem etiam ab Episcopo non approbatum.
- 8 Episcopi hodie non possunt eligere sibi confessarium non approbatum ab ordinario.
- 9 S. R. E. Cardinales possunt sibi, & familiae suae de confessario providere.
- 10 An Regulares possint absque approbatione Episcopi, audire confessiones monialium ipsis subiectarum.
- 11 Episcopus potest confessores monialium etiam regulares ex causa rationabili adducere.

12 Ad monialium confessiones audiendas requiritur approbatio specialis.

13 An possint Regulares audire confessiones mulierum, & virorum tertij ordinis.

14 An possit Episcopus licentias audiendarum confessionum Regularibus concessas revocare.

15 An approbatio confessariorum Regularium possit ab ordinario restringi, ac limitari ad certum tempus, locum, atque personas.

C A P. XII.

An, & quando Regulares possint audire fidelium confessiones.



Acra Tridentina Synodus statuit, vt nullus etiam Regularis possit confessiones secularium etiam Sacerdotum audire, nisi aut parochiale beneficium habeat, aut ab Episcopis per examen si illis videbitur esse necessarium, aut alias idoneus iudicetur, & approbatione quae gratis danda est, obtineat, vt in sess. 23. de ref. cap. 15.

Vnde Regulares absque expressa licentia Episcopi Sacras confessiones audire presumetes ab eodem episcopo puniri possunt etiam ecclesiasticis censuris per constit. Urbani VIII. incip. Alias a nobis, quae refert Barbof. post. 3. par. tractatus de offic. & pot. Episc. constit. 67.

Scio, Religiosos Societatis Iesu, ex privilegio Greg. XIII. ab ali-

aliquo ordinario semel approba-
tos, & a suis superioribus ad hu-
iusmodi munus deputatos posse
non repugnantibus Parochialiū
ecclesiarum Curatis, confesio-
nes audire, ac verbum Dei præ-
dicare: dummodò id non faciant
in locis, in quibus ordinarij mor-
rantur, sine eorum licentia de-
super obtenta, *vt testatur fr. Em-
man. in Bull. Cruciat. §. 9. nu. 144.
quem refert Barbof. de offic. & pot.
Episc. par. 2. all. 25. num. 33. Lezan.
in sum. qq. Reg. tom. 1. cap. 19. nu. 5.
quemadmodum presbyteri Con-
gregationis Oratorij, si Romæ
fuerint ad confessiones audien-
das approbati, non debent am-
plius extra urbem examinari à
locorum ordinarijs, sed illis suffi-
cit præsentare eorum licentias
Romæ habitas, *vt refert Qua-
rant. in ver. Confessor. & alij, qui-
bus adde Dian. par. 3. tr. 2. ref. 111.
vbi dicit, quod eadem facultate
frui possunt alij Religiosi commu-
nicantes in priuilegijs. Sed hæc
priuilegia fuerunt reuocata per
constitutionem Urbani VIII. edic-
tam die 17. Septembris 1628. qua
incip. Cum sicut accepimus, vt no-
tat etiam Dian. par. 3. tr. 2. ref. 123.
Lezan loco cit. num. 5. Ricc. in
Prax. for. eccles. par. 4. ref. 317.**

3 Observant autem DD. quod
beneficium parochiale obtinen-
tes censentur approbati ad con-
fessiones audiendas in ea tantū
Ciuitate, vel oppido, vbi sita est
Parochia, non autem passim per
totam Diocesim, *vt censuit Sacr.
Congreg. Concilij teste Piafec. in
Prax. Episc. par. 2. cap. 2. num. 10.*

suorum tamen subditorum con-
fessiones audire possunt per to-
tam diocesim, immò etiam in
diocesi aliena *Henriq. lib. 6. c. 7. §.
1. Tolet. in Instruēt. Sacerd. lib. 3. c.
13. in fin. Valer. de Differ. inter. &
trumque for. ver. Absolutio differ.
1. num. 4. & alij, quos refert, & se-
quitur Barbof. d. par. 2. all. 25. n. 38.
quemadmodum alij etiam Con-
fessarij delegati siue seculares, si-
ue regulares possunt absolueri
subditos Episcopi deleganti etiā
extra diocesim *vt d. Dian. par. 3.
tr. 2. ref. 123. & tr. 4. ref. 144. vbi ci-
tat Sanch. de matrim. tom. 1. lib. 3.
disp. 3. num. 2. Megal. in p. par. lib.
1. cap. 7. num. 25. & cap. 9. num. 12.
Veg. in sum. tom. 1. c. 62. cas. 41. Suar.
in 3. par. tom. 4. disp. 28. sect. 6. & 7.
Peirin. de Relig. subd. tom. 1. q. 1. c.
21. §. 2. Nugn. in 3. par. tom. 2. q. 8.
art. 5. dub. 8. contra Sylu. in ver. Cō-
fessor 1. n. 12. N. u. in man. cap. 27.
nu. 266. & alios: & ratio est, quia
isti confessarij delegati habent iu-
risdictionem in personas huius-
modi pœnitentium, quæ cum sit
voluntaria, potest etiam extra
territorium exerceri *iuxta l. 2. ff.
de offic. Proconf. quod intelligit,
dummodò tales subditi extra ter-
ritorium reperti non mutauerint
domicilium, vt d. Lezan. in sum.
tom. 1. cap. 19. num. 5.***

5 Eadē ratione posset Parochus,
vel ordinarius concedere facul-
tatem alteri Sacerdoti coniungē-
di sponso in matrimonium non
solum in propria Parochia, sed
etiam extra illam, etiam in alie-
na Diocesi, *vt resoluunt DD. apud
Barbof. de offic. & potest. Episcop.
par. 2.*

- par. 2. all. 32. num. 95. & 314.
- 6 Observantur, Regulares non indigere Episcopi approbatione quoad audiendas aliorum Regularium confessiones, sed satis esse proprii regularis Superioris licentiam: quia Concilium loco cit. loquitur de confessionibus secularium, & nihil innovat quoad Regulares *Nau. cap. 4. num. 7. Barbosa. d. par. 2. all. 25. num. 64. & alij.*
- 7 Unde Prælati regulares, quales sunt Generales, Provinciales, Guardiani &c. possunt sibi eligere in confessarium quemlibet sacerdotem, etiam si ab Episcopo non fuerit approbatus *in pta. cap. ult. de Penit. & remis. quod ad alios etiam regulares subditos habentes à suis superioribus licentiam eligendi confessarium, extendit Dian. par. 2. in 2. ref. 3. & 30. ubi citat. Portell. in Dub. reg. ver. Confessor erga regulares nu. 14. Suarez. tom. 4. disp. 28. sect. 4. nu. 5. Conin. eb. de Sacram. disp. 8. dub. 7. nu. 48. Reginald. to. 1. lib. 1. cap. 5. num. 41. Grass. par. 1. lib. 3. cap. 5. num. 107. Henriq. lib. 6. cap. 33. num. 1. & alios.*
- 8 Episcopi verò vigore privilegij, de quo in d. cap. ult. de Penit. & remis. non possunt hodie sibi eligere Confessarium non approbatum ab ordinario: obstat enim dispositio Concilij Tridentini requirentis in Confessario ordinarij approbationem: quæ quidem conditio, cum vniuersaliter appositâ sit respectu omnium secularium, idè Episcopum etiam comprehendit, et declaravit Sac. Congregatio teste Barbosa. d.
- par. 2. all. 25. num. 27. & ita etiam tenent DD. quos refert, & sequitur. Dian. par. 2. in 2. ref. 3. p. 314.
- 9 Possunt tamen Cardinales, siue ex licentia tacita Summi Pontificis, siue ex consuetudine, sibi & familie suæ de Confessario providere: quia respectu familie, & domesticorum suorum quasi pastores sunt, ut d. Comital. resp. moral. lib. 1. q. 201. num. 4. Natali. in Sum. ver. Cardinalis num. 8. & alij apud Barbosa. d. par. 2. all. 25. num. 20.
- 10 Notandum est autem, quod Regulares nequeunt absque Episcopi approbatione audire confessiones monialium, etiam ipsi subiectarum, et declaravit Greg. XVI. in Constitut. incip. Inscrutabili, edita Nonis Febr. 1522. ex qua licet etiâ Episcopo ex rationabili causa Superiores Regulares admonere, ut eiusmodi confessores amoveant, ipsi que Superioribus id facere detrectantibus, aut negligentibus, potest Episcopus prædictos confessores amovere, nec tenetur causam Superioribus Regularibus significare, & ita censuit Sac. Congregatio apud Barbosa. post 3. van. tractatus de offic. & pot. Episc. pag. 57.
- 12 Nec sufficeret approbatio generaliter ab Episcopo concessa, ad confessiones personarum secularium audiendas, sed requiritur specialis: immò Regularis ad audiendas confessiones monialium vnius monasterij approbatus non potest audire confessiones monialium alterius monasterij, ut censuit Sac. Congregatio.

Concilij teste eodem Barbof. loco proxime citato fol. 57.

13 Neque possunt sacerdotes regulares audire confessiones sacramentales mulierum tertij ordinis, quæ de penitentia dicuntur, nisi ab ordinario approbati fuerint ad confessiones secularium audiendas; nec possunt illas in paschate communicare *ex decreto Sac. Congreg. Episc. & Regul. quod refert Lezan. in Summ. 99. reg. to. 2. cap. 14. num. 29. & 34.*

An verò sacerdotes regulares possint audire confessiones viro- rum Tertij Ordinis Collegialiter, aut cum claustralibus viuentium affirmat Lezan. *loco cit. d. num. 34.* etiam si ab ordinario approbati non fuerint: subdit tamen ibidem, quod Regulares huiusmodi tertiaris extra conuentum non possunt alia sacramenta ministrare præter sacramentum penitentia.

14 Quæres, an possit Episcopus licentias audiendi confessiones Regularibus concessas reuocare? Resp. quod si Regulares præiudice examine liberè approbati fuerint, non possunt ab eodem Episcopo suspendi, nisi ob non seruatum interdictum ab ipsis Ordinarijs positum, vel ob aliam nouam causam ad confessiones pertinentem, quam tamen Regularibus non tenetur Episcopus significare, *ut declarauit Urbanus VIII. in Constit. incip. Alias à nobis, & censuit Sac. Congregatio, ut refert Barbof. de offic. & potest. Episc. par. 2. all. 25. num. 50. & post 3. p. eiusdem tractatus fol. 57. & 122.*

Limita in Episcopo successore, qui pro maiori conscientia suæ quiete potest iterum ad examen vocare approbatos ab Episcopo predecessore, & quos idoneos minime inuenerit, reijcere *iuxta constitutionem Pij V. in ep. Romani Pontificis providentia, ac dicta constitutione Urbani*: nequit tamen confessionum audiendarum facultatem omnibus simul vnus Conuentus regularibus Confessarijs Sac. Congregatione inconsulta adimere, *ut resoluit eadem Sac. Congreg. teste Rio. in Prax. for. eccles. par. 4. ref. 71. Barbof. d. all. 25. num. 45. & seq. ex quo infert Lezan. in Sum. to. 1. cap. 19. num. 9.* quod si omnes vnus Conuentus simul ab audiendis confessionibus suspendantur, non tenentur obedire, quia in tali casu ordinarij excederent limites auctoritatis, quam habent.

Si verò huiusmodi licentiæ ad beneplacitum concedantur, possunt etiam absque vlla causa reuocari, *ut dicunt DD. apud Barbof. d. all. 25. num. 55. & seq.*

15 His adde, quod approbatio Confessariotam regularium potest ab ordinarijs iusta, & rationabili causa concurrente restringi, ac limitari ad certum tempus, locum, atque personas *ex dicta Constitutione Urbani VIII. ac declaratione Sac. Congreg. quam refert Barbof. ibi supra nu. 51. Lezan. in Sum. to. 1. d. cap. 19. nu. 8.*

S V M M A R I V M.

1 Regulares, antequam prædicent, se personaliter coram Episcopo presentare, ac benedictionem

pete.

- petere debent.*
- 2 *Quando licentiam Episcopi obtinere teneantur.*
- 3 *In ecclesijs suorum ordinum sufficit, si Regulares benedictionem ab Episcopo petant, licet illam non obtineant.*
- 4 *An Episcopus possit Regulares predicatorum examinare circa doctrinam.*
- 5 *An Regularis predicans sine licentia vel benedictione Episcopi possit ab eodem Episcopo puniri.*
- 6 *Quando possit Episcopus Regularibus predicationis munus interdicare.*
- 7 *Regulares ea hora, vel tempore, quo Episcopus predicare voluerit, predicare nequeunt.*
- 8 *A quo sit puniendus Regularis benefices predicans.*

C A P. XIII.

An Regularis sine licentia Episcopi predicare possit.

- 1 **R**egulares etiam in ecclesijs sui ordinis predicare non possunt, nisi a suis superioribus examinati, & approbati se personaliter coram Episcopo presentauerint, & ab eo benedictionem petant; in ecclesijs vero, quae sui ordinis non sunt, ultra licentiam suorum superiorum, etiam Episcopi licentiam obtinere debent, ut statuit Concilium Tridentinum sess. 5. de ref. cap. 2. tradicente vero Episcopo neque in ecclesijs suorum ordinum prae-

dicare possunt, ut ex eodem Concilio sess. 24. de ref. cap. 4. & nouissime statuit Greg. XV. in constit. que incip. Insuperabili.

3 Ex quo obseruant DD. quod in ecclesijs sui ordinis sufficit, si Regulares benedictionem ab Episcopo petant, licet illam non obtinuerint ita, ut si Episcopus non modo benedictionem non concesserit, verum etiam Regularibus prohibuerit, quominus praedicent, adhuc illis liceret in sui ordinis ecclesijs praedicare ex constitutione Urbani VIII. incip. Alias a nobis, quam refert Barbosa: post. 3. par. tractatus de offic. & pot. Episc. constit. 67. & censuit etiam Sac. Congregatio teste Vulp. in Prax. iudic. cap. 42. nu. 3. Lezan. in sum. qq. reg. tom. 1. cap. 20. nu. 3.

4 Obseruant 2. quod si alicubi longo vsu obtentum esset, ut regulares Praedicatorum examinentur ab Episcopo circa doctrinam, talis consuetudo esset seruanda, quia decretum Concilij loco cit. vbi huiusmodi examen Superioribus Regularibus committitur, non inficit consuetudinem in contrarium, ita Campan. in Diuers. Iur. canon. nu. 12. c. 13. num. 9. quem refert, & sequitur Barbosa. de offic. & pot. Episc. par. 3. art. 76. num. 23. in fin.

Addunt alij, posse Episcopum etiam seclusa consuetudine examinare Regulares, qui in ecclesijs, quae suorum ordinum non sunt, praedicare voluerint, & ita seruari in praxi dicit Dian. par. 3. tract. 2. ref. 111. in fin. & censuit etiam Sacra Congregatio apud Le

zan. in sum. qq. reg. tom. 3. ver. con-
ditionator regularis num. 7.

5 **Observant 3.** Regularem prædicantem absque Episcopi licentia non ab Episcopo, sed à suo superiore puniendum esse, *ut est sicut Sac. Congregatio teste Piafec. in Prax. par. 2. cap. 3. num. 47. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 3. resol. 169.* hodie tamen per dictam constitutionem Greg. XV. Episcopus quoscunque exemptos tam seculares, quam regulares, qui sine eius licentia, aut non petita illius benedictione, aut illo contradicente prædicare præsumpserint, censuris ecclesiasticis, aliisque poenis puniri potest, *ut notat etiam Vulp. in Prax. iudic. c. 427. 3. Lezan. in sum. tom. 1. cap. 20. nu. 3. Dian. par. 3. tr. 2. ref. 111.*

6 **Observant 4.** posse Episcopum prædicationis manus interdiceret Regularibus, qui ecclesie Prælati, aut Principibus secularibus detrahunt, vel scandala, aut errores disseminaverint, etiam si in monasterio sui, vel alterius ordinis prædicent, *ut ex Conc. d. sess. 7. cap. 2. Rodriq. tom. 3. qq. reg. q. 32. art. 2. Zerol. in ver. prædicatio vers. ad sextum Cened. pp. qq. 9. 26. n. 14.*

Addunt alij, Episcopum, etiam ex alijs causis sibi bene visis, posse Regularibus prædicationis officium interdiceret *iuxta Concilium d. sess. 24. de ref. cap. 4. ibi, contradicente Episcopo & c. idem. declaratum fuisse à Sac. Congregatione Concilij dicit Leo in sua Prax. par. 1. cap. 8. num. 9. quem refert Piafec. in Prax. Episc. par. 2. c. 3. num. 41. vers. si idem. ita, ut non*

teneatur Episcopus causas huiusmodi Regularibus significare *ex constit. Urbani VIII. incip. Alias à nobis.*

7 **Observant 5.** Regulares neque in Plateis communibus, neque in ecclesijs suorum ordinum prædicare posse ea hora, vel tempore, quo Episcopus prædicare voluerit, *Rodriq. tom. 3. qq. reg. q. 32. art. 1. & 5. Barbosid. par. 3. all. 762. num. 20. ubi ita intelligit decretum Concilij d. sess. 24. cap. 4. S. nullus Dian. par. 3. tr. 2. ref. 58.*

8 **Ultimò observant,** Regularem hæreses prædicantem non à suo Prælato regulari, sed ab Episcopo esse puniendum iuxta iuris dispositionem *cap. ad abolendam de Hæret. Conc. Trid. d. sess. 5. de ref. cap. 2. glos. in clem. vn. ver. à iure de excess. Prælat. Cened. pp. qq. ca non. q. 26. nu. 29. & alij apud Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 76. num. 49. & all. 103. nu. 56.*

S V M M A R I V M:

1 Regularis extra Monasterium degens si delinquat, ab ordinario puniatur.

An hoc procedat in Equitibus Hierosolymitanis, ibidem.

2 Quid si Regularis commoretur in aliquo membro, seu grangia sui monasterij.

3 Et quid, si ad breve tempus extra claustra commoretur.

CAP. XIV.

Quando Regularis degens extra
monasterium possit ab Epi-
scopo puniri.

Regularis extra mona-
sterium degens si de-
linquat, ab ordinario
loci tanquam super
hoc à Sede Apostolica delegato
secundum canonicas sanctiones
visitari, puniri, & corrigi potest
iuxta Conc. Tridentinum sess. 6. de
ref. cap. 3. cuius dispositionem
procedere etiam in Equitibus
Hierosolymitanis dicit Azor. In-
stit. mor. par. 1. lib. 13. cap. 4. quest. 3.
Rodrig. qq. reg. to. 2. q. 2. ar. 7. Spe-
rell. decif. 38. num. 18. Loccatell. de
Quo Fr. iudic. insp. 5. n. 136. Barbof.
de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 105.
num. 15. quamvis de hoc dubitet
Nau. conf. 21. de Regul.

Ex quo inferunt DD. quod
Regulares, qui extra Conuentum
etiam de Superiorum licentia
causa studiorum, vel occasione
docendi doctrinam Christianam,
vel nouum monasterium con-
struendi morantur, possunt ab
ordinario puniri, nisi ibi uiuant
sub superiore conuentualiter iu-
xta regulam institutum, Conc. Tri-
dent. sess. 21. de ref. cap. 8. & sess. 25.
de Regul. cap. 4. in fin. & censuram
etiam Sac. Congregatio apud Pia-
nc. in Prax. Episc. par. 2. cap. 3. nu.
42. Vulp. in Prax. iudic. cap. 4. 2. nu.
21. Sperell. decif. 38. num. 19. & 21.
Barbof. de offic. & pot. Episc. par. 3.
all. 105. num. 16. Ricc. in Prax. for.

acces. par. 3. ref. 269. contra Lezan.
in Sum. qq. reg. tom. 1. cap. 11. ubi
dicit, quod decretum Concilij
procedit solum in Regularibus
degentibus extra monasterium,
absque licentia Prælati, quia de-
gens extra monasterium cum li-
centia Prælati, dicitur esse in
monasterio.

Regulares vero sub regulari
obseruantia in aliquo membro,
seu grancia sui monasterij pro
Religionis seruitio cum licentia
Superioris commorantes, non
ab ordinario, sed à superiore re-
gulari puniendos esse, tenet DD.
quos refert, & sequitur Barbof.
d. par. 3. all. 105. num. 17. quia hu-
iusmodi loca gaudent priuilegijs
monasteriorum, quorum sunt
membra cap. recolemes 5. cetera
de Stat. Monach.

Addit Lezan: in Summ. to. 3.
ver. Episcopus quoad Regulares
num. 24. Concilium loco cit. ha-
bere locum contra Regularem
extra monasterium per notabile
tempus existentem, non autem
si ad breue tempus extra clau-
stra commoretur: quia illud ver-
bum, degens, quo utitur Con-
cilium, significat existetiam diu-
turtam, non breuem, seu tran-
seuntem.

S V M M A R I V M.

Regularis sine licentia Superio-
ris à suo Conuentu recte deni-
quatus ab ordinario puniri: decla-
ratur nu. 2. & seq.

CAP. XV.

An, & quando Episcopus possit punire Regularem a suo conventu recedentem sine licentia superioris.

Non licet Regularibus a suis Conuentibus recedere etiam prætextu ad Superiores suos accedere, nisi ab eisdem missi, aut vocati fuerint. Qui verò sine prædicto mandato in scriptis obtento repertus fuerit, ab ordinarijs locorum tamquam desertor sui instituti punitur *ex Conc. Tridentino sess. 25. de Regul. cap. 4.*

2 Observant tamen DD. Concilium loco cit. non substulisse legitimam appellationem, *Nau. cons. 4. num. 5. de Appell. Ricc. in Prax. for. eccl. par. 4. ref. 329. & seq.* & idè si Regularis supra modum grauatus sine licentia ad suos Superiores pergat, vt à tali liberetur grauamine, non incideret in pœnas Concilij: quia dicens se grauatum, ob idque adiens Superiorem videtur appellare *cap. dilecti 2. de Appellat. Rodrig. qq. reg. to. 1. q. 30 art. 3. Cened. pp. qq. canon. 7. 26. nu. 20. vbi dicunt, quod in tali casu non esset necesse impetrare licentiam Prælati immediati, ad cuius grauamen tollendum pergitur ad Superiorem iuxta glos. in cap. cum pastoris 2. q. 7.*

3 Ex quo infert idem Cened.

loco cit. num. 22. Lexan. in Sum. qq. reg. to. 1. cap. 11. num. 11. Regularè non esse puniendum, si fidem faceret, se grauatum appellasse, vel de grauamine protestatum, iter asripuisse ad Superiorem, & idè licentiam in scriptis secum non deferre, quia Prælati, a quo appellauit, noluit eam sibi concedere.

4 Observant, 2. quod Religiosus ordinis Prædicatorum non habens licentiam potest ab ordinario puniri, etiam si adeat superiorè ex causa grauaminis: quia in Constitutionibus Fratrum Prædicatorum interdicitur ipsis Religiosis appellatio; & idè eo ipso, quod aliquis in prædicta Religione professionem emittit, videtur huiusmodi appellationi renunciare, *Cened. loco cit. nu. 22. Ricc. in prax. par. 4. ref. 335.*

5 Hoc tamen intelligendum est, quando non est excessus in correctione, & mandata, vel præcepta Superiorum sunt rationabilia & legitime facta; nam si Superior in ijs deficiat, potest Religiosus appellatione tamquam iuris naturalis subsidio se tueri, *vt d. Nauar. d. cons. 4. num. 5. Ricc. in Prax. d. par. 4. ref. 336.*

S V M M A R I V M.

- 1 Regulares, quibus incumbit cura animarum personarum secularium, si delinquant in officio, ab Episcopo puniuntur.
- 2 An hoc procedat contra Rectores ecclesiarum militum S. Ioannis Hierosolymitani.

- 3 Canonicus exemptus per concordiam, si habeat curam animarum efficitur subditus Episcopi.
- 4 Qualiter puniendi sint Regulares in tali casu.
- 5 Superiores Regulares, si non deputent personas ad huiusmodi curam exercendam, ab Episcopo compelli possunt.
- 6 Quando Episcopus visitare possit Ecclesiam Regularium.
- 7 Regulares curam animarum huiusmodi exercentes Synodo interesse debent.
- 8 Qui si huiusmodi cura animarum exercentur per Sacerdotem saecularem in monasterio, in quo Generalis alicuius Religionis sedem ordinariam principalem habet.
- 9 An huiusmodi iurisdictio contra Regulares competat etiam Praepositis iurisditionem quasi Episcopalem habentibus.
- 10 An Episcopus in tali casu possit contra Regulares per censuras procedere.

CAP. XVI.

An Regularis exercens curam animarum puniri possit ab Episcopo.

- 1 **R**eligiosi, qui animarum curam personarum saecularium exercent, in ijs, quae ad dictam curam, & sacramentorum administrationem pertinent, subijciuntur iurisditioni, visitationi, & correctioni Episcopi: nec aliqui ad id etiam

ad nutum amovibiles deputari possunt, nisi de eiusdem consensu, ac praevio examine per eum, aut eius Vicarium faciendo: excepto monasterio Cluniacensis suis limitibus, & exceptis etiam ijs monasterijs, seu locis, in quibus Abbates, Generales, aut Capita ordinum sedem ordinariam principalem habent, atque alijs monasterijs, seu domibus, in quibus Abbates, aut alij Regularium Superiores iurisditionem episcopalem, & temporalem in Parochos, & Parochianos exercent, ut in Concil. Trident. sess. 25. de Regul. cap. 11.

2 Eandem facultatem habent Episcopi quoad parochiales ecclesias militum S. Ioannis Hierosolymitani, & illarum Vicarios, Rectores, ac ministros, ex constitutione Pij V. incip. *Exposcit, quam refert. V. ulp. in Prae. iudic. cap. 42. num. 7. Barbof. post. 3. par. tractatus de offic. & pot. Episc. cons. 26.*

3 Ita etiam Canonici alias exempti a iurisditione Episcopi per concordiam, si habeat curam animarum, non obstante concordia efficitur subditus Episcopi *Seraphin. decis. 1058. num. 6.*

4 Observant tamen Doctores, Religiosos delinquentes circa curam animarum, vel administrationem Sacramentorum ab Episcopo esse puniendos iuxta ipsius ordinis regularia statuta intra septa regularis loci, ut ex constitutione Leon. X. notat *Lezan. in sum. qq. reg. tom. 1. cap. 11. num. 7.*

5 Observant 2. Sacerdotes siue saeculares, siue regulares ad exercen-

cedant huiusmodi curam ponendos esse, ad arbitrium Superiorum ipsorum Regularium, non autem ad arbitrium Episcopi, quamvis examinari, & approbari prius debeant ab Episcopo, antequam ponantur, *vt censuit Sac. Congregatio apud Piaſec: in Prax. Episc. par. 2. cap. 3. nu. 46.* Si verò in deputando superiores negligentes fuerint, vel non deputarent tot personas, quot ad exercitium curæ sufficerent, ab Episcopo compelli possunt, *vt deputent iuxta decretum S. C. Congregationis, quod refert Ricc. in Prax. for. eccles. par. 3. ref. 269. Piaſec. locò cit.*

6 Observant 3. posse Episcopum visitare ecclesias monachorum, seu Regularium, in quibus cura animarum exercetur, atque etiam inquirere, quomodo conferuetur Sanctiss. Sacramentum, & ecclesiastica ornamenta, *vt d. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 2. resol. 276. & p. 4. ref. 181. & censuit Sac. Congreg. teste Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 74. num. 21.* vbi etiam dicit, quod Parochus regularis extra Sacramentorum administrationem, & curam animarum delinquens non ab Episcopo, sed à suo Superiore puniendus est, *vt censuit etiam Sac. Congregatio apud Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. ref. 523.*

Addunt alij, posse Episcopum visitare etiam ecclesias parochiales, in quibus Abbates iurisdictionem episcopalem, & temporalem in Parochiâ, & parochianos exercent, si Episcopus maiorem in

illis locis, & personis iurisdictionem habeat, *ita censuit Sac. Cong. Concilij apud Farinac. decis. 44. p. 4. Diuers.*

7 Observant 4. quod Regulares, qui curam animarum in ecclesijs exercent, possunt cogi ab Episcopis ad assistendum Synodo diocesane, quia cum hi quoad curam subint Episcopo, debent etiam Synodo interesse, *vt informentur de necessarijs circa regimen animarum iuxta Conc. Trident. sess. 24. de ref. cap. 2. & d. Azor. to. 2. instit. mor. lib. 3. cap. 47. q. 3. Laurent. de Peirin. tom. 1. Priuil. minim. in constitutione 2. Iulij II. l. 25. num. 64. quos refert, & sequitur Lezan. in sum. qq. reg. to. 1. cap. 11. num. 20.*

8 Observant 5. quod in monasterio, in quo Generalis alicuius Religionis Regularium sedem, ordinariam principalem habet, etiam si in eodem monasterio personæ seculares curam animarum exerceant, quantum ad curam ipsâ, & administrationem sacramentorum spectat, nulli visitationi, seu iurisdictioni Episcopi Diocesis, in qua monasterium situm est, subijciuntur, *vt censuit Sac. Congreg. Concilij teste Vulp. in Prax. iudic. cap. 42. nu. 6. Lezan. in sum tom. 1. cap. 11. num. 9.*

9 Observant 6. iurisdictionem tributam Episcopo in Concilio diocesis, cap. 11. competere etiam Præpositis iurisdictionem quasi episcopalem habentibus, *vt censuit Sac. Congregatio, qua refertur inter decisiones nouiss. Diuers. par. 4. decis. 27.*

10 Potest autem Episcopus Regulares huiusmodi delinquentes circa curam animarum, & Sacramentorum administratione etiam censuris ecclesiasticis punire etiam extra visitationem ex constitutione Greg. XV. incip. Inscrutabili.

S V M M A R I V M.

- 1 Regulares ad publicas processiones non accedentes ab Episcopo puniri possunt etiam censuris, & alijs penis.
- 2 Item Sacerdotes seruientes Ecclesijs Equitum Hierosolymitanorum ad easdem processiones accedere debent.
- 3 Quae dicantur publicae processiones.
- 4 Quando Regulares non teneantur ad dictas processiones accedere.
- 5 Controuersa, qua in processionibus oriri solent, ab Episcopo dirimuntur.

C A P. XVII.

An Regulares ad publicas processiones non accedentes puniri possint ab Episcopo.

I Xempti omnes tam Clerici Saeculares, quam Regulares quicumque etiam Monachi ad publicas processiones vocati accedere tenentur, ijs tantum exceptis, qui in strictiori clausura perpetud

viuant ex Concilio Tridentino sess. 25. de Regulo. cap. 13. alias ab Episcopo puniri possunt censuris, & alijs arbitrarijs penis, ut resoluisset Sac. Congreg. teste Ricc. in Prax. for. eccles. par. 2. res. 210. Comed. pp. 99. canon. q. 26. num. 16. Barbof. de offic. & pot. Episc. p. 3. all. 78. n. 25.

2 Item Sacerdotes seruientes in Ecclesijs Equitum Hierosolimitanorum ad huiusmodi processiones accedere debent, ut censuit Sac. Congreg. teste Vulp. in Prax. iudic. cap. 42. num. 9. Barbof. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 78. num. 1. Zerol. 1. p. in ver. processiones vers. ad secundum, vbi etiam dicit, quod processiones publicae dicuntur, in quibus adest Praelatus: alij vero sentiunt, publicas processiones esse, quae fiunt in festo Corporis Christi, in litanijs maioribus, vt in festo S. Marci, & in minoribus, vt in triduo antecedente Ascensionem Domini: vel quae indicuntur pro bono publico, vt imminente peste, vel alio flagello, vel in aduentu noui Episcopi, & quae fieri debent a Capitulo, & Clero sede vacante pro bono Pastore impetrando, ita Vulp. d. cap. 42. num. 9: & alij apud Barbof. loco cit. d. all. 78. num. 2. vbi etiam ad id refert decretum Sacrae Congregationis.

4 Regulares vero, quorum Conuentus per dimidium milliarem distat a Ciuitate, non tenentur accedere ad processiones, neque ad id compelli possunt, ut declarauit Sac. Congregatio apud Lenzan. in Summ. qq. Reg. 10. l. cap. 9. nu. 47. Vulp. d. cap. 42. n. 8. Barbof. d. par.

d. par 3. all. 78. num. 2. & refertur
etiam inter decis. notiss. Divers.
par. 4. decis. 4.

5 Controuersias verò quas inter
personas ecclesiasticas tam secula-
res, quam Regulares in proces-
sionibus publicis, & similibus ori-
ri solent, Episcopus appellatione
remota cõponere potest ex Con-
cil. Trident. sess. 25. de Regul. c. 13.

S V M M A R I V M.

1. A quo puniendus sit Regularis delinquens extra claustra.
2. Quando aliqua qualitas requiritur ad exercendam iurisdictionem, de illa p̄m̄m̄ constare debet.
3. Regularis in delicto deprehensus an possit ad carceres, episcopales duci.
4. Dicitio, statim, qualiter sit intelligenda.
5. An possit Episcopus ad capturam procedere contra Regularem notorie delinquentem, si in delicto non deprehendatur.
6. Quid si timeatur de fuga Religiosi.
7. Et quid si Regularis intra Ecclesiam, vel intra claustra notorie, & cum scandalo deliquerit.
8. Quando alij exempti à Iurisdictione Episcopi, possint ab eodem Episcopo puniri.



C A P. XVIII.

An, & quando Regularis intra
monasterij claustra degens,
& extra ea delinquens
possit ab ordina-
rio puniri.



Regularis non subdi-
tus Episcopo, qui
intra claustra mo-
nasterij degit, & ex-
tra ea ita notorie
deliquerit, vt po-
pulo scandalo sit, Episcopo in-
stante à suo Superiore intra tem-
pus ab Episcopo præfigendum
seuerè cit puniendus, ac de pu-
nitione Prælatus regularis Epi-
scopum certionem facere debet:
alias à suo Superiore officio pri-
uandus est, & delinquens ab
Episcopo puniri potest ex Conc.
Tridentino sess. 25. de Regul. c. 14.

Si verò Superior in Regularem
delinquentem non animaduier-
terit, sed illum impunitum ad
alia sui ordinis loca extra Epi-
scopi dioccesim transmiserit, te-
netur Superior instante Episco-
po intra terminum ab eodem
Episcopo præfigendum, Regu-
larem delinquentem à loco, ad
quem transmissus fuit, renocare,
& in quo deliquit, constituere:
alias penam priuationis dignita-
tum, & officiorum obtentorum,
& inhabilitatis ad illa, & alia in
posterum obtinenda, ac vterius
priuationis ætinae, & passiva vo-
cis eo ipso incurrit, quarum pe-
narum relaxatio pa p̄a refer-
natur

natur; quod & hoc etiam face-
re prætermiserit, potest ordina-
rius loci, ad quem Regularis
delinquens transmissus fuit, su-
per præmissis ab ipso ordinario
loci, in quo deliquit, requisitus,
vel alias de illius delicto infor-
matus tamquam sedis apostolice
delegatus in Regularem delin-
quentem animaduertere ex con-
stitutione Clementis VIII. incip.
*Suscepti muneris, quam refert
Quarant. in ver. exemptio Barbof.
post 3. par. Tractatus de officio
et pot. Episc. constit. 40.*

2. Observant autem DD. quod
constare prius debet Episcopo
saltem summarie, quod Regularis
extra claustra notorie, &
scandalose deliquerit, quia quã-
do aliqua qualitas requiritur ad
exercendam Iurisdictionem, de
illa primo constare debet. *Ferr.
qq. non. par. 2. q. 110. & alij com-
muniter.* Vnde non sufficeret,
quod delictum notum sit alicui,
vel paucis personis, *ut d. Lezan.
in Sum. qq. reg. 10. 1. cap. 16. n. 27.*

3. Observant 2. quod Regularis
in tali casu in delicto deprehen-
sus ad carceres episcopales duci
potest, dummodo statim remit-
tatur ad suum Superiorem etiam
nemine instante *iuxta decretum
Sac. Congregationis apud Sperell.
dec. 38. num. 13. vers. ceterum, &
notat etiam Riasco. in Prax. Episc.
par. 2. cap. 3. nu. 43. Fusc. de Vist.
lib. 2. cap. 17. nu. 11. Barbof. d. par.
3. all. 105. num. 20. contr. a Leza.
in Sum. 10. 1. c. 16. vbi dicit, quod
Regularis in ipso delicto com-
prehensus ad suum Superiorem*

recta via deferri debet.

4. Verum illa dictio, *statim*, mo-
raliter est intelligenda: & ideo
alij putant, esse remittendum
intra 10. horas *iuxta glos. in cap.
cum non ab homine de Iudic.
Cened. pp. qq. canon. q. 26. num. 31.
alij intra trium dierum spatium
iuxta l. final. vbi las. num. 3. C. de
Iudic. Vulpell. de Diction. in ver.
incontinenti ante num. 1. sed cõ-
muniis Doctorum sententia est,
vt id intelligatur intra duos
dies: quo tempore poterit ordi-
narius sumere informationem,
illamque transmittere ad Supe-
riorem Regularem cum præ-
fixione termini ad puniendum,
*ut d. Sperell. d. decis. 38. num. 13. &
14. Vulp. in Prax. iudic. cap. 42.
num. 23. Barbof. d. par. 3. all. 105.
num. 20. vbi etiam dicit, quod si
ordinarius ultra differret, non
evitaret excommunicationem,
tamquam detinens carceratum
Regularem in casibus non per-
missis à iure iuxta glos. in Clem.
vn. ver. capiunt de excessi. Pralat.**

5. Addit Vulp. loco cit. *Ferr. d. q.
110. num. 11. & seq.* quod etiam si
in delicto Regularis non de-
prehendatur, potest Episcopus
ad capturam procedere
post sumptam informationem,
eumque deinde remittere ad
Superiorem; sed alij contra-
riam sententiam rectius tenent,
tñ quia neq. per decretum Concilij,
neq. per constitutionem Clemē-
tis VIII. conceditur Episcopo,
vt possit ad capturam procede-
re, sed solum, vt debeat in-
stare Prælato pro punitione ip-
sius

M m m 2 sius

fius; tum etiam quia Episcopus regulariter non potest exemptos carceri mancipare, ut in *clen. vn. 9. nonnulli de Excess. Pralat.* nisi forte timeatur de iuga Religiosi: tunc enim posset Episcopus ad capturam devenire, ut d. *Fuse. de Vist. lib. 2. cap. 8. num. 8. Rodrig. qq. canon. & regul. to. 2. q. 63. ar. 7. vers. tertio infertur.* & alij apud *Barbos. d. par. 3. all. 105. num. 64. Lozan. in Sum. to. 1. cap. 16. nu. 26.*

7. Obseruant 3. decretum Concilij d. cap. 13. habere locum etiam Regularis in propria ecclesia notoriè, & cum scandalo deliquerit, ut censuit Sac. Congregatio teste *Barbos. d. par. 3. all. 105. num. 20.* secus si intra claustra delinquat: tunc enim puni- tio pertinet ad Superiorem monasterij cap. 1. de Priuil. in 6. & censuit eadem Sac. Congregatio: ex quo inferunt DD. apud *Barbos. loco cit.* quod si Regularis ita delinquat intra claustra, ut delicti rumor extra claustrorū metas exiens generet in populo scandalum, non propterea potest ab Episcopo in casu negligentia Superioris Regularis puniri; nec potest hoc casu instare Pralato, ut talè delinquentè puniat, quia hoc delictum non est commissum extra claustra; idem esset, si delictum committatur in Ecclesia clausis ianuis Ecclesie, & solis Regularibus in ea existentibus; quia neque tunc censeretur commissum extra claustra, ut censuit Sac. Congregatio apud *Sperell. d. decis. 3. num. 15.*

8. Vitimò obseruant, quod alij exempti à Iurisdictione Episcopi delinquentes extra locum exemptum regulariter ab ordinario immediatè puniuntur, si delinquant in Diocesi ipsius ordinarij iuxta decretum Concilij Lugdu. relati in cap. 2. de Priuil. in 6. nisi fortè priuilegium concessū fuerit cum expressa derogatione dicti Concilij, ut d. *glor. & DD. ibidem:* vel adesset consuetudo immemorabilis in contrarium, ut censuit Sac. Congregatio Concilij sub die 27. Iunij 1626. teste *Rico. in Prax. for. Eccles. par. 4. ref. 107.*

S V M M A R I V M.

1. Enumerantur alij casus, in quibus Regulares puniri possunt ab Episcopo. & nu. seq. An Inquisitores procedere possint contra Apostatas à Religione, ibidem num. 4. Mulieres ad habitum tertij ordinis admittenda non sunt, nisi cum licentia Ordinarij, & à quibus predictæ mulieres abstinere debeant, ibidem n. 14. & 25.

C A P. XIX.

An in alijs casibus Regulares Iurisdictioni ordinarij subijciantur.



Lures alij casus à Doctoribus referuntur, in quibus Regulares ab Ordinarijs locorum puniri possunt nos vero

verò notabiliores hic recensendi- 4
mus. Primò igitur potest Epi-
scopus animaduertere in Regu-
lares, qui absque habitu incedunt
extra monasterium, *vt dicunt*
DD. apud Barbof. de offic. & pot.
Episc. par. 3. all. 105. num. 61.

2. Secundò ex decreto Concilij
Tridentini *sess. 21. de ref. cap. ult.*
Ordinarij locorum possunt pro-
hibere Regularibus, nè incon-
sultis ipsis ordinarijs indulgentias
de nouo concessas publicent in
eorum Ecclesijs, *vt censuit Sac.*
Congreg. teste Bonacio. de Censu.
in partic. disp. 2. quest. 3. pun. 30.
num. 9. quo casu Regulares con-
trauenientes possunt ab Episco-
po carcerari, excommunicari, &
alijs penis puniri *Zerol. in Prax.*
episc. 1. par. ver. indulgentia 8. ad
tertium Gened. pp. 99. canon. 9. 26.
num. 32. & alij apud Barbof. d. p.
3. all. 105. nu. 4. posse tamen Re-
gulares absque vlla licentia Or-
dinarij publicare indulgentias
olim sibi à Summis Pontificibus
concessas censuit eadem Sac. Cõ-
gregatio *teste Bonacio. loco cit.*

3. Tertiò, Regulares fugitiui, & 6
Apostataz ab Ordinarijs locorum,
vbi moram trahunt, in carceres
conijci possunt, siue habitum re-
gularem deserant, siue non: de-
bent tamen suis Superioribus
consignari secundum regularia
instituta puniendi *ex Constitu-*
tione 26. Urbani VIII. & ex de-
creto Sac. Congregationis Concilij,
quod refert Lezan. in Sum. qq. reg.
7. tom. 1. cap. 16. num. 17. Barbof. post
3. p. tractatus de offic. & pot. episc.
fol. 62. num. 10. ubi dicitur quod

An verò Inquisitores procede-
re possint contra Apostatas à Re-
ligione? Resp. negatiuè, nisi vel
transcant ad partes hereticorum
cum eis communicantes, vel ha-
bitum lacerent, pedibusque con-
culcent, vel blasphemias contra
Religionem euomant, vel aliud
faciant contra determinationem
ecclesiæ, vxorem ducendo &c. vel
si per annum in excommunica-
tione persisterint negligentes ad
Religionem redire, *vt tradunt*
DD. apud Dian. par. 4. tr. 7. ref. 3.
verf. quæro igitur primo, cum seq.

5. Quarto, Regulares sine licen-
tia suorum Superiorum non pos-
sunt se subijcere obsequio alicuius
Prælati, Principis, vel vniuersi-
tatis, aut alterius cuiuscumque
personæ: alias tamquam inobe-
diētes arbitrio suorum Superio-
rum sunt puniendi *ex Concilio*
Tridentino sess. 25. de Regul. c. 4.
& locorum ordinarij possunt eo-
rundem Superiorum negligē-
tiam supplere, *vt ex cap. quanto*
de offic. ordin. notat Vulp. in Prax.
for. eccles. cap. 42. num. 17.

6. Quintò, potest Episcopus in
Regularium ecclesijs vti baldachino
eo tempore, quo in eisdē
ecclesijs Pontificalia exercere
voluerit, & contradicentes cen-
suris, & penis cogere *ex decreto*
Sac. Congregationis apud Vulp. d.
cap. 42. num. 18. Lezan. in Sum. qq.
Regul. tom. 1. cap. 11. nu. 3. Barbof.
de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 80.
7. Sextò potest Episcopus coniu-
gem inualidè professum, puta si
absque consensu alterius coniu-
gis professionem emisit, è mona-
sterio

sterio extrahere, & cogere, nē de-
tineatur, *Lezan. in Sum. to. 1. d. 1.*
cap. 11. num. 22: quia in tali casu
Episcopus potius exercet pro-
prium munus, ut videlicet matri-
monij iura seruentur.

8 Septimò, tam Episcopi, quam
Inquisitores hæreticæ prauitatis
procedere possunt contra Regu-
lares audentes in publicis, vel pri-
uatis concionibus, & sermonibus,
conclusionibus, scriptis, seu collo-
quijs asserere, quod Beatissima
Virgo fuerit concepta cum pec-
cato originali *ex decreto Pauli*
Quinti & Greg. XV. apud Barbos.
de offic. & pot. Epis. par. 3. all. 105.
num. 58. & 59. vbi etiam subdit,
quod fratres ordinis Prædicato-
rum in priuatis eorum colloquijs
seu conferentijs inter se dumta-
xat, & non inter alios, seu cum
alijs de materia eiusdem Conce-
ptionis B. Mariæ differere, & tra-
ctare possunt *ex consuet. Greg. XV.*
incip. Eximij, atque singulares fru-
ctus.

9 Obseruat etiam Lezan, in
Sum. 99. reg. tom. 1. cap. 20. nu. 12.
quod asserentes negatiuam opi-
nionem, videlicet quod non fue-
rit concepta cum peccato origi-
nali, aliam opinionem impugna-
re, aut de ea aliquo modo agere,
seu tractare non debent: alias ab
ordinarijs locorum, & Inquisito-
ribus, etiamsi Regulares excepti
sint, puniantur *ex decretis ad*
Summorum Pontificum.

9 Octauò Episcopus Regulares
die Sabbathi maioris hebdoma-
dæ cāpanas in ecclesijs suis pul-
santes, antequam campana Ca-

thedralis, vel maioris Ecclesiæ
pulletur, punire potest pœna du-
catorum 100. *vi in Constitut. 17.*
Leonis X. incip. Sacro approbante
Concilio 9. & ut debitus, quam
refert Barbos. d. alleg. 105. num. 70.
& censuit Sac. Congregatio apud
Vulp. in Prax. iudic. capit. 42. nu-
mer. 15.

10 Nonò tenentur Regulares ser-
uare interdicta ab ordinarijs pro-
mulgata *ex Cōc. Trid. sess. 25. de Re-*
gul. cap. 12. Clem. 1. de Sent. excom.
vbi non seruantes ipso facto ex-
communicantur: dicit tamen
Ricci. in Prax. For. Eccles. parte 3.
ref. 250. hoc esse intelligendum
de interdictis generaliter latis, nō
autem particularibus; quia Epi-
scopus non potest particulariter
interdicere ecclesiam exemptā.

Addit Lezan. in *Sum. to. 1. cap.*
9. num. 29. quod tenentur Regu-
lares huiusmodi interdicta ser-
uare, siue sint valida, siue non,
quando ea obseruat Cathedra-
lis, matrix, aut parochialis Eccle-
sia.

11 Decimò Regulares, qui extra
loca, vbi eorum monasteria exi-
stunt, elemosinas quærere volue-
rint, tenentur suorum superiorū
licentiam ordinario ostendere,
ex decreto Sac. Congregationis Cō-
cilij apud Barbos. d. part. 3. all. 105.
num. 51. & all. 109. numer. 10. ad-
ditque Sperell. *dec. 38. numer. 29.*
quod potest Episcopus prohibe-
re, nē prædicti Regulares ele-
mosinas quærant absque eius li-
centia, & contrauenientes possunt
ab eodem Episcopo carcerari.

12 Vndecimò administrantes bona

ad Monasteria monialium etiam Regularibus subiectarum pertinentia, sine secularibus sint, sine Regularibus, Episcopo loci adhibitis etiam superioribus Regularibus singulis annis rationes administrationis, gratis tamen exigendas reddere tenentur, ad idque iuris remedijs, ac censuris ecclesiasticis cogi, & compelli possunt: licetque Episcopo ex rationabili causa Superiores regulares monere, ut tales administratores amoveant, ijsque Superioribus id facere detrectantibus, aut negantibus, potest Episcopus predictos administratores amovere quoties, & quando opus esse iudicauerit *ex Constitutione Greg. XV. incip. Insuperabili, quam refert Vulp. in Prax. iudic. c. 42. n. 28.*

13 Duodecimo Episcopus punire potest Superiores, & Praelatos regulares, qui Religiosos alterius ordinis etiam laxioris ob iurgia, contentiones, leuitatem, vel malefacta fugientes recipere, vel retinere presumunt *ex Constitut. Pij V. incip. Quacunque, quam refert Barbosa, post 3. part. tractatus de officio & potestate Episcopi, constit. 20.*

14 Decimotertio, Mulieres, ad habitum tertij Ordinis admittæ abstinere debent a velo supra caput, a pectorali, & a patientia, alias si hæc tria, vel horum aliquid deferre deprehensæ fuerint, ad illa dimittenda etiam per censuras Ecclesiasticas ab ordinarijs locorum possunt compelli *ex decreto Sac. Congregationis Episcopi & Regularum, apud Laur. var. e-*

Lucubr. tit. 2. cap. 11. numer. 103. id autem mulieribus Tertiarijs ideo prohibitum fuit, ne videantur esse Moniales, ut d. Lezan. in Sum. tom. 2. c. 14. n. 40. vbi etiam notat, posse Tertiarias Ordinis Carmelitarum deferre patientiam non quidem eo modo, quo Fratres, ac Moniales Ordinis, sed breuiore, & strictiore: quia predicta patientia est habitus proprius dicti Ordinis.

15 Notandum est etiam, quod ad dictum habitum non sunt admittendæ, & recipiendæ, nisi mulieres probatæ vitæ, ac bonis moribus præditæ, atque in ætate saltem 40. annorum constitutæ, quæ de proprio habeant unde sufficienter viuere possint: præterea requiritur licentia Ordinarii, quæ non aliter concedere debet, nisi de predictis præuio examines diligenti sibi constiterit *ex dicto decreto Sacre Congregat. vbi etiam prohibetur, ne præditæ mulieres cum alijs viris, quam cum consanguineis, vel affinibus in primo tantum gradu sibi coniunctis cohabitent.*

16 Decimoquarto, possunt ordinarij in casibus, in quibus habent facultatem visitandi Monasteria Regularium, excommunicare eosdem Regulares visitationem impediētes etiam non adhibitis monitionibus in ipso actu manifesta violentiæ sibi illatæ, *ut d. Ricc. in Prax. for. Eccles. part. 4. ref. 577. vbi etiam addit, posse eorundem ordinarij iussu portas frangi, si Regulares illas claudant ad effugiendam huiusmodi visitatio-*

tationem.

17 Decimoquintò, In Monasterijs Monachorum, vbi commodè fieri potest, lectio Sacre Scripture habenda est: qua in re si Abbates negligentes fuerint, Episcopi locorum in hoc vti sedis Apostolicæ delegati eos ad id opportunis remedijs compellere debent *ex Conc. Trident. sess. 5. de ref. capit. 1. huiusmodi autem opportuna remedia esse excommunicationem censet Lezan. in Summ. qq. reg. tom. 1. cap. 11. num. 11.*

Observat etiam Rodriq. & Peirvin. apud. eundem Lezan. vbi supra tom. 1. cap. 9. nu. 48. quod Concilij decreto satis fit, si habeatur lectio Theologiæ Scholasticæ, vel moralis.

18 Decimosextò, si ab Episcopo ante inceptam ordinationem inhibitum fuerit sub pœna excommunicationis, nè quis ad ordinationem accedat non examinatus nec approbatus, vel sine litteris dimissorijs, hæc excommunicatio afficeret etiam Regulares, quia in illo actu subduntur Episcopo *Nau. in Man. cap. 25. n. 72. Lezan. in Sum. qq. reg. cap. 14. num. 22. & alij, quos refert, & sequitur Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 2. all. 10. nu. 23.*

S V M M A R I V M

- 1 Quando Episcopus possit procedere per censuras ecclesiasticas contra Regulares.
- 2 An Episcopus possit excommunicatos declarare Regulares, qui in aliquam censuram inciderrint.

3 Quid si Regulares Sacramenta Eucharistia, & extreme Unctionis ministraverint, sine licentia Parochi.

C A P. VI.

An Episcopus in ijs casibus, in quibus Iurisdictionem habet in Regulares, possit contra eos per censuras ecclesiasticas procedere.



Egant DD. quos refert & sequitur Quarant. in ver. Precedentia. vers. an in casu. Vnde Vulp. in Prax. Iudic. cap. 42. n. 26. censet. Episcopum posse quidem censuris cogere Regulares in casibus, in quibus in iure communi, vel in Concilio specificè datur hæc potestas, sed non in alijs: cuius sententiam probabilem dicit Lezan. in Sum. 10. 1. c. 11. num. 14.

Sed contrarium Sac. Congreg. declaravit die 7. Februarij 1633. videlicet, Episcopum posse etiam sub censuris ecclesiasticis compellere Regulares in ijs casibus, in quibus in eos illi tribuitur Iurisdictione iure communi, Sac. Concilio, ac cõstitutionibus Apostolicis, ut refert Lezan. in Sum. 10. 3. ver. Exemptio Regularium n. 13. & ita etiã tenent DD. apud Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. alleg. 105. n. 13.

Verù hoc non procedit quoad Regulares habentes privilegium, quod

quod ab Episcopo excommunicari, suspendi, vel interdicti non possint, Henrici lib. 7. de Indulgen. cap. 23. §. 7. Sanch. lib. 7. de Matrim. disp. 33. num. 23. & lib. 6. in Decalog. cap. 1. num. 14. & alij apud Lezan. in Sum. tom. 1. cap. 11. num. 22. & tom. 3. verb. Exemptio Regularium n. 11. & 13. ubi etiam dicit, quod huiusmodi privilegio gaudent Carmelitarum, Prædicatores, Minores, Iesuitæ, & alij cū ipsis communionem privilegiorum habeant, de quo vide etiam Sorb. in ver. excommunicatio Di. part. 3. trac. 2. ref. 103. idque probatur ex Concilio generali Lugdu. relat. in cap. 1. §. in eos de Privilegiis in 6. ubi Ordinarijs inhibetur, ne contra Regulares habentes huiusmodi privilegium per censuras procedant; possunt tamen Religiosos in tali casu plectere, alijs canonicis pœnis, puta depositione, collocatione in arctius Monasterium, priuatione officiorum, vocis actiue, & passivæ, vel simili iuxta glos. in d. cap. 1. §. in eos ver. quantum.

2 Sed maius est dubium, an Episcopus in alijs casibus, in quibus nullam habet iurisdictionem in Regulares, possit eos declarare excommunicatos, si in aliquam censuram inciderint? Resp. negativè cum Nau. cons. 2. nu. 2. de sent. excom. etiam si huiusmodi excommunicatio esset publica, & notoria: quia talis declaratio est actus iurisdictionis, cum debeat fieri causa cognita iudicialiter, ac citata parte; & ideo in tali casu Regulares non ab Episcopo,

à quo sunt exempti, sed à suo Iudice competenti debent declarari, & hanc sententiã sequitur Vulp. in Prax. Iudic. cap. 42. n. 25. Lezan. in Sum. qq. reg. to. 1. cap. 11. nu. 15. & tom. 3. ver. exemptio Regularium n. 9. Dian. part. 3. tract. 2. ref. 35. & alij contra Io. Andr. in cap. 1. num. 1. de Privilegiis in 6. Fusc. de Visu. lib. 2. cap. 8. nu. 8. Barbof. d. part. 3. all. 105. num. 73. Gambar. de Offic. & pot. legat. lib. 8. tit. de Potest. legat. in Regular. num. 1. & seq. Gened. qq. Canon. q. 26. num. 30. Ricc. in Prax. for. Eccles. par. 1. ref. 557. & par. 2. ref. 210. & in Collect. decis. 591. par. 3. & alios.

Poterit tamen Ordinarius Regularem excommunicatum vitandum, vel quia est publicus percussor Clerici, vel quia à suo Prælato est iam declaratus excommunicatus, denunciare suis subditis, ut eum vitare teneantur; hoc enim non est exercere iurisdictionem in illum, sed monere suos subditos de obligatione, quam habet, vitandi sic excommunicatum, ut d. Lezan. in ver. Exemptio Regularium n. 9.

3 Limita supradictam conclusionem in Regularibus Sacramenta Eucharistiæ, & extremæ Unctionis ministrantibus, vel in certis casibus excommunicatos absolventibus, ut in Clem. 1. de Privilegiis. Cui non est derogatum per privilegia posteriora summorum Pontificum, nisi in ipsis de ea expressa mentio fiat, quia est Decretum Concilii generalis Viennensis cap. ex parte, ubi DD. communiter de Capell. Monach.



IO. CAROLI ANTONELLI

SAC. THEOL. AC I. V. D. VELITERNI.

LIBER OCTAVVS.



DE IIS, QVAE AD FORVM INTERNVM SPECTANT,

SVMMARIVM.

EPISCOPVS potest aliquos casus sibi referuare.

Huiusmodi reseruatio expirat defuncto Episcopo: limitatur in 3. & 4.

Quot sint casus de Iure, vel cōsuetudine Episcopo reseruati, & num. 6.

Concessa alicui licentia absoluen- di à casibus reseruatis non extenditur ad casus de iure Episcopo reseruatos.

Episcopus concedens omnes casus sibi reseruatos non videtur concedere facultatem absoluen- di à censuris sibi reseruatis.

An possit Episcopus absolvere tantum à reseruatis, & pro non reseruatis remittere pœnitentiam ad inferiorem Confessarium.

10 An Canonicus Pœnitentiarius electus iuxta formam Concilij Tridentini possit ex vi solius officij absolvere à casibus reseruatis.

11 Pœnitentiarius eo ipso quod est electus habet à iure, & Concilio facultatem audiendi confessiones pœnitentium illius Diocesis.

12 Quando possit officio priuari.

13 Quam pœnam incurrat absolvens à casibus reseruatis sine Episcopi licentia.

CAP. I.

De Casibus reseruatis.

POSSE Episcopum sibi aliquos casus referuare, constat ex Concilio Trident. sess.

Non 2 14. cap.

1. *cap. 7.* debet autem Episcopus atrociorum tantum, & grauiorū criminum casus quam paucissimos, eosque maxime necessarios referuare; non tamen casus contentos in Bulla Cœnæ Domini, nec alios specialiter referuatos Sedi Apostolicæ, nec promiscuè eos, quibus annexa est excommunicatio maior, etiamsi absolutio nemini sit referuata, nisi iudicauerit, aliquos nominatim referuandos propter frequentiam, scandalum, aut aliam necessariam causam, *vt censuit Sac. Cong. apud Quarant. in ver. casus referuati verseditum fuit.*

2 Cessat autem huiusmodi referuatio defuncto Episcopo: & idè poterit tunc quilibet Confessarius absoluere à casibus Episcopo referuatis, *vt d. Lexan. in Sum. qq. reg. tom. 1. cap. 19. num. 17.*

3 *qq. reg. tom. 1. cap. 19. num. 17.* nisi fortè referuati fuerint in Synodo: quia tunc semper durant *Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 93. num. 23. Ricc. in Prax. for. Eccles. par. 3. ref. 85.* vbi etiam dicit, quod per mortem Episcopi

4 non expirant alij casus, qui de iure, vel consuetudine ipsi referuantur.

5 Qui verò, & quot sint casus de iure Episcopo referuati, magna est inter DD. contentio, vt propterea aliqui existimauerint, nullos hodiè esse casus iure cõmuni referuatos Episcopo, *vt d. Lexan. in Sum. qq. reg. to. 3. ver. casus referuati nu. 2. & alij apud Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 51. num. 3. Dian. par. 7. tr. 5. ref. 15. in fin. ego tamea censeo, eos*

esse quatuor, quorum primus est incendium domorum, frugum, aut aliarum rerum ex proposito factum *c. pessimam 23. q. 6. extrau. inter cunctas & incendiarios de Priuil.*

Secundus est excommunicatio Papæ referuata, cuius absolutio in certis casibus inferiori referuatur: tunc enim per inferiorem non quilibet Sacerdos, sed Episcopus intelligitur *c. ea noscitur c. quod de his, & cap. quamuis de sent. excom. Nau. cap. 27. nu. 1122. & 162. Piasc. in Prax. Episc. par. 2. cap. 1. num. 13.*

Tertius est lenis percussio clericici *in xta cap. peruenit de Sent. excom.*

Quartus est abortus fetus animati *ex constitutione Gregorij XIV. incip. Sedes apostolica, apud Quarant. in ver. Abortus, & notat etiam Piliac. to. 1. tract. 29. cap. 6. nu. 100. quem refert. Dian. par. 7. tr. 5. ref. 15. Lexan. in Sum. qq. reg. ver. Abortus num. 7.*

Scio, peccatum, ob quod incurritur irregularitas, vel imponitur pœnitentia solemnis, esse referuatum episcopo *in cap. fin. vbi glos. 26. q. 6. & extrau. Inter cunctas & obseruet de Priuil. scd huiusmodi casus non esse amplius ex praxi referuatos, sentiunt Doctores communiter; tñ quia solemnis pœnitentia non est amplius in vsu: tum quia clericus, qui ob aliquod peccatum irregularitatem contraxit, potest regulariter per quemlibet confessorium absolui à peccato, antequam eum illo in irregularitate*

ritate dispensetur, *Nau. d. cap. 27. num. 262. Ricc. in Prax. par. 3. ref. 85. Piafec. in Prax. Episc. par. 2. cap. 1. num. 13. vers. tertio de iure & vers. item & peccatum.*

6 Casus autem de consuetudine Episcopo reservati sunt homicidium voluntarium, crimen falsi, sortilegium, ac violatio immunitatis, ac libertatis ecclesiasticæ, ut in *d. extrau. inter cunctas Sincendiarios de Priuil. Sylu. in ver. casus nu. 4. Piafec. ubi supra num. 13. vers. de consuetudine Ricc. in Prax. par. 3. d. ref. 85. Nau. d. cap. 27. num. 262. ubi etiam notat, quod crimen violationis libertatis, aut immunitatis ecclesiasticæ nunc sæpe habet annexam excommunicationem bullæ cæne.*

An verò peccatum retinendi incerta aliena inter prædictos casus numerandum sit? Resp. negatiuè, quamuis nonnulli contrarium teneant: quia iuxta cõmunem Doctorum sententiam is, qui ad restitutionem obligatur, potest per se ipsum sine Episcopo, & confessario restituere *Nauar. cap. 17. num. 92. Piafec. p. 2. cap. 1. num. 13. vers. addit Ricc. in Prax. par. 3. ref. 85. potest tamen substineri cõsuetudo Episcoporum, qui restitutionem bonorum huiusmodi incertorum sibi reservant, si intelligatur de absolutione peccati commissi ob illorum non restitutionem, ut *d. Nau. loc. cit.**

Quia verò huiusmodi consuetudo non videtur esse generalis, nec eiusdem modi in omnibus Episcopatibus, ideo quan-

do de hac cõsuetudine in singulis Diocesis certò non constat, ij tantum casus pro reservatis habendi sunt, qui reservantur expressè, & specialiter ab ipso met Episcopo, vel à iure, ut supra diximus, & notat *Lozan. in Sum. to. 3. in ver. casus reservati nu. 3.*

7 Obserua tamen primò, quod Episcopus concedens omnem facultatem, omnemque auctoritatem ad audiendas confessiones, non videtur concedere casus reservatos, ut *d. Vulp. in Prax. iudic. for. eccles. cap. 35. nu. 1. nisi aliud ex coniecturis colligatur: neque concessa alicui licentia absoluedi à casibus reservatis extenditur ad casus de iure Episcopo reservatos, sed tantum ad eos, quos ipse reservavit *Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 52. num. 10.**

8 Obserua 2. quod Episcopus concedens omnes casus sibi reservatos non videtur concedere facultatem absoluedi à censuris sibi reservatis: quia à diuersis non fit illatio *l. Papinianus ff. de minor. quemadmodum si concedat facultatem absoluedi à casibus, & censuris, non videtur concedere absolutionem, aut dispensationem votorum, aut irregularitatum *Nau. cap. 27. n. 261. vers. decimo Barbos. d. par. 3. all. 52. num. 5. & 6.**

9 Quæres 1. an possit Episcopus absoluedi tantum à reservatis, & pro non reservatis remittere pœnitentem ad Inferiorem confessarium? affirmat *Nauar. in Man. cap. 26. num. 6. ubi etiam dicit*

dicat, quod potest Confessarius a non reſeruatſ abſoluere, & pro reſeruatſ pœnitentem ad Superiorem remittere, & hanc ſententiam ſequuti ſunt plures alij DD. apud Mancin. de Sacram. Confess. pract. 4. dub. 13. Alij vero probabilius negant, niſi adſit neceſſitas, vel rationabilis cauſa ita Sylu. in ver. confesſio 1. queſt. 19. & alij quos reſert, & ſequitur Bonacin. de Sacram. diſp. 5. q. 7. pun. 5. §. 3. nu. 1. quia non licet abſque iuſta cauſa dimidiare confesſionem, Quare tutius erit, vt Episcopus integram pœnitentis confesſionem audiat, & abſoluat; vel ſi alijs curis fuerit im- peditus, poterit talem pœnitentem ad inferiorem confesſarium remittere, vt ab eo abſoluat.

20. Quæres an Canonicus Pœnitentiarius electus iuxta formam Concilij Tridentini ſeſſ. 24. de reſ. cap. 8. ex vi ſolius officij poſſit abſoluere a caſibus reſeruatſ? negat Nau. conf. 20. de Pœnit. & remiſ. Ricc. in Prax. ſor. eccleſ. par. 2. reſ. 179. Vulp. in Prax. iud. cap. 35. num. 15. & ita declarauit Sac. Congreg. teſte Garc. de Benef. par. 5. cap. 4. num. 115. & reſertur etiam inter deciſ. nouiſſim. Diuerſ. par. 4. deciſ. 195. habet tamen hanc facultatem ex Episcoporum conſuetudine, vel eorum tacito conſenſu ita, vt non ſolum a caſibus, ſed etiam a cenſuris Episcopo reſeruatſ abſoluere poſſit Sbroz. de Vſu. Episc. lib. 2. §. 19. nu. 8. & ſeq. & alij apud Barboſ. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 32. nu. 17.

21. Notandum eſt etiam, quod Pœnitentiarius eo ipſo quod electus eſt, habet a iure, & Concilio Tridentino facultatem audiendi confesſiones pœnitentium illius Diœceſis, cum ſit veluti Parochus totius Diœceſis, vt poſt Vgol. & alios dicit Barboſ. d. par. 3. all. 55. nu. 19. & conſuit etiam Sac. Congreg. teſte Ricc. in Prax. ſor. Eccleſ. part. 1. reſ. 487. Vnde dum confesſiones in eccleſia audit, interim preſens in choro, & proceſſionibus cenſetur Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reſ. cap. 8. & conſuit etiam Sac. Congreg. eiusdem Concilij, que reſertur inter deciſ. nouiſſim. Diuerſ. dec. 19. pun. 4. d. debet autem talis Pœnitentiarius ſemper eſſe paratus ad audiendas confesſiones, & recuſans audire, poſſet puniri, & priuari ab Episcopo, vt reſoluit Sac. Congreg. apud Ricc. in Prax. par. 1. reſ. 487.

23. Quæres vltimò, quam pœnam incurrat abſoluens a caſibus reſeruatſ ſine Episcopi facultate? Reſpondet Barboſ. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 105. nu. 78. Ricc. in Prax. ſor. Eccleſ. part. 2. reſ. 210. quod potest ab Episcopo excommunicari ex Conc. Trident. ſeſſ. 14. cap. 7. de Caſuum reſeruatione. Si vero abſolueret a prædictis caſibus ſub prætextu priuilegiorum, incurreret eo ipſo excommunicationem Papæ reſeruatâ ex decreto Sac. Congregat. apud Quarant. in ver. caſus reſeruatſ.

S. V. M. M. A. R. I. V. M.

1. Exceptis votis Papa reservatis, in reliquis Episcopus dispensat. Quenam vota sint Papa reservata, ibidem.
2. Eadem facultatem habet Capitulum sede vacante.
3. An Regulares possint in votis dispensare, & n. 4. & 5.
6. An valeat dispensatio concessa, absque iusta causa.
7. An requiratur consensus eius, in cuius favorem votum emissum fuit.
8. An possit Episcopus cum alienis subditis dispensare. Absolutio à censuris exteris impendi potest, ibidem.
9. Vagi veniunt sub nomine priorum subditorum.
10. In quibus casibus Episcopus dispensare possit in votis Summo Pontifici reservatis.

CAP. II.

Quando Episcopus potest in votis dispensare.



Exceptis votis, seu iuramentis perpetuæ continentiæ, Religionis, peregrinationis terræ Sanctæ, Apostolorum Petri & Pauli, & S. Iacobi in Compostella, quæ Sedi Apostolicæ sunt reservata, in reliquis dispensare potest Epi-

scopus etiam electus, & confirmatus, licet non consecratus. *glos. in cap. ex multa v. incumbit de vot. & in cap. nuper ver. retinuit de Sent. excomm. Sylu. in ver. Votum q. num. 3. dict. 4. Nau. in Man. cap. 12. num. 75. Lezan. in Sum. qq. reg. tom. 1. cap. 19. nu. 24. Dian. par. 7. tract. 2. ref. 1. Grass. decisaur. par. 2. lib. 2. cap. 10 nu. 4 & alij communiter:*

2. Eamdem facultatem habet Capitulum Sede vacante, ac Prælati etiam locales ordinum exemptorum, cū habeant iurisdictionē ordinariā ecclesiasticam *Barb. de offic. & pot. Episc. par. 2. all. 36. n. 9. & seq. Laym. in Theol. Mor. lib. 4. tract. 4. cap. 8. num. 6. Bonacin. de legib. disp. 4. quas. 2. pun. 7. num. 9. & alij;* quamquam in Religiosis propriè non habet locum dispensatio: quia si vota præcedunt professionem, ipso iure in professione dispensantur iuxta *cap. scriptura de vot. & vot. redemp. si verò sequantur, firma non sūt, nisi consentiente Prælato, ut re- fte notat Sylu. loco cit. num. 3. & inf. quarto:*

4. Præterea Confessores regulares habentes communicationem cum Benedictinis, & Iesuitis, possunt vota Episcopo reservata commutare, *ut d. Layman. apud Lezan. in Sum. to. 1. cap. 19 nu. 23.* Item ex Concessione Innocentij VII. Confessarij ex ordine fratrum Minorum, & alij, qui privilegiorum ordinis S. Francisci sūt participes, possunt in omnibus votis dispensare, in quibus possunt Episcopi, præterquam in voto pe-

re-

regnationis ultra duas dietas, ut d. Nau. in m. n. cap. 12. num. 79. vers. undecimo. Quod intellige de votis Episcopo iure communi reseruat, nō tamen reseruat iure speciali. *Mirand. in Man. Pral. to. 1. q. 47. art. 4. cōclus. 2. quem refert Barbos. de offic. & pot. Episc. p. 2. all. 36. n. 15.* & ideo nō possent dispensare in eo casu, in quo Episcopus dispensat vti Apostolicę Sedis de legatus, vel ob grauem necessitate accedente morali impotentia ad eundem Summum Pontificem *Dian. par. 1. tract. 1. ref. 56. Barb. loco citat. d. part. 2. allegat. 37. numer. 14.*

6 Huiusmodi tamen dispensatio fieri non debet sine iusta causa, ut docent communiter Doctores: si verō sine iusta causa fiat, valida quidem est, licet sit illicita, ut cōstat ex cap. manifestum 33. q. 5. & docet Caiet. 2. 2. q. 88. art. 2. quem sequitur Nau. in m. n. cap. 12. nu. 73. *Laym. in Theol. mor. lib. 4. tractat. 4. cap. 8. num. 4. ubi cit. Llam. par. 3. Method. cap. 4. §. 42. quatuor contrarium teneant alij apud Bonacin. d. §. 4. n. 24.*

7 Requiritur etiam consensus illius, in cuius fauorem votum emissum fuit, si ab eo fuerit acceptatum, idem Bonacin. ubi sup. num. 25. ubi citat Filliac. tract. 26. cap. 9. quęst. 5. nu. 257. & seq. Azor. 1. par. lib. 11. cap. 19. quęst. 12. *Clau. Reg. lib. 6. cap. 11. num. 121. & alios, quibus adde Dian. part. 6. tract. 6. ref. 61.*

8 An verō possit Episcopus cum alienis subditis dispensare? negatiuē respondent DD. apud Barb.

de offic. & potestat. Episcop. parte 2. alleg. 36. numer. 17. & sequent. & ideo non potest dispensare in voto Scholaris, sicut nec potest eum ordinare sine licentia proprii Episcopi cap. cum nullus de Tempor. ordin. in 6. nisi forte adesset talis consuetudo, ut supra diximus de absolutione à iuramento lib. 5. cap. 6. nu. 3. quemadmodum absolutio à cęsuris propter receptam Ecclesię consuetudinem exteris impendi potest, ut sentiunt Doctores communiter. idemque dicendum, si aliqua necessitas id postulare: tunc enim posset Episcopus dispensare cum exteris, qui ad eius diocesium cōfluunt animo sibi habitandi aliquo tempore diuturno, ut pro maiore parte anni, vel ad expediendū aliquod negotium, quod breui tempore expediri non solet, ut d. Less. lib. 2. cap. 40. dub. 18. num. 121. *Henriq. lib. 6. cap. 14. nu. 8. Sanch. de Matrim. lib. 3. disput. 23. nu. 12. & seq. & in Summ. tom. 1. lib. 4. c. 37. num. 27. quos refert, & sequitur Dian. part. 8. tractat. 3. ref. 47.*

9 Nomine verō priorum subditorum veniunt etiam vāgi: isti enim contrahunt s̄domicilium in loco, in quo pro tempore reperiuntur, *Bonacin. in tract. de legib. disp. 4. q. 2. pun. 7. num. 4. & 5. & alij.*

10 Potest autem Episcopus in multis casibus dispensare etiam in votis Summo Pontifici reseruat: primò, quando adest impedimentum ad eundem Summū Pontificem, & vrgens causa, seu grauis necessitas cogit, ut dispensatio

zio concedatur *Sylu. in verb. Vo-*
tum 4. q. 4. Nau. cap. 12. num. 76.
Bonacin. d. punct. 7. §. 4. num. 15.
etiamsi adsit recursus ad Apo-
stolicum Nuntium *Barbos. d. par.*
2. all. 43. num. 8. 13. & seq. & mul-
to magis posset suspendere exe-
cutionem voti ad tempus, dum-
modò non adeò differatur, ut vo-
uens ob longam dilationem fie-
ret impotens ad illud persoluē-
dum *Bonacin. loco cit. numer. 21.*
vers. sexto, & alij.

Secundò potest dispensare, ,
quãdo votum per metum etiam
leuem emissum fuit: quia cum
reservatio votorum sit odiosa,
non videtur extendēda ad vota
per metum emissa *glos. in cap. Ab-*
bas ver. coactus versus fin. ex. de
ijs, quæ vi metusue caus. sunt. &
alij apud Bonacin. loco cit. nu-
mer. 17.

Tertiò potest dispensare in vo-
to conditionali de materia alias
reservata, ut dicunt omnes serè
Theologi contra Sot. & alios apud
Barbos. de offic. & potest. Episc.
part. 2. all. 37. num. 5. & 6. additq.
Dian. par. 1. tract. 11. ref. 54. quod
Episcopus in tali casu potest di-
spensare non solum ante, sed etiã
post impletam conditionem: ve-
rius tamen est, quod ante imple-
tã conditionem Episcopus di-
spensare possit, non autem pos-
stea: quia in tantum Episcopus
dispensat in voto conditionali, in
quantum votum non impleta
conditione non est perfectum, &
suspenditur enim consensus vsq.
ad conditionis euentum; & ideo
ad illud non potest extendi re-

servatio, quæ cum sit odiosa non
est amplianda ad vota imperfe-
cta; quæ ratio non militat post
adimpletam conditionem, quia
tunc votum censetur perfectum,
& absolutum, ita *Reginald. lib.*
18. nu. 336. Clau. Reg. lib. 6. cap. 11.
num. 77. Less. lib. 2. cap. 40. dub. 15.
num. 106. & alij apud Bonacin. d.
disp. 4. quest. 2. punct. 7. §. 4. nu-
mer. 17.

Limitatur tamen hæc conclu-
sio in voto conditionali, quod fit
in penam, verbi gratia, iuro, seu
voueo, me non iururum tali lu-
do: si secus fecero ingrediar re-
ligionem; posset enim tunc Epi-
scopus etiam post adimpletam
conditionem dispensare, quia ta-
le votum non fit ex affectu erga
Religionem, sed potius, ut vouēs
retrahat se ab illo malo: votum
autem, quod Papæ reseruat, re-
solvitur illud, quod fit ex direc-
ta volitione ex affectu boni,
quod promittitur, ita *Aragon.*
2. 2. quest. 88. artic. 12. Lopez in
Instructor. Conscien. part. 1. cap.
44. colum. 2. Tolet. in Summ. lib.
4. cap. 18. in fin. Henriq. lib. 7. de
Indulgen. cap. 30. §. 6. & alij apud
Barbos. de offic. & pot. Episc. p. 2.
all. 37. n. 7.

Vnde poterit similiter Epi-
scopus dispensare cum muliere,
quæ ex nimio affectu erga virum,
& sequenturas nuptias vouit, aut
iuravit, si nuptiæ successum non
habuerint, se religionem ingres-
suram, ut *d. Layman. lib. 4. tr. 4. c. 2.*
num. 10.

Secus esset, quando conditio
nō apponitur ad suspendendum

consensum usque ad expeditionem
uentam, sed apponitur ad ter-
minandum tempus adimplendi
votum; tunc enim Episcopo di-
spensare non licet; unde si quis
uoueat religionem, si Pater obie-
rit, ad Papam pro dispensatione
recurrere debet, quia particula,
si, apponitur ad terminandum
tempus adimplendi votum, quā-
do videlicet Pater obiecit, *ut*
d. Bonacin. ubi supra d. §. 4. n. 17.

Quartò potest Episcopus di-
spensare in voto continentie non
perpetuo, sed ad tempus seruan-
dæ, quia non est votum perfe-
ctum, & absolutum castitatis
Nau. in man. cap. 12. nu. 76. Dian.
par. 1. tr. 11. ref. 57. & alij commu-
niter. Unde poterit Episcopus
dispensare in voto de non con-
trahendo matrimonium, seu nū-
quam nubendo, quia non est vo-
tum simpliciter castitatis: neque
illud violatur, si uouens cum alia
fornicetur, *Nau. loco cit. ubi di-*
cit, ita seruari in sacro Peniten-
tariæ Prætorio, & alij apud
Barbos. d. par. 2. all. 37. nu. 17. vers.
ex predict. item posset Episco-
pus dispensare in voto non for-
nicandi, aut abstinendi ab alio
actu venereo: quia similiter ta-
lia vota non sunt vota perfecta
castitatis, cum possit sic uouens
adhuc matrimonium contrahere
Bonacin. loco cit. d. pun. 7. §. 4. nu.
21. vers. Quinto Dian. d. par. 1. tr.
11. ref. 61. idem dicendum de vo-
to seruandi castitatem coniuga-
lem: quia id non est votum ca-
stitatis absolutum, sed partis
Henriq. lib. 7. de Indulgent. cap. 30.

num. 6. & alij apud Barbos. d. all.
37. num. 18. posset etiam dispen-
sare in voto suscipiendi sacros
ordines: tum quia non est votū
castitatis, sed assumendi statum,
cui castitas annexa est: tum
quia non promittit castitatem
presentem, sed futuram, scilicet
postquam fuerit ordinatus;
& ideo si talis fornicetur, ante-
quam ordines suscipiat, non
proinde facit contra votū. Nau.
conf. 18. de vot. Dian. d. par. 1. tr.
11. ref. 64. ubi citat Azor. p. 1. lib.
11. cap. 19. §. 9. Less. lib. 2. c. 40. dub.
18. num. 124. Veggian Sum. tom. 2.
cap. 129. cas. 34. & alios.

Quintò potest Episcopus di-
spensare in voto ingrediendi re-
ligionem arctiorem commutan-
do illud in laxiorem *Bonacin. de*
legib. d. disp. 4. q. 2. pun. 7. §. 4. n. 21.
Barbos. d. par. 2. all. 37. nu. 7. vers.
limita 2. & alij apud Dian. par. 1.
tr. 11. ref. 55.

Sextò potest similiter dispensa-
re in voto triplicis peregrinatio-
nis reseruatæ, quando uouentis
finis non fuit ad inuisenda ea lo-
ca, sed ad alium finem, puta
si quis uoueat ire Romam ad im-
petrandum à Summo Pontifice
absolutionem alicuius peccati,
ut dicunt DD. quos refert, & se-
quitur Barbos. d. all. 37. num. 18.
vers. limita 5. item si quis uouerit
ire nudis pedibus ad limina Apo-
stolorum, vel peregrinari ad
S. Iacobum stipem osuatim quæ-
rendo, potest Episcopus huius-
modi votū in peregrinationem
equestrem commutare, ijs etiam
concessis, quæ ad vice susten-
tatio.

rationem sunt necessaria: quia tunc non commutatur substantia, voti, sed quædam circumstantia, ita Less. & alij apud Bonacin. d. 9. 4. num. 2. 1. vers. Item votum.

His adde, quod quando dubitatur, an votum sit reservatum, iudicandum est in partem benigniorem, ut reservatum non censeatur: idemque dicendum, si dubitetur de illius validitate. Barbosa. d. par. 2. all. 37. num. 18. vers. limita 5. in fin. Bonacin. ubi supra num. 17. vers. tertio, & alij.

S V M M A R I U M.

1. Episcopus potest dispensare in irregularitatibus, ac suspensionibus ex delicto occulto provenientibus, & in alijs casibus occultis Sedi Apostolicæ reservatis suos subditos absolvere ex Conc. Tridentino.
2. Occultum qualiter sit accipiendum.
3. An possit Episcopus eum absolvere, qui in uno loco commisit delictum publicum, & in eo loco, ubi commoratur, sit occultum.
4. Quando delictum censeatur deductum ad forum contentiosum.
5. An possit Episcopus dispensare, si delinquens fuit absolutus ex defectu probationis.
6. Quid si delictum fuit simpliciter probatum.
7. Et an possit dispensare, si delictum est transigibile, & reus se composuit cum parte, vel fisco.
8. Quid si iudicium non fuit sententia finitum eo quod Accu-

sator per annum tacuerit.
9. Et quid si delictum iam puni-
fuit.

10. In quibus differat absolutio à censuris, & dispensatio super irregularitatibus, & suspensionibus Papa reservatis.

Quando Archiepiscopus iurisdi-
ctionem habeat in subditos suo-
rum suffraganeorum, ibidem.

An possit Episcopus in irregula-
ritatibus, & suspensionibus oc-
cultis dispensare cum Religio-
so exempto, ibidem.

11. Quinam veniant nomine Epif-
coporum in hoc casu, & n. 12.

14. An possit Episcopus prædictam
facultatem absolventi, & dis-
pensandi particulari Sacerdoti
delegare.

15. An Episcopus possit absolvere à
Censuris alteri Episcopo, seu
Prelato reservatis.

C A P. III.

An, & quando possit Episcopus
in irregularitatibus, suspensio-
nibus, & alijs casibus Sedi
Apostolicæ reservatis
dispensare, seu
absolovere.



1. A C R A Tridenti-
na Synodus Epi-
scopis indulget, ut
in irregularitatibus
omnibus, & suspen-
sionibus ex delicto occulto pro-
venientibus, excepta ea, quæ ori-
tur ex homicidio voluntario, &
exceptis alijs deductis ad forum
Oooo 2 contin.

contentiosus, dispensare possint, & in quibuscunque talibus occultis etiam Sedi Apostolicæ reservatis delinquentes quoscunque sibi subditos in Diocesi sua per se ipsos, aut Vicarium ad id specialiter deputandum in foro conscientie gratis absolvere imposta penitentia salutari, *ut in sess. 24. de ref. cap. 6.*

2 Observant autem DD. occultum in presenti dici, quod non est publicum, etiam si ab aliquibus sciatur *cap. vestra, ubi glos. in ver. occultum de Cohabit. Cler. Nau. in Man. cap. 27. num. 255. & alij apud Dian. par. 7. tr. 2. ref. 15.* qui putant, posse Episcopum virtute Concilij d. cap. 6. dispensare, si delictum notum sit tribus, vel quatuor, dummodo de illo non sit fama in maiori parte viciniae, vel Collegij, *quibus adde Bonacin. de Censur. disp. 2. q. 2. pun. 1. §. 1. num. 6.* ubi dicit, quod delictum commissum coram decem respectu magnæ Civitatis dicitur occultum.

4 Addit Nau. d. cap. 27. num. 255. & alij communiter, quod ut delictum dicatur publicum, non sufficit, ut actus, qui est delictum, sit publicus, nisi etiam publice sciatur, talem actum esse delictum, ex quo inferitur, posse Episcopum dispensare super irregularitate, quam excommunicatus contraxit publice celebrando, si illius excommunicatio fuerit ignota adstantibus, quamvis enim celebratio sit publica, nihilominus delictum censetur occultum, *ita Barbof. de offic. & pot. Episcop.*

par. 2. all. 39. num. 27. Dian. par. 7. tr. 2. ref. 16. vers. ex quibus Piasce. in Prax. episc. par. 1. cap. 1. nu. 56. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. ref. 460. & par. 2. ref. 105.

3 An verò possit Episcopus eum absolvere, qui in vno loco commisit delictum publicum, sed postea se transfudit ad alium locum, ubi est occultum? nonnulli affirmant, modò notitia illius delicti non sit illuc de facili peruentura propter locorum distantiam, *ita Aul. de Censur. par. 2. cap. 7. disp. 1. dub. 11. conclus. 3. Sanch. in Precept. Decalib. 2. cap. 11. num. 20. & alij apud Barbof. d. p. 2. all. 39. num. 27. quorum sententiam probabilem dicit Bonacin. de Censur. disp. 1. q. 3. pun. 2. nu. 3.* sed contrarium verius videtur, quia, ut verificentur verba Concilij, sufficit, ut in vno loco sit publicum *Suar. to. 4. disp. 30. sect. 2. num. 2. quem refert Bonacin loco cit. Ricc. in Collect. decis. 653. par. 3. & alij apud Dian. par. 7. tr. 2. d. ref. 16.*

4 Sed dubium est, quando delictum censeatur deductum ad forum contentiosum? in quo alij putant, quod censetur deductum ad forum contentiosum statim, ac denunciatio, aut accusatio de illo coram legitimo Iudice facta est, *ita Mar. Ater. apud Dian. p. 7. tr. 2. ref. 17. Bonacin. de Censur. disp. 7. q. 5. pun. 1. vers. Dixi excepto delicto.*

Alij asserunt, tunc delictum ad forum contentiosum esse deductum, ubi primum reus fuerit citatus: à citatione enim indicium inchoatur, *§. fin. Inst. de Pan.*

Pan. tem litig. Piasec. d. p. 1. cap. 1. num. 56. vers. Tertio requiritur Ricc. in Collect. decis. 721. par. 3. & in Prax. for. eccles. par. 1. ref. 459. vbi hoc intelligit de citatione iudiciali, & valida, non autem de extraiudiciali, vel inualida, aut circumducta, & hæc est communior, & probabilior opinio.

Alij verò tenent, quod delictum censetur deductum ad forum contentiosum post litem contestationem. ita *Barbos. d. p. 2. all. 39. n. 29. quam sententiam sequuntur Gavant in Man. Episc. ver. absolutio nu. 12. Boss. de Iubil. sect. 1. cas. 10. §. 3. n. 36. Castr. Palauis to. 1. tr. 4. disp. 4. pun. 3. §. 1. num. 15. Trullench. in Decalog. to. 1. lib. 1. cap. 3. dub. 4. nu. 9. quos refert, & sequitur Dian. par. 7. tr. 2. ref. 17.*

Ex quo inferit Nau. *conf. 2. de sent. & re iud. Piasec. loco supra cit. Bonacin. de Censur. disp. 1. q. 3. pu. 2. n. 2. vers. addo Ricc. in Prax. for. eccles. p. 1. ref. 459. & in Collect. decis. 721. p. 3. quod delictum ad forum contentiosum non censetur deductum, si solum capiatur informatio, aut si socius criminis tractus fuerit ad iudicium.*

Addit Goninch. *de Censur. disp. 14. dub. 16. nu. 243. quod si delinquens post accusationem se se purgavit veris, vel etiam falsis testibus, aut absolutus fuit ex defectu probationis, potest Episcopus cum eo dispensare: quia tunc perinde est, ac si delictum non fuisset deductum ad forum contentiosum, cum reducatur ad priorem statum, & hanc sententiam sequuti sunt Ricc. in Prax.*

par. 3. ref. 264. Bonacin. de Censur. disp. 7. q. 5. pun. 1. num. 5. vers. Dixi excepto delicto Barbos. par. 2. all. 39. num. 33. & alij apud Dian. p. 7. tr. 2. ref. 18: Piasec. in Prax. d. p. 1. cap. 1. num. 56. vers. tertio requiritur:

Secus esset, quando reus non fuit absolutus, sed tantum dimissus recepta promissione de se representando: tunc enim non poterit Episcopus vti facultate Concilij *d. c. 6. vt declarauit Sac. Congreg. teste Barbos. d. all. 39. nu. 35: Dian. par. 7. tr. 2. ref. 19. in fin.*

Sed quæres, an Episcopus possit dispensare, quando delictum fuit semiplenè probatum? Negatiuè respondet Bonacin. *d. disp. 7. q. 5. pun. 1. nu. 5. in fin. & alij, quia ex tali probatione oritur publica infamia: contrarium tamen tenet Dian. par. 7. tr. 2. ref. 18. vbi dicit, quod per decretum absolutorium auferitur infamia, & res in pristinum statum reducitur.*

Quæres 2. an possit similiter Episcopus dispensare, quando delictum est transigibile, & reus se composuit cum parte, vel fisco? affirmatiuè respondet Piasec. *loc. cit. d. cap. 1. num. 56. vers. Tertio requiritur: transigens enim super crimine transigibili non fatetur delictum, vt d. Gabr. commun. conclus. lib. 7. concl. 23.*

Addunt alij, quod si iudicium non fuerit sententia finitum eo, quod accusator per annum tacuerit, elapso anno potest Episcopus dispensare, *Campan. in Diuers. iur. canon. rubr. 7. cap. 5. num.*

num. 7. & rubr. 11. cap. 23. nu. 144.
& alij apud Barbof. d. par. 2. alleg.
39 n. 34.

- 9 Alii etiam sentiunt quod si delictum deductum sit ad forum contentiosam, & iam finito iudicio punitum, adhuc potest Episcopus dispensare: quia per punitio nem delictum iam fuit purgatum, ita Hurtad. de Irreg. disp. 2. diff. 20. num. 68: Auil. de Censur. part. 7. disput. 10. dub. 7. Sanch. in Summ. tomo 1. lib. 2. c. 11. num. 21. Henriq. lib. 14. cap. 7. n. 5. Reginald. tomo 2. lib. 30. tractat. 2. num. 29. vers. 6. & alij, quos refert & sequitur Dian. part. 4. tractat. 2. ref. 97. & parte 7. tractat. 2. res. sol. 19.

Hæc tamen sententia mihi nunquam placuit: non enim video, quomodo delictum in iudicio probatum, & punitum, censi possit occultum; Vnde contrarium tenet etiam Gutier. canon. lib. 1. cap. 3. in fin. & alij apud Barbof. d. allegat. 39 num. 35. Bonacin. de Censur. d. disp. 7. q. 5. punct. 1. n. 6.

- 10 Observant secundò, in multis differre absolutionem à censuris, & dispensationem super irregularitatibus, & suspensionibus Papæ reservatis: nam in dispensatione irregularitatis, seu suspensionis requiritur, vt Episcopus habeat iurisdictionem ordinariã in eum, cui concedit relaxationem irregularitatis: in absolutione, verò censurarum videtur requiri ea solum subiectio, quæ sufficit, vt Episcopus Sacramentalem absolutionem impendat: quia di-

spensatio non est ita necessaria, sicut absolutio à censuris, vt post Suar. dicit Bonacin. d. disp. 7. q. 5. punct. 1. num. 5. Garc. de benef. par. 1. cap. 10. num. 139. Barbof. d. p. 2. all. 39. num. 4. & seq. & ita etiam censuit Sac. Congregat. teste Dian. part. 8. tract. 3. ref. 47. vbi etiam dicit, quod ita Greg. XIII. declarauit.

Quare, etiamsi Archiepiscopus possit in actu visitationis absolueri subditos suorum suffraganeorum, non potest tamen cum illis dispensare: quia subditi suffraganeorum non censentur subditi Archiepiscopi, nisi in casibus in iure expressis cap. duo de offic. Ordin. c. 1. de suppl. negl. Præl. in 6. nullibi autem conceditur Archiepiscopo dispensandi potestas, sed tantum absoluedi à peccatis dum visitat, vt in cap. fin. de Censur. in 6. potestas enim dispensandi non est coniuncta cum potestate absoluedi, vt constat in Parochis, qui solam potestatem absoluedi habent, non dispensandi, ita Fagund. in Decal. tom. 1. lib. 2. cap. 41. num. 13. Sayr. in Clau. Reg. lib. 6. cap. 11. num. 8. & alij apud Dian. part. 8. tract. 3. ref. 15. contra Henriq. lib. 14. cap. 18. num. 3. Auil. de censur. part. 2. cap. 7. disp. 1. dub. 10. & alios, quos refert Barbof. d. all. 39. num. 19. Vnde nec potest Archiepiscopus, dum visitat, subditis Suffraganeorum dimissiones ad ordines concedere, neque cum eis dispensare in denunciationibus matrimonio præuiis, vt dicit Dian. loco cit.

Notandum tamen est, quod si Epi-

Epi-

Episcopus suffraganeus dispensationem petitam de neget, quando dispensare tenetur, puta si notabile bonum publicum, aut priuatum spirituale huiusmodi dispensationem exigat, poterit tunc Archiepiscopus per appellationem aditus dispensare: quia per appellationem Archiepiscopus iurisdictionem acquirit *d. cap. duo de offic. Ord. in. quod procedit etiam si dispensatio esset partim gratuita, & partim debita Sanch. lib. 4. Decal. cap. 38. num. 12. & cap. 47. num. 10. & lib. 3. de matrim. disp. 10. d. num. 20. usque ad 24. quem refert Dian. part. 8. tract. 3. ref. 14. in fin. quæadmodum potest similiter Archiepiscopus à censuris latis à suffraganeis absoluere eorum subditos, quando malitiosè, vel negligenter differunt absolutionem, vel quando ad illum tuit appellatum, & vocatè fuerunt partes *cap. venerabilibus S. 1. de sent. excomm. in 6. & dicunt DD. apud Bonac. de censur. disp. 1. q. 3. pun. 2. num. 7.**

Sed quæres, an possit Episcopus in irregularitatibus, & suspensionibus occultis dispensare cum Religioso exempto? Respondeo affirmatiuè, dummodò id fiat de licentia proprii Superioris, & ad maiorem Prælatum habentem dispensandi auctoritatem non sit facilis aditus: quia cum hoc fauorem concernat, censetur tota Religio consentire, *Sanch. in Præcep. Decal. tom. 2. lib. 6. cap. 17. num. 41. quem refert Barbosa. d. p. 2. q. 49. num. 45. in fin. Bonacin. de leg. disp. 1. q. 2. pun. 7. §. 4. n. 10.*

Dian. part. 7. tractat. 2. resol. 6. & 22. & parte 8. tractat. 3. resol. 48. quamuis probabilis etiam sit sententia aliorum, qui tenet, ad hoc non requiri licentiam Prælati, quia Religiosus vitur iure suo, ita Lezan. in Summ. qq. reg. tomo 1. cap. 11. n. 6. ubi citat Suar. tom. 4. de Relig. tract. 8. lib. 2. cap. 12. Sanch. lib. 4. in Decalog. cap. 39. num. 32.

Secundò dispensatio, & absolutio differunt, quia dispensatio prodest quoad vtrumque forum, cum facultas dispensandi in Concilio loco cit. concessa fuerit absque limitatione; absolutio verò à censuris non valet pro foro externo, sed tantum pro interno, ita *Nau. cons. 11. num. 2. de Priuil. & alijs apud Dian. parte 7. tract. 2. ref. 10. in fin.*

Tertiò differunt, quod absolutio à censuris sedi Apostolicæ reseruatis non potest ab Episcopo impendi extra Sacramentum pœnitentiæ, ut colligitur ex *Can. d. cap. 6. ibi, in foro cōscientiæ gratis absoluere: dispensatio verò potest concedi extra Sacramentum, quia particula illa, in foro conscientia, non est apposita in priori parte d. cap. 6. vbi datur facultas dispensandi, *Garc. de Benef. part. 11. cap. 10. num. 139. & alijs apud Barbosa. de offic. & pot. Episcop. pan. 2. allegat. 39. numer. 7. & 8.**

Alii verò asserunt, posse Episcopum à censuris reseruatis absolvere etiam extra Confessionem Sacramentalem: quia absolutio ab excommunicatione potest etiam

tiam in absentia impendi, quae sublata potest deinde quilibet Confessarius absoluere a peccato iuxta communem Doctorum sententiam ita Navar. d. conf. 11. num. 2. Bonacini de censur. disp. 1. quest. 3. punct. 2. num. 1. vers. tertio, Ricc. in Collect. decis. 721. parte 3. quorum sententia videtur factis probabilis, & ita etiam tenet Sanch. in Summ. tomo 1. libro 2. cap. 11. numero 13. Suar. de Censur. disput. 41. sect. 2. numero 11. Floron. de Casib. reservat. part. 1. cap. 4. §. 7. num. 17. & alij apud Dian. par. 7. tractat. 2. resolut. 10 ubi etiam dicit, quod Particula illa, in foro conscientiae, solum importat, ut absolutio ista non valeat pro foro externo: forum enim interius aliud est Sacramentale, aliud conscientiae, ut notat etiam Vulp. in Prax. Iudic. cap. 35 num. 22. & seq. ubi ex hoc infert, quod non requiritur, ut Delegatus sit Sacerdos, si ei Papa absolutionem ab excommunicatione in foro conscientiae committat: potest enim ab excommunicatione sola absoluere etiam quoad conscientiae forum etiam sola prima tonsura initiatus, ut d. Nau. in man. cap. 27. numer. 41. nisi in litteris dicatur, audita Confessione Sacramentali, quia tunc requiritur, quod sit actu sacerdos, & quod in actu confessionis absoluat, Vulp. loco cit. & alij communiter.

Addunt alij quartam differentiam inter dispensationem, & absolutionem, quod dispensandi potestas potest ab Episcopo etiam

extra Dioecesim existente exerceri erga suos subditos, siue illi intra Dioecesim, siue extra commoventur, ut d. Boss. de Lubil. sect. 1. cas. 10. §. 6. num. 166. quem refert Dian. parte 7. tractat. 2. res. 9. vers. Hinc deducitur. Absolutio vero a censuris impendi debet ab Episcopo in propria Dioecesi, Bonac. d. disput. 1. quest. 3. punct. 2. num. 1. vers. Tertio, ubi citat Henric. libro 14. cap. 20. Aul. parte 7. disput. 10. dub. 6. Rodriq. in Sum. 2. parte cap. 69. num. 1. & alij, quia illa, verba Concilii d. cap. 6. in dioecesi sua, apposita sunt in posteriori parte illius cap. in qua conceditur facultas absoluendi, non autem in priori, ubi datur facultas dispensandi.

Sed neque in hoc conveniunt DD. alij enim putant, Episcopum non posse uti facultate absoluendi a censuris reservatis, nisi tam Episcopus, quam eius subditi existant in Dioecesi, ut d. Barbosa. d. part. 2. alleg. 39. numero 7. alij vero censent, requiri existentiam Episcopi in Dioecesi, non autem subditorum: quia verba illa, in Dioecesi sua, videntur ad Episcopi personam referri, si ponderetur praesertim particula, sua, Dioecesis enim dicitur potius Episcopi propria, quam subditorum, ita Coninch. & alij apud Bonacini. de Censur. disput. 1. q. 3. punct. 2. vers. tertio. Alij denique asserunt, posse Episcopum praedicta absoluendi facultate uti etiam si tam ipse, quam subditi sint extra Dioecesim, ita Suarez tomo 4. in 3. part. disput. 30. sect. 2. numer. 3. & 10.

Et tom. 5. disp. 41. sect. 2. num. 11. Petr. de Ledesm. 2. to. Sum. tract. 1. cap. 6. post eo. conclus. diffie. 1. Sanch. in Sum. 20. 1. lib. 2. cap. 11. n. 17. quos refert, & sequitur Dian. p. 7. in. 2. ref. 8. & 9. vbi dicit, illa verba Concilij, in Diocesi sua, explicanda esse, erga subditos sue Diocesis, ne potestas Episcopi in suos subditos coarctetur, & corrigantur iura, que iurisdictionem voluntariam extra propriam Diocesim, & cum subditis extra illam existentibus exerceri posse concedunt, ut in l. 2. ff. de offic. Procons.

11 Observant 3. quod nomine Episcoporum in tali casu intelliguntur Episcopi illarum Regionum, in quibus Concilium Tridentinum receptum est, ut censuit Sac. Congreg. Conc. teste Garco. de Benef. par. 7. cap. 11. num. 23. etiam si electi, & confirmati tantum sint, licet non consecrati, dummodo habeant subditos; quia illis competunt ea, que sunt iurisdictionis, ut dicunt DD. apud Barbos. d. par. 2. all. 39. num. 2.

12 An vero sub nomine Episcoporum veniant Prælati regulares, & alij habentes iurisdictionem, quasi Episcopalem? negativè respondet Bonacin. de Censur. disp. 7. q. 5. pun. 1. nu. 7. & alij communiter.

13 Notandum est autem, quod Priores Dominicani per se ipsos tantum vti possunt erga suos subditos eadem facultate absolendi, & dispensandi, quam habent Episcopi vigore Concilij Triden-

tini dicta sess. 24. cap. 6. ex privilegio eis concessio à Pio V. ut refert Rodrig. apud Dian. par. 1. tr. 5. ref. 6. vbi etiam dicit, quod huiusmodi privilegio gaudent etiam alij Regulares, qui privilegiorum ordinis S. Dominici sunt participes.

14 Quæres, an possit Episcopus prædictam facultatem absolendi, & dispensandi vigore d. cap. 6. particulari Sacerdoti, seu Confessario delegare? affirmativè respondet Nau. cons. 11. num. 4. de Privileg. Dian. par. 7. tr. 2. ref. 12. & 13. & alij, & censuit etiam Sac. Congreg. teste Bonacin. de Censur. disp. 1. q. 3. pun. 2. nu. 1. tum quia hæc potestas annexa est dignitati, & officio, & consequenter ordinaria, & delegabilis: tum quia quoties conceditur aliqua potestas Prælatis presentibus, & futuris in perpetuum, non potest dici, electam esse industriam personæ, cum personæ incognitæ delegetur, ut post Ias. in l. more maiorum nu. 65. ff. de Iuris. omn. Iud. & alios notat Barbos. d. par. 2. all. 39. n. 11. Ex quo infert Dian. par. 7. tr. 2. ref. 14. & alij apud Barbos. vbi supra nu. 15. quod potest Episcopus deputare confessarium, qui cum eo dispenset in irregularitatibus, & suspensionibus, eumque absolvat in alijs casibus occultis Sedi Apostolicæ referuatis iuxta cit. cap. 6. ut censuit etiam Sac. Congreg. teste Bellet. in Disquis. Cleric. tit. de Discipl. Cleric. §. 1. num. 54.

15 Quæres 2. an Episcopus possit absolvere à censuris alteri Episcopo

PPPP scopo

scopo, seu Prælo. reseruat? affirmative respondeo cum Bonacin. de Censur. disp. 1. q. 3. p. un. 2. num. 6. & alijs, dummodò censura lata sint per statutum, vel per sententiam generalem: immò ab illis potest absolueri quilibet Confessarius alterius Diœcesis, si ibi non sint reseruatæ, ut dicit Coninch. de Sacram. disp. 14. dub. 16. nu. 258. & alijs apud Dian. par. 5. tr. 9. ref. 8. Barbof. par. 3. all. 52 num. 15. Possenin. de offic. Curat. cap. 7. num. 49. secus si censura lata esset per sententiã particulare: quia tunc absolutio ratione causæ inchoatæ spectat ad Prælatum, qui censuram tulit, alioquin iurisdictionis confunderentur, Bonacin. loco cit. idemque dicendum, quando aliquis à Iudice citatus fuit pro causa, pro qua deinde fuit excommunicatus; quia tunc similiter ab eodem Iudice absolui debet eap. proposuisti de for. compet. Dian. d. par. 5. tr. 9. ref. 9. obicitat. Philipp. Fabr. de Censur. in 4. sent. dist. 25. quest. 1. disp. 4. cap. 8. nu. 243.

S P M M A R I V M.

- 1 Hereticus purò externus, qui mente non negat fidem non subicitur excommunicationi lata in bulla Cœna.
- 2 Hereticus tantum mentalis à quolibet Confessario absolui potest.
- 3 Episcopus, & Inquisitor in foro exteriori absolueri possunt hæreticos.
- 4 In foro conscientie non potest

Episcopus, aut Inquisitor absolueri ab hæresi, neque ab alijs casibus eam occultis contentis in bulla Cœna: limitatur n. 5.

6 Privilegia, quibus Superiores Regulares poterant absolueri ab hæresi, & alijs casibus in bulla cœna comprehensis hodie sunt reuocata.

7 Quam pœnam incurrat absolvens à casibus reseruat in bulla Cœna.

8 An possit Episcopus absolueri in alijs casibus occultis reseruat Summo Pontifici in alia lege, seu constitutione.

9 Decreta generalis Concilij videntur continere vim clausule derogatorie ad alia decreta posteriora contraria.

10 An possit Episcopus dispensare in irregularitate orta ex hæresi occulta exteriori.

C A P. IV.

An Episcopus, & Inquisitor hodiè possint absolueri hæreticum.



IC non loquimur de hæretico putè externo, qui mente non negat fidem: neque de eo, qui omninò in-deliberatè, & absque vlla aduertentia exterius diceret hæresim: quia isti non subiciantur excommunicationi latæ in bulla Cœna: cum verè hæretici non sint, ut d. Nau. in Man. cap. 11. nu. 27. vers. tertio peccat Grass. par. 1. lib. 2. c. 2. num.

num. 30. *Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 2. all. 40. num. 32. & seq. Dian. par. 1. tr. 5. ref. 1. & par. 4. tr. 4. ref. 240. neq. de heretico tantum mentali, quem constat posse absolui à quolibet Confessario; quia excommunicatio non incurritur ob actus merè internos, cum Ecclesia non iudicet de occultis* *et sicut tuis in fine de Simon. nisi hæresis mente concepta verbis, vel signis publicè, vel occultè sufficienter manifestetur ita, ut si quis tunc esset præsens, cognosceret, talem lapsum esse in hæresim* *Bonacin. de Censur. in partic. disp. 1. q. 2. pun. 2. nu. 2. & alij communiter.*

3 His notatis dico primò, quod Episcopus, & Inquisitor in foro exteriori possunt absoluerè hereticos à censuris contra eos latis, eosque gremio Ecclesiæ reconciliare *cap. ut officium de Heret. in 6. & ita tradunt DD. apud Barbos. d. all. 40. num. 36. Dian. par. 1. tr. 5. ref. 3. & par. 4. tr. 8. ref. 50. Bonacin. de Censur. disp. 2. q. 5. pun. 2. num. 11.*

4 Dico 2. quod in foro conscientie non potest Episcopus, aut Inquisitor absolvere ab heresi, neque ab alijs casibus etiã occultis in bulla Cæne Domini comprehensis, quia ibi derogatur cuius Concilio, & per consequens derogatur etiã Tridentino; *6 ut censuit Sac. Congreg. Concilij, & declaravit Pius V. Greg. XIII. & Clemens VIII. ut referunt Nau. in man. cap. 27. num. 275. Garc. de Benef. par. 11. cap. 10. nu. 115. & seq. Megal. var. resol. to. 1.*

ref. 21. num. 6. Bonacin. de Censur. disp. 1. q. 3. pun. 2. nu. 1. vers. primo & disp. 2. q. 5. pun. 2. num. 11. Pias. in Prax. par. 2. cap. 2. num. 13. Ricci. in Prax. for. Eccles. par. 1. ref. 484. Barbos. par. 2. all. 40. num. 23. & seq. vbi etiam dicit, quod vltimam obtinuit, ut Episcopi à Summo Pontifice facultatem perant absolueri prædictos hereticos, quam Pontificis nomine causa, cognita Domini Cardinales Inquisitores generales Urbis, & Orbis cõcedere solent confectis super ea re patentibus litteris, quamvis contrarium tam quoad Inquisitores, quam quoad Episcopos sentiat idem Nau. cons. 11. num. 1 de Priuil. & alij graues. DD. quos refert, & sequitur Di. par. 1. tr. 5. ref. 3. & par. 4. tr. 4. ref. 239. vbi dicit, Bullam Cæne solùm prohibere absolutionem heresis, & aliorum criminum, quando publica sunt, & ideo non derogare facultati Episcopis concessa per Concilium Tridentinũ, in quo est sermo de occultis.

5 Limita vbi adesset obseruantia in contrarium cum certa scientia Papæ: quia tunc Inquisitor, & Episcopus ab heresi, & alijs casibus occultis in d. bulla Cæne contentis possent absoluerè, *ut d. Garc. loco cit. nu. 121. Dian. par. 4. tr. 8. ref. 35.*

6 Priuilegia verò Superioribus regularibus concessa, quibus poterant absoluerè ab heresi, & alijs casibus in bulla Cæne cõtentis reuocauit Urbanus VIII. *sub die 17 Nouembris 1623. ut refert. Dian. p. 1. tr. 5. ref. 6. & p. 3. tr. 2. ref. 122.*

- 7 Sed queres, quatin penam incurrat absolvens à casibus reservatis in Bulla Cœnæ? Resp. quod incurrit excommunicationem ipso facto latâ in d. Bulla S. quod si forte, quæ non est reservata, quia ponitur post reservationem factam in S. precedenti: & ideo illa reservatio extenditur ad casus præcedentes, non verò ad huc subsequentem *Nau. in man. cap. 27. num. 74. & alij apud Bonacin. de Censur. in part. disp. 1. q. 22. pun. 3. num. 8.* Vnde ab illa absolvi potest quilibet Confessorius iuxta cap. nuper. de Sent. excom. ad incurrandam autè hanc excommunicationem requiritur præsumptio, quæ dolum & scientiam importat: & ideo excusaret ignorantia, obliuio, vel inadvertentia *Vulp. in Prax. iudic. c. 4. num. 9. Bonacin. loco cit. num. 4.* secus esset, si Sacerdos absolueret prætextu privilegiorum à dictis casibus, & ab alijs comprehensis in decreto Sac. Congregationis apud *Quarant. in ver. casus reservati*: tunc enim incurreret excommunicationem *Papæ reservatam in dicto decreto*: quod procedit quoad Sacerdotes, tam seculares, quam Regulares per uniuersam Italiam extra Urbem degentes, *vt observat etiam Bonacin. loco cit. pun. 3. num. 9.*
- 8 Ad dunt nonnulli DD. neq. posse Episcopum absolvi in alijs casibus occultis in alia lege, seu cõstitutione per summum Pontificem reservatis, quasi illos absolute reservando censeatur derogare Concilio, & ita declarasse

Gregorium XIII. & Sac. Congregationem refert Garc. d. par. 1. n. cap. 10. num. 122. & seq. Vulp. in Prax. iudic. for. Eccles. c. 35. nu. 33. in fin. hoc tamen intelligendum est, quando in reservatione apposita esset clausula sufficienter exprimens derogationem Concilij Tridentini, vt d. Dian. par. 7. tr. 2. res. 20: ubi citat Bonacin. de Censur. disp. 1. q. 3. pun. 2. n. 1. Mazuchel. in tract. de Casib. refer. disp. 2. cap. 2. diffi. 1. num. 24. Peregrin. in tract. de duell. q. 33. nu. 5. Boss. de Iubil. sect. 1. cas. 10. S. 5. num. 249. Gauant. in Man. Episc. ver. absolutio nu. 4. Suard. de Pœnit. disp. 30. sect. 2. num. 12. & seq. decreta enim Concilij generalis ita matura deliberatione sancita sunt, vt videantur continere vim clausulæ derogatoriæ ad alia decreta posteriora contraria, nisi de illis specificam faciant mentionem cap. ex parte ubi glos. in ver. nulla mentio de Cap. Monac. cap. nonnulli ubi etiam glos. in ver. fecerunt mentionem de Rescript. vel saltem constet, Papam derogare voluisse, vt dixit Rot. decis. 60. nu. 3. coram Card. Gualeri.

10 An verò Episcopus possit virtute Concilij Tridentini *sesi. 4. c. 6.* dispensare in irregularitate orta ex hæresi occulta exteriori? affirmat *Garc. de Benef. par. 11. cap. 10. numer. 86. Filliuc. in 97. mor. tom. 1. tr. 20. cap. 9. n. 246.* quos refert *Dian. par. 1. tr. 15. res. 24. & alij apud Barbos. d. p. 2. all. 39. num. 44. vers. Duodecimò: quia in Bulla Cœnæ solum fit mentio*

tio de reuocatione facultatis absolueudi, non verò de dispensatione; & ideo cum sint res distincte, non est facienda extensio de vna ad aliam, vt obseruat Bonacin. de Censur. disp. 7. q. 3. p. 7. num. 14: vbi etiam dicit, Episcopum posse in tali casu dispensare tam circa vsum ordinum susceptorum, quam circa suspensionem ipsorum ordinum, quãdiu delictum est occultum: obtentam tamen prius à Summo Pontifice absolutionem ab excommunicatione, Dian. par. 7. tr. 2. ref. 251.

Notandum tamen est, quod quæcunque gratia facta hæreticis, vel de hæresi suspectis, vel hæresim abiurantibus nunquam se extendit ad potestatem audiendi confessiones secularium. ex Decreto Pauli IV. apud Barbof. loco cit.

S V M M A R I V M.

1. Episcopus absolvere potest ab excommunicatione percussorem clericum, quando percussio est leuis.
2. Quæ dicatur leuis, & quæ grauis percussio.
3. Iniuria, quæ ex se sunt leuis, aliquando ex circumstantiis graues fiunt.
4. An Episcopus absolvere possit Iudicem laicum, vel eius Apparitores percutientes clericum.
5. Iudex laicus remittens clericum ad Iudicem ecclesiasticum cum ignominia, incidit in excommunicationem cap. si quis suadente.
6. In dubio percussio, seu iniu-

ria censenda est grauis.

7. An Superiores regulares absolvere possint suos subditos ab huiusmodi excommunicatione.
8. Moniales ab Episcopo absoluntur, etiam si percussio sit grauis.
9. An Prælati Episcopis inferiores habentes iurisdictionem quasi Episcopalem possint ab hac excommunicatione absolvere.
10. Percussio, quæ in se est grauis, aliquando fit leuis ad effectum vt Episcopus possit absolvere, & in quibus casibus id procedat.
11. An iniuria, quæ in se est leuis, fiat grauis ratione loci publici.
12. An Episcopus possit absolvere ab excommunicatione huiusmodi contracta ab percussione grauem, quando delictum est occultum.
13. An possit Iudex eiusmodi absolutionem acceptare pro foro externo.
14. An publicus Clericus percussor sit statim vitandus ante sententiam.
15. An à sententia declaratoria excommunicationis detur appellatio quoad effectum suspensionis.
16. An si excommunicatus ante declaratoriam compareat humiliter petens absolutionem, sit statim absolendus.
17. Quid seruandum sit, si excommunicatus esset absolendus à Papa.

CAP. V.

Quando possit Episcopus absol-
uere ab excommunicatio-
ne contracta ob Cle-
rici percussio-
nem.

1



Communis est cō-
clusio, quod si
percussio est le-
uis, Episcopus
absoluit iure suo;
si verò est gra-
uis, absolutio spe-

ctat ad Papam *cap: peruenit, vbi
DD: de Sent: excomm: quæ autem*

2 percussio dicatur grauis, & quæ
leuis, remittitur arbitrio Iudicis,
qui ex circumstantiis personarū,
locorum, temporum, modi per-
cussionis, & læsionis arbitrari po-
terit *Sylu: in verb: Absolutio 4: in
prin: Bonacini: de Censur: in part:
disput: 2: quest: 3: punct: 6: sect: 5:
num: 8: vers: mediocris, & alij apud
Bellæ: in Disquis: Cleric: tit: de*

3 *Favor: Cleric: can: 6: 3: numer: 34:
nā iniuriæ, quæ ex se sunt leues,
ex circumstantiis aliquando gra-
ues fiunt, vt notatur in contru:
Pij II: quam refert Nau: in mā:
cap: 27: num: 91:*

4 Vnde si Iudex
laicus, vel Apparitor eius Cleri-
cum deliberatè percutiat, quam-
uis leuiter, percussio cõsetur gra-
uis *cap: ff: vero 1: de: Senten: excom:
quod intellige, & vti Iudex, vel vt
minister laicalis iurisdictionis cle-
ricum percutiat, vt: d. Genuens:
in Prax: Archiep: cap: 23: quia*

tunc Iudex laicus, vel Apparitor
non tantum percutit, sed etiam
iurisdictionem in Clericum vsur-
pat *Panor: in d: cap: ff: vero n. 3:
Aul: de Censur: 2: part: cap: 7: di-
spat: 1: dub: 6: vers: nonnulli, si ve-
rò leuiter clericum percuterent
vt priuatæ personæ, absolui pos-
sunt ab Episcopo, Genuens: loco
cit: vbi etiam dicit, quod Iudex
agere præsumitur vt priuatus,
quando absque causæ cogitatio-
ne infert iniuriam.*

Idemque dicendum, si Iudex
laicus remitteret clericū ad Cu-
riam Ecclesiasticam cum ignomi-
nia, ac verecundia, puta sine pal-
lio, manibus ligatis quando po-
puli maxima est frequentia, vel
tubis sonantibus, aut cum catena
in collo, vel raso capite, vel simili
modo in eius opprobrium: tunc
enim grauis iniuria clerico irro-
gatur: & ideò Iudex, & alij ad id
cooperantes inciderent in excō-
municationem *cap: ff: quis suadē-
te 17: quest: 4: vt dicunt DD: quos
refert, & sequitur Yulb: in Prax:
iudic: cap: 43: num: 22: nisi fortè
talis clericus remittatur manibus
ligatis ob aliquod graue delictū
causa custodiæ potius, quā igno-
miniz, vt d. Clar: in Prax: crim:
5: fin: quest: 36: vers: quæro quo-
modo: dummodò in ceteris mo-
destia, & vrbauitas clericis debi-
ta seruetur.*

In dubio autem, an percussio
sit grauis, vel leuis, Iudex ecclesia-
sticus declarare debet, percussio-
nem esse grauem, vt in d. extrap.
Pij II: Obserua tamen, quod in
hoc casu non accipitur atrox in-
iuria

iuria secundum subtilitatem iuris, sed ex consuetudine, ut probatur ex d. extrau. Pij II: in qua percussio cum alapa dicitur leuis, quamuis de iure sit iniuria, grauissima, ut notat etiam Genuens: in Prax: Archiepiscopi: 80: num: 3:

7 Idem dicendum de Superioribus regularibus, qui subditos suos incidentes in excommunicationem d. an: si quis suadente, absolueri possunt, quando iniuria est leuis cap: cum illorum de Sent: excom: quod procedit etiam in nouitio, qui in tali casu à Prælato Monasterii absolui potest glos: in cap: religio 9: quamuis in verbo non possit de Sent: excom: in 8: Riccin Prax: for. Eccles: part: 4: ref: 259. etiam si ante Religionis ingressum in talem excommunicationem incurrerit Coninch: de Sacram: disput: 14. dub: 16: nu: 139: Sylu: in verb: Absolutio 4: num: 3: vers: primus est in fin: nisi forte Regularis professus, vel Nouitius clericum secularem percusserit, quia tunc ab Episcopo est absolueudus, ut in d. c: religio.

Si verò excessus esset enormis, ad Sedem Apostolicam est recurrendum, iuxta cit. c. cum illorum: quamquam omnes ferè Religiosi hodiè priuilegium habent absoluedi, etiam si percussio enormis sit, ut obseruat Riccoloco cit: d: ref: 259:

8 Moniales verò siue Clericum, siue se inuicem percutiant, iuxta dispositionem iuris ab Episcopo absoluuntur cap: de Monialibus, ubi glos: de Sent: excom: Abb:

ibidem num: 6: Sylu: in verb: absolutio 4: num: 3: vers: tertius est in fin: etiam si percussio sit grauis, ut infra dicemus.

9 Ceteri autem Prælati Episcopis inferiores habentes etiam iurisdictionem quasi Episcopalem non possunt ab hac excommunicatione absolueri, quamuis iniuria sit leuis, nisi speciale priuilegium à Sede Apostolica obtinuerint Bonacin: de Censur: disp: 2: quest: 4: punct: 3: num: 7: Barbo: de offic: & potest: Episc: part: 2: all: 41: num: 2.

10 E contra verò percussio, quæ in se est grauis, ratione alicuius circumstantiæ aliquando fit leuis ad effectum ut Episcopus possit absolueri: nam si quis se defendendo percuteret clericum, & excederet moderamen tutelæ, licet sit excommunicatus propter excessum, non tamè tenetur ire ad Sedem Apostolicam pro obtinenda absoluteione, etiam si percussio sit grauis, sed potest absolui ab eius ordinario: quia si deberet adire Sedem Apostolicam, puniretur poena ordinaria delicti, quod esset contra Regulas iuris: sicut enim minuitur poena ratione ætatis, vel modicitatis delicti, ita etiã minuenda est ratione intensi doloris, ita Marell: Vulp: in Prax: indic: cap: 1 num: 42: & alij: si verò se defenderet cum moderamine inculpate tutelæ nullam excommunicatione contraheret ob huiusmodi percussionem cap: si verò 1. & cap: ex tenore de Sent: excom: quod etiam procederet, quando percuteret clericum pro defensione.

fione earum personarū, per quas ei fit iniuria, ut sunt vxor, filii, Parentes, Fratres, & Sorores, ut d: *Vulp. loco cit. cap. 1. n. 40.*

Vnde in excommunicationem non incideret inuasus repercutiendo clericum inuasorem: nisi repercuteret clericum, quando non haberet amplius animum repercutiendi, quia tunc vocatur vindicta, & non violentiz repulsiō *cap. 1. in fin. de Sent. excomm. Vulp. ubi supra num. 4. Graff. dec. sur. part. 1. lib. 2. cap. 49. numer. 15:* ubi etiam dicit, quod si non appareat, quis fuerit aggressor, tūc talis percutiens clericum excommunicatione ligatur, quia cōstat, eum manus violentas iniecisse.

Addit Ricc. in *Prax. for. Eccl. part. 2. resol. 28.* quod si quis percutiat, vulneret, aut occidat clericum turpiter, aut impudicē inuentum cum matre, vxore, sorore, vel filia propria potest absolui ab Episcopo *per tex. in cap. si verò 1. de sent. excomm.* Sed alii tenent, quod licet percutiēs grauius peccet, ab excommunicatione tamen excusatur propter vehementem passionem, ac dolorem, modò percutiat in continēti, & non ex interuallo *glos. in d. cap. si quis suadente verb. violentas Sylu. in verb. Excommunicatio 6. n. 6. vers. Decimo. & communem dicit Bonacin. de Censur. disp. 2. q. 4. pun. 4. nu. 6. & alij DD. relati in Synag. comm. opin. tit. de Adult. & c. cap. 6.* quod procedit, etiam si non inueniat Clericum in ipso turpi actu, sed vel amplexā-

tem, aut osculantem, aut in loco suspecto, ut si solus inueniatur cōsola in loco apto ad turpes actus exercendos, & de illo addit rationabilis suspicio *Nax. cap. 27. n. 24. Bonacin. loco cit. num. 8. & alii communiter,* vel si inueniat loquentem cum sua vxore, quando illum prius ter admonuerat, & ipse noluit desistere *secundam DD. quos refert Barbof. in d. cap. si verò nu. 7. Bonacin. ubi sup. nu. 8.*

Hinc Ricc. in *Prax. ut supra part. 3. ref. 64.* ab excommunicatione excusat quemdam Adolescentem, qui Clericum tentantem de crimine nefando vulnerauit.

Limita, quando non ex subita passione, sed matura deliberatione etiam sine temporis interuallo Clericum percuteret; quia tūc non excusatur ab excommunicatione *Sylu. in verb. excommunicatio 6. n. 6. vers. Decimo.*

Limita 2. si id faceret per interpositam personam *Ricc. in Prax. p. 2. ref. 228.*

Limita 3. quando percuteret Clericum inuentum cum filia, adoptiua, vel cum aliis consanguineis, seu coniunctis in remotiori gradu: tunc enim excommunicationem incurreret, quia *tex. in d. cap. si vero,* excipit tantū matrem, vxorem, sororem, & filiā, propriam *glos. ibidem ver. matre Barbof. n. 8. Nau. d. cap. 27. nu. 84. Sylu. loco cit. Bonacin. d. disp. 2. q. 4. pun. 4. nu. 6. in fin. Lexan. in Summ. qq. Reg. tom. 3. verb. Clericus. nu. 9.*

Qua-

11 Quæres, an iniuria, quæ in se est lenis, fiat grauis ratione loci publici? Resp. negatiuè, nisi in se sit aliquo modo notabilis, & generet aliquod magnum scandalum, ut post Lap. & Card. dicit Nau. in man. cap. 27. num. 92. Ricc. in Prax. for. Eccles. part. 1. ref. 446. Genuens. in Prax. Archiepisc. c. 80. & alii, quos refert, & sequitur Dian. part. 1. tract. 16. ref. 21. contrariam tamen tenet glos. in cap. cum illorum verb. mutilatione de Sent. excomm. Sylu. in verb. absolutio 4. in princ. Bonacin. de censur. disput. 2. quæst. 4. punct. 5. num. 8. vers. grauis percussio, & alij apud Barbof. de offic. & potestat. Episcop. part. 2. allegat. 41. num. 5.

12 Quæres 2. an possit Episcopus absoluerè ab huiusmodi excommunicatione contracta ob percussione grauem, quando delictum est occultum, nec deductum ad forum contentiosum iuxta Conc. Tridentin. sess. 24. de ref. c. 6. Affirmatiuè respondent DD. quos refert, & sequitur Bonacin. de Censur. disput. 2. q. 4. punct. 5. num. 19. ubi etiam dicit, quod talis excommunicatus ab Episcopo absolutus non tenetur postea adire Papam, vel Legatū, cum simpliciter fuerit absolutus ex privilegio d. Concilij.

13 An verò possit Index eiusmodi absolutionem pro foro externo acceptare, si delictum deinde fiat publicum? Respondeo quod potest, si velit; nam potest etiam eum tamquam irregularem punire, si dum eius excommunica-

tio notoria fuit, celebrauerit etiam post huiusmodi absolutionem: quia in tali casu, in facie ecclesie à sacris abstinere debet ac si absolutus non esset, quamdiam de eius legitima absolutione publice non constet, ut dicit Layman. de Censur. in commun. tractat. 5. cap. 7. num. 7.

14 Quæres 3. an publicus Clerici percussor sit statim vitandus ante sententiam Iudicis? Resp. negatiuè, sed expectanda est Iudicis sententia: quia, ut vitetur publicus percussor Clerici, requiritur, ut nullo modo possit occultari, aut per aliquod remedium iuris excusari, ut in extrau. Ad euitanda, quam refert Nau. in man. cap. 27. num. 35. hoc autem per sententiam declarandum est, cum potuerit talis reus percutere ab sui defensione, vel ob alia legitimam causam, ita Dian. part. 5. tractat. 9. resol. 61. ubi citat Couar. in cap. Alma mater par. 1. §. 2. num. 7. Celestin. in Comp. Theol. moral. tractat. 3. cap. 9. diffic. 3. & alios.

15 Quæres 4. an à sententia declaratoria excommunicationis detur appellatio quoad effectum suspensiuum? Resp. affirmatiuè: tum quia potuit Index iniuste declarare: tum quia iura reiiciunt appellationem, quando interponitur à sententia excommunicationis, ut in cap. is cui §. sane de Sent. excomm. in 6. non autem quando interponitur à declaratoria incurtus censurarum glos. communiter recepta in cap. cupien-

tes §. quod si per viginti in verb.
 priuatos de elect. in 6. Nau. consi.
 num. 5. de Sent. excomm. & commu-
 nem dicit Genuens. in Prax. Ar-
 chiep. cap. 22. num. 1. & 2. & alij
 apud Barbof. in cap. peruenit 13. de
 Appellat. Bonacin. de Censur. disp. 1.
 quest. 1. punct. 2. num. 7. & 8. vbi
 etiam dicit, quod huiusmodi ap-
 pellatione impedit denunciationem,
 nisi delictum sit adeo notum, vt
 nulla possit tergiversatione cela-
 ri: tunc enim non licet appellare,
 vt in d. cap. peruenit. Sed alij in-
 distictè tenent, excommunicatū
 pendente appellatione & declara-
 toria posse denunciari, seu ceda-
 lones affigi, quia talis denuncia-
 tio, seu Cedula non affixio nihil
 aliud est quam sententiz manife-
 statio, siue potius executionis
 promulgatio, non autem execu-
 tio, quia excommunicatio secura
 trahit executionem; & ideo per
 huiusmodi denunciationem ex-
 communicatus amplius non liga-
 tur, quam antea, ita Genuens. loco
 cit. num. 2. Ricc. in Prax. for. Eccles.
 part. 4. resolut. 18. per text. in
 cap. pastoralis §. verum de Ap-
 pellant.

Si verò appellatio ex legitima
 causa interponatur, antequam
 excommunicatio, vel declarato-
 ria feratur, tunc Iudex neque ex-
 communicare, neque declarare
 potest, dummodo delictum non
 sit publicum, aut notorium cap.
 per tuas de sent. excom. cap. solet, &
 cap. venerabilibus §. sed si ex cau-
 sa eod. tit. in 6. cap. peruenit. & e.
 pastoralis §. verum ex. de Appell.

& ideo reus citatus ad allegandā
 causam quare excommunicari
 vel excommunicatus declarari non
 debeat, non est statim excommu-
 nicandus, vel declarandus, sed ex-
 pectari debet, per decem dies,
 quia iura ante huiusmodi senten-
 tias reo appellandi beneficium
 concedunt, vt d. Ricc. in Prax.
 vt supra part. 4. ref. 18. qui ibidem
 ref. 26. addit, hoc etiam procedere,
 quando quis ante sententiam
 iter arripuit ad Superiorem, quod
 vim appellationis habet; valeret
 tamen excommunicatio, vel de-
 claratoria lata intra decem dies,
 si reus non appellauerit iuxta
 glos. in d. cap. venerabilibus §. por-
 ro in verb. Appellatum de Senten.
 excomm.

16 His adde, quod si compareat
 excommunicatus, antequam affi-
 gantur Cedulae, & humiliter
 petat absolutionem, & satisfac-
 tionem offerat, statim est absol-
 uendus propter mala quae secura
 affert excommunicatio cap. qua
 fronte, vbi glos. de Appellat. quod
 in delictis leuibus praecipue locū
 habet: nam in casibus grauiori-
 bus expedit, vt tales excommuni-
 cati declarentur, donec satisfecerint,
 vt ipsi abstineant in futurū,
 & alij terreantur iuxta clem. 1. §.
 & quia de Pen. Genuens. in Prax.
 cap. 23. num. 1. Ricc. in Prax. for. Ec-
 cles. part. 4. ref. 16. Satisfactio autē
 versatur circa aestimationem dā-
 ni, & interesse, non aestimationem
 iniuriae, vt d. Marcell. Vulp. §. 1.
 Prax. Iudic. capit. primo, nu-
 mer. 52.

17 Notandum est etiam, quod ubi quis esset absolvendus à Papa, si post declarationem humiliter petat, remoueri cedulones, solet ei concedi terminus unius, vel duorum mensium ad obtinendam absolutionem; & interim remouentur cedulones, dummodò dum se contineat, præstita cautione: quo termino elapso de nouo affiguntur, nisi præsentauerit absolutionem, & ita seruari in tribunalibus Ecclesiasticis dicit Ricc. in Prax. for. Eccles. part. 4. res. 17. Genues. ubi supra cap. 23. numer. 13.

SUMMARIUM.

- 1 Episcopus ab excommunicationibus Papæ reseruatim absoluit eos, qui ob iustum impedimentum Sedem Apostolicam adire nequeunt.
- 2 Qui temporali detinentur impedimento, debent illo cessante se Apostolicæ Sedi præsentare, secus si perpetuum habeant impedimentum.
Qui censentur habere impedimentum perpetuum, seu temporale, ibidem.
- 3 Pueri, qui in puerili ætate in excommunicationem Papæ reseruatam inciderunt, absolui possunt ab Episcopo absque onere se præsentandi Sedi Apostolicæ.
- 4 Veniens ex suo artificio, quo iter agendo uti non potest, absolui potest ab Episcopo.
- 5 Quinam veniant nomine pauperum.

- 6 Delicati, aut multum potentes non sunt Romam mittendi, sed prius consulendus est Papa.
- 7 An Episcopus possit absolutionem ab huiusmodi excommunicationibus alteri committere.
- 8 An habentes priuilegium absoluedi a censuris Papæ reseruatim possint hanc facultatem alteri committere.
- 9 In certis casibus absolvere nequeunt habentes huiusmodi priuilegium.
- 10 Declarantur constitutiones Gregorij XIII. & Clementis VIII. editæ contra provocantes ad duellum.
- 11 An possit ab huiusmodi excommunicationibus Episcopus absolueri, si excommunicatus adire potest Legatum.
- 12 Quid si adire potest alium habentem priuilegium in dictis casibus absoluedi.

CAP. VI.

An, & quando Episcopus absolvere possit ab excommunicatione publica Papæ reseruata.



Doctores cõmuniter tenent, posse Episcopum absolueri à censuris Papæ reseruatim etiam in bulla Censuræ contentis eos, qui ob iustum impedimentum sedem Apostolicam adire non possunt: tunc enim illa potestas ordinaria, quæ sublata erat ei per reseruationem, restituitur existens.

te huiusmodi impedimento; id
que desinitur ex benigna Sum-
mi Pontificis voluntate, qui non
videtur voluisse reservare abso-
lutionem cum tanto incommo-
do, ut constat ex cap. mulieres, &
cap. quamuis de sent. excom. cum
simil. quamuis enim in dictis iu-
ribus agatur tantum de absolu-
tione ab excommunicatione can.
si quis suadente 17. q. 4. eadem ta-
men est ratio in alijs excommu-
nicationibus Papæ reservatis;
Vnde in cap. ea noscitur, & cap.
quod de his eod. tit. de sent. excom.
& in cap. eos qui eod. in 6. fit men-
tio de impedimentis, non autem
de d. can. si quis suadente, ut rectè
observat Felin. in d. cap. quamuis,
& Sylv. in ver. excommunicatio
4. num. 7. vers. Quarto. Quare
ita resolvunt Nau. in man. cap. 27.
num. 89. §. ad primu. Megal. var.
resol. tom. 1. res. 37. num. 5. & com-
munem dicit Conturb. de Censur.
disp. 14. dub. 16. num. 241. Gutier.
de Matrim. cap. 49. nu. 8. Bonacin.
de Censur. disp. 1. q. 3. pun. 2. nu. 4.
Auil. eod. tract. 2. par. cap. 7. disp.
1. dub. 6. vers. tertia conclusio Lay-
man. par. 2. tr. 5. cap. 6. num. 5. Bar-
bos. de offic. & pot. Episc. par. 2. al.
40. num. 15. Sanch. in oper. mor. lib.
1. cap. 13. num. 36. & lib. 2. cap. 11.
num. 23. vbi etiam dicit, quod
Vicarius Episcopi etiam genera-
liter deputatus potest huiusmodi
impeditos à supradictis casibus
absolvere: quod procedit, siue
impedimentum sit perpetuum,
siue temporale iuxta communem
D. obhorum sententiam.

Hæc tamen est differentia inter

impedimentum perpetuum, &
temporale, quod habentes impe-
dimentum perpetuum absolute ab-
solvantur, nec eis iniungitur onus
se presentandi summo Pontifici
d. cap. mulieres cap. de monialibus
& cap. quamuis de sent. excom.
tales sunt moniales, & aliæ mu-
lieres, senes, Valerudinarij,
hoc est perpetuo, seu incurabili
morbo laborantes, ac membris
defectivi, videlicet claudi, cæci
& similes; debent tamen prius
iuxta facultates satisfacere illis,
quibus iniuriam irrogarunt, ut
in cap. ea noscitur eod. tit. qui ve-
rò temporali detinentur impe-
dimento, debent illo cessante
quamprimum se apostolicæ sedi
presentare d. cap. ea noscitur, &
cap. quod de his de sent. excom.
alias in eamdem censuram rela-
buntur cap. eos qui eod. tit. in 6.
tales sunt existentes in periculo
mortis, habentes inimicitias ca-
pitales, qui sine periculo vite
sedem Apostolicam adire ne-
queunt, infirmi, Adolefcentes
etiam sui iuris, quibus iter esset
discrimini, filijfam. existentes
sub patria potestate, qui non
possunt iter facere sine Patris
preiudicio, pauperes, habentes
curam animarum, & eorum ab-
sentia subditis esset detrimento,
vel alio simili, aut maiori impe-
dimento detenti, quod arbitrio
Episcopi relinquitur cap. mulie-
res cap. de cætero cap. pueris cap.
quamuis cap. relatum, & cap.
quod de his de sent. excom. & d.
Sylv. in ver. absolutio 4. num. 3. &
4. Nau. in man. cap. 27. n. 88. Auil.
de Cen-

de Censur. 4. par. cap. 7. disp. 1. dub. 6. vers. tertia conclusio Bonacin. 100. tract. disp. 1. q. 3. pun. 2. num. 4. Dian. par. 3. tr. 9. ref. 6. Coninch. de Censur. disp. 14. dub. 16. num. 24. Barbos. d. all. 40. num. 29.

3. Obserua tamen, quod pueri doli capaces, qui in puerili etate in excommunicationem Papæ reseruata incidunt, semper absoluentur ab Episcopo siue ante, siue post pubertatem absoluteionem petant, absque onere se presentandi sedi Apostolicæ, cum propter defectum etatis, in qua excessus fuit commissus, rigor sit mansuetudine temperandus d. cap. quamuis, & cap. pueris, ubi Panor. de Sent. excom. Dian. loco cit. quicquid in contrarium dicat Sylu. in ver. absolutio 4. nu. 3. vers. quidam vero. immo pierique DD. pueros ante annos pubertatis excusant à censuris latis tam à iure, quam ab homine, ita Cælestin. in Comp. Theol. mor. tract. 3. cap. 6. num. 9. & alij, quorum sententiam probabilem dicit idē Dian. par. 5. tract. 9. ref. 46.

4. Obserua 2. quod viuens ex suo artificio, quo iter agendo uti nō potest, absolui similitur potest ab Episcopo, ut d. Barbos. loco cit. n. 23. quia non renetur mendicare, si alias non est mendicus: immo si solitus etiā sit medicare, poterit absolui, si mendicando in loco suæ mansionis soleat sibi, & coniugi prouidere, & iter faciēdo id præstare non possit Sylu. in ver. absolutio 4. nu. 3. vers. Octauus est in paupere

Man. d. cap. 27. nu. 88. Dian. p. 5. tr. 9. ref. 6.

5. Obserua 3. quod nomine Pauperum veniunt etiam habentes congruam sustentationem, qui tamen attento statu personæ & dignitate videntur indigere, ut d. Bartin. l. 1. num. 35. C. de Sacros. Eccles. & alij apud Barbos. d. par. 2. all. 40. num. 24.

6. Obserua 4. quod delicati, aut multum potētes, qui ad Curiam accedere, aut huiusmodi laborem sustinere nequeunt, non sunt Romā mittendi, sed prius consulendus est Papa, & obediendum eius imperio cap. mulieres de sent. excom. nisi fuerit probabile mortis periculum in mora, quia tunc absoluedi sunt ut alij, qui versantur in eodem periculo accepta cautione, quod parebit Papæ responso glos. in d. c. mulieres ver. laborem Sylu. in ver. absolutio 4. num. 3. vers. septimus est Nau. d. cap. 27. nu. 88. & 89.

7. Obserua 5. quod in tali casu potest Episcopus absoluteionem ab huiusmodi excommunicationibus committere Presbytero, ut d. glos. in cap. de cætero ver. licet de Sent. excom. Tolet. in Instruct. Sacerd. lib. 1. cap. 32. n. 7. secus dicendum de habentibus priuilegium absoluedi à censuris, & casibus Papæ reseruatis: isti enim alteri absoluteionem committere nequeunt, cum non ex officio suo hanc facultatem habeant, sed ex delegatione, ut dicunt DD. apud Barbos. d. p. 2. all. 35. num. 17.

- 9 Notandum tamen est, quod Sacerdotes tam regulares quam seculares per vniuersam Italiam extra Urbem degentes citra mortis articulum non possunt virtute priuilegiorum absoluere à casibus in bulla Cœnz, vel Episcopo reseruatis, neque ab excommunicatione contracta ob percussione[m] Clerici, vel ob violationem clausuræ monialiū ad malum finem, vel ob violationem immunitatis ecclesiasticæ iuxta constitutionem Gregorij XIV. *incip. Cum alias ronnalli*, vel ob prouocationem, & pugnam in duello iuxta Concilium Tridentinum, & constitutionem Greg. XIII. *incip. Ad tollendam*, vel ob simoniam realem scienter contractam, vel ob confidentiam realem, *vt constat ex decreto Sac. Congregationis apud Quarant. in ver. casus reseruati.*
- 10 Notandum 2. quod in d. constitutione Gregorij XIII. puniuntur excommunicatione prouocatio ad duellum, & cooperatio, si per ipsosmet prouocantes, aut cooperantes non stetit, nè pugna sequeretur: sed in alia constitutione Clementis VIII. *incip. Illius vices*, prouocatio, & cooperatio ad duellum absolutè, ac simpliciter puniuntur excommunicatione, etiā si per ipsosmet prouocantes, vel cooperantes steterit, nè pugna sequeretur: & idè qui contrahit hanc excommunicationem contentam in constitutione Clementis VIII. potest virtute priuilegiorū absolui: quia in d. decreto S. Congregationis *sermo* tantum est de prouocantibus, aut pugnantibus in duello iuxta dispositionem Tridentini, ac constitutionis Gregorij XIII. *vt obseruat Bonacin. de Censur. in par. disp. 2. q. 3. pun. 48. num. 40.*
- 11 Limita supradictam conclusionem, quando excommunicatus potest adire Legatum: tunc enim Episcopus nequit absoluere, cum in tali casu non videatur adesse iusta, & legitima causa, vel impedimentum *cap. ea no. scitur de sent. excom. vbi præcipitur, vt pro huiusmodi absolutione recurratur ad Papam, vel eius Legatum Nau. in Man. c. 27. num. 90. vers. ad quartam Coninc. de Censur. disp. 14. dnb. 16. n. 242. Barbof. par. 2. al. 40. nu. 31. Bonac. de Censur. disp. 1. q. 3. pun. 2. num. 4. vers. rursus addit. contra Henric. lib. 12. de Matrim. cap. 3. num. 1. in glos. litt. H. quem refert & sequitur Auil. de Censur. 2. par. cap. 7. disp. 1. dub. 6. vers. quarto nota Dian. par. 5. tr. 9. ref. 6. qui putant, quod quando quis impeditur adire Papam, potest absolui ab Episcopo tamquam proprio Pastore, ac potestate ordinaria, etiā si facilis esset recursus ad Legatum, quorum sententiam probabilem dicit, Laym. par. 2. tr. 5. cap. 6. nu. 5.*
- 12 Si verò nec Pontifex, nec Legatus adiri possunt, tunc iura absolutè concedunt Episcopo auctoritatem absoluendi, nec requirunt, vt ad eum alius habens priuilegium, secundum *Conincb.*

loc. cit. nec in tali casu tenetur excommunicatus epistolam, aut aliam ad Pontificem, seu Legatum mittere, quia iura hoc non exigunt *Nau. d. cap. 27. num. 90. vers. ad quintam Aul. de censur. 2. par. cap. 7. disp. 1. dub. 6. vers. secunde nota Dian. par. 5. tr. 9. ref. 6.*

Ego tamen cenſeo Episcopum nequaquam posse absoluere, quando potest confugi ad eum, qui privilegium, seu potestatem habet absoluendi: tum quia in hoc casu non cenſetur vrgens necessitas, tum etiam quia sacerdos simplex quamvis in articulo mortis constitutum possit ratione vrgentis necessitatis absolute, si tamen ea cesset, vel quia Pastor ordinarius, vel ab ipso expositus haberi potest, tunc absolute non poterit *Sanch. de matrim. lib. 2. disp. 40. num. 8. Gu-tier. eod. tract. cap. 49. num. 12. & alij apud Barboſ. de offic. & potest. Episc. par. 2. tit. 35. num. 10. Dian. par. 8. tr. 3. ref. 79.*

S V M M A R I V M:

1. Referuntur casus, in quibus Ordinarius potest dispensare in matrimonij denunciationibus.
2. Quando Parochus possit matrimonio assistere omiſſis denunciationibus.
3. An Episcopus dispensationem negans peccet mortaliter.
4. Pater auertens à matrimonio filium ob notabilem dispa-ritatem, vel ob aliam rationabilem causam, an dicatur malitiose impedire.

5. Ordinarius dispensare non debet, nisi recepta informatione, an aliqua impedimenta subsint inter contrahentes.
6. An Vicarius Episcopi ex generalis commissione possit in huiusmodi denunciationibus dispensare.
7. An ea, quæ in Concilio Tridentino committuntur Ordinarijs intelligantur etiam de Vicarijs generalibus.
8. An Episcopus, & Vicarius possit huiusmodi facultatem dispensandi alteri delegare.
9. An matrimonium contractum omiſſis denunciationibus sit validum.

C A P. VII.

An, & quando Episcopus dispensare possit in matrimonij denunciationibus.

Possit Episcopus dispensare in huiusmodi denunciationibus constare ex Conc. Tridentino *ses. 24. de ref. matr. cap. 10.* ubi id arbitrio prudentis Ordinarij relinquitur: nam si periculum esset alicuius peccati, infamiae, aut scandali, aut probabiliter timeretur, quod alter coniugum à fide data iniuste resiliat, vel quod matrimonium malitiose impediatur, potest ordinarius illas remittere *Sanch. de matrim. lib. 3. disp. 9. Vulp. in Prax. iudic. cap. 17. num. 20.*

Idem

Idem dicendum, si constitu-
tus in articulo mortis cum Con-
cubina contrahere desiderat ad
legitimam prolem, vel ad tol-
landam infamiam, vel ad tran-
quillitatem propriae conscientiae,
praesertim si tales Concubinarii
existimati sint diu coniugati *Sot*
in 4. dist. 23. par. 1. ar. 2. quem re-
fert, & sequitur Vulp. d. cap. 35.
nu. 20. ubi etiam dicit, quod in
tali casu solius Parochi auctori-
tate ex tacita Episcopi commif-
sione possunt omitti denuncia-
tiones, si Ordinarii copia habe-
ri non potest, dummodo matri-
monium celebretur coram Pa-
rocho, & testibus iuxta formam
Concilij, & ita etiam tenet Sax-
ch. de Matrim. lib. 3. disp. 17. Zam-
bran. de Sacram. matrim. cap. 7.
dub. 3. num. 1. & 2. Marchin. de
Pest. par. 6. sep. 4. num. 5. & alij
apud Dian. par. 5. tr. 3. ref. 98.

3 Quare si in ijs casibus Episco-
pus dispensationem neget, pec-
caret mortaliter, quia tunc val-
de expedit bono publico, ac sub-
ditis talis dispensatio, nisi forte
ex causa iusta maioris boni de-
negetur *Sanct. de matrim. lib. 3.*
disp. 10. num. 6. Gutier. cod. tract.
cap. 57. num. 4. Barbof. de offic. &
pot. Episc. par. 2. all. 32. n. 31. Vulp.
in Prax. iudic. cap. 15. num. 27. se-
cus esset, si nullum publicum, aut
priuatim notabile damnum se-
quatur: ut quando senex cum
puella, vel duo senes contrahere
volunt, & nullus est timor im-
pedimenti; quamvis enim in
his, & similibus casibus Episco-
pus possit dispensare, ad id ra-

men non tenetur sub pena pec-
cati mortalis *Sanct. d. lib. 3. disp.*
9. num. 3. & seq. & disp. 10. nu. 6.
Gutier. d. cap. 57. nu. 4.

4 Obserua tamen, quod si Pa-
ter nulla adhibita violentia, sed
precibus, ac suasionibus a ma-
trimonio auerteret filium ob
notabilem disparitatem, vel a-
liam rationabilem causam, non
diceretur malitiosè impedire;
malitia enim dolum, & calum-
niam importat, ut *d. gloss. in c. fin.*
S. sane ver. malitiosè de Despons.
Impub. in tali verò casu, nec do-
lus, nec calumnia interuenit sed
potius pater iure suo utitur be-
nè consulens filio; & idè in ta-
li casu Episcopus sine causa di-
spensaret Menoch. cons. 69. n. 29.
& seq. vol. 1. Cephal. cons. 421. à n.
62. vol. 3. Riminal. cons. 691. n. 31.
lib. 6. Gutier. Canon. qq. lib. 10. 20.
num. 9. & seq. Vulp. in Prax. iud.
cap. 15. num. 20. & seq. secus esset,
si Parentes minis, dolo, vi, ca-
lumnijs, aut alijs iniuste matri-
monium impedirent, quia tunc
esset iusta causa dispensandi Sã-
ch. de matrim. lib. 3. disp. 9. nu. 10.
& alij.

Cautus autem debet esse Or-
dinarius in dispensando ab hu-
iusmodi denunciationibus, ut
prius informationes recipiat, an
aliqua impedimenta subsint in-
ter contrahentes, nè se exponat
periculo impeditos coniungen-
di, ut post *Paludan. obseruat Sã-*
ch. d. lib. 3. disp. 9. nu. 20. & in hoc
satis esse informationem extra-
iudicalem tenent DD. quos re-
fert, & seq. Barbof. d. all. 32. n. 27.

6 An verò Vicarius Episcopi ex generali commissione possit in huiusmodi denunciationibus dispensare? affirmatiuè respondet Coninch. de Sacram. disp. 27. dub. 6. nu. 55. Cened. in Collect. ad I. 5 canon. par. 2. collect. 81. nu. 5. Azed. de Præcell. Episc. Dignit. par. 2. cap. 7. num. 32. & communè dicit Paris. de Resign. Benef. lib. 3. cap. 11. num. 19. & seq. vbi etiam

7 notat, quod vbiunque in Concilio Tridentino aliquid committitur ordinariis, intelligitur etiam de Vicarijs generalibus Episcoporum; vbi enim voluit Sancta Synodus Vicarium excludere, id expressit, vt in absolutione ab hæresi sess. 24. de res. cap. 6. & hanc esse receptiorem sententiam dicit Barbof. d. p. 2. all. 32. n. 28. & seq. Sbroz. de Vic. Episc. lib. 2. q. 201. num. 1. & seq. & alij apud Dian. p. 3. tr. 4. res. 233. quibus adde Gutier. de matrim. c. 56. num. 13. vbi dicit, quod tam Episcopus, quam Vicarius potest huiusmodi facultatem dispensandi in denunciationibus Parocho, seu alteri clerico delegare.

9 An verò matrimonium non præmissis denunciationibus contractum validum sit? Resp. affirmatiuè, nisi aliud obstat, vt declarauit Sac. Congreg. Concilij apud Farinao. dec. 18. par. 4. Diuers. & diximus supra lib. 6. c. 4. num. 8.

S V M M A R I V M.

- 1 An Episcopus possit dispensare in impedimentis, matrimonium non dirimentibus,
- 2 Quando Episcopus possit dispensare in voto simplici castitatis.
- 3 Quando Episcopus in impedimento matrimonium dirimente dispensare possit.
- 4 An Episcopus dispensare possit cum minoribus non habentibus ætatem requisitam.
- 5 Quid si matritia ætatem suppleat.
- 6 Et quid si ad ætatem legitimam deficerent duo, vel tres dies. Quæ dicatur ætas legitima in mare, & in femina ad contrahendum matrimonium, ibidem.
- 7 Quando possit Episcopus dispensare in impedimentis dirimentibus post contractum matrimonium.
- 8 An Commissarius Cruciatæ possit in dictis impedimentis dispensare, ibidem.
- 9 Qui habent priuilegium dispensandi in casibus Episcopalis etiam matrimonialibus, non possunt dispensare in casibus, qui non iure ordinario, sed ratione urgentis necessitatis competunt Episcopo, ibidem.
- 10 An Episcopus in dictis casibus dispensare possit quoad forum externum.
- 11 An Episcopus huiusmodi facultatem possit alteri delegare.
- 12 An Episcopus Coniugi ad fidem conuerso concedere possit licentiam transeundi ad secundas nuptias viuente altero coniuge infideli.



CAP. VIII.

An, & quando possit Episcopus
in impedimentis matrimo-
nii dispensare.

Dico 1. quod in impedi-
mentis non dirimenti-
bus ex iusta causa Epi-
scopus potest dispensa-
re etiam in vtroque foro. nam
consuetudine receptum est. vt di-
spensatio huiusmodi impedimē-
torum non obtineatur à Papa,
excepto castitatis, ac Religionis
voto absoluto. ac perfecto. *Nav.
in M. in. cap. 2. num. 85. Bonacin.
de matrim. q. 3. vñd. 15. numer. 3.
Vgolín. de offic. & pot. Episcop. c. 60
§. 3. vbi de communi Barb. eod. tr.
part. 2. alleg. 35. nu. 2. & alij apud
Sanch. de matrim. tom. 2. lib. 7. di-
sp. 17. n. 15.*

2 Notandum tamen est, quod in
casu urgentis necessitatis, quando
scilicet magnum vrget inconti-
nentiæ periculum, nec cōsuli po-
test Pontifex ratione paupertatis,
aut quia graue est periculum
in mora, Episcopus etiam in voto
simplici castitatis dispensare po-
test. *vt d. Sylu. in Summ. in ver. Di-
spensatio num. 15. & in ver. vobum
4. num. 5. Nav. in man. cap. 12. nu.
76. & alij: quia non est verisimi-
le, Papam sibi hanc dispensatio-
nem in tali casu reseruasse, & i-
dedò presumitur Episcopo conces-
sa tacita facultas dispensandi. Fe-
lin. in cap. 1. num. 49. de Constitut.
Lambertín. de Iurepatr. par. 1. libr.
2. art. 19. quæst. 7. princ. nu. 2. San-*

*ch. de matrim. lib. 2. disp. 40. num. 3.
Gatier. eod. tract. cap. 49. numer. 7.
Bonacin. eod. tract. quæst. 3. pun. 15.
num. 3. Barbos. d. par. 2. alleg. 33. n.
23. & 26. Vnde potest Episcopus
etiam contra ius commune sta-
tuere, si id faciat ex euidenti, &
necessaria causa, quæ superiorem
ad id concedendum moueret. Fe-
lin. loco cit. Vgolín. de offic. & pote-
stat. Episcop. c. 60. §. 1. Ricc. in Praxi
for. Eccles. part. 1. ref. 239.*

Dico 2. posse similiter Episco-
pum dispensare in impedimento
occulto matrimonium dirimen-
te, si eo tempore, quo celebran-
da sunt nuptiæ, mulier aliquod
impedimentum dirimens in con-
fessione aperuit; cuius manifesta-
tio esset illi causa grauis infamiae,
dummodò tentatis omnibus me-
dijs nullum adest remedium eua-
dendi infamiam, vel suspicionem
grauis delicti in confessione ma-
nifestati, *vt dicunt DD. apud Bo-
nacin. d. q. 3. punct. 15. num. 6. Bar-
bos. loco cit. part. 2. allegat. 35. nu. 5.
Dian. part. 2. tract. 16. ref. 17. & p. 8
tractat. 3. resolut. 80. & ideo posset
Confessarius, cui detegitur huius-
modi impedimentum, tali fami-
næ consulere, vt voueat castitatē
ad mensem deinde dicat Consā-
guineis, se voto castitatis esse ob-
strictam, sibiq. à Confessario mā-
datum fuisse, vt absteineat à matri-
monio, donec obtineatur dispen-
satio à Sede Apostolica; caueat
autem, ne dicat vota esse ad tem-
pus, ne audientes asserant, suffi-
cere dispensationem Episcopi, sic-
que remedium eludatur, ita Sā-
chez de matrimo: lib. 2. disput. 40.
num.*

nu. 7. Bonacin. loco cit. Gutier. eod. tractat. cap. 49. num. 1. vers. laudo tamen Barbof. ut supra numer. 6: quamquam hoc remedium mihi nunquam placuit: nam vehementes adhuc suspicio oriretur non sine graui damno fama mulieris: omnes enim dicerent, ob quid rem tantam diu reticuit? et aduertit Alzed. de Præcell. Episcop. Dignit. part. 2. cap. 7. num. 12: Vnde subdit Sanchez. loco cit. quod si neque hoc, neque alia media prudentis viri arbitrio attentis circumstantiis occurrentibus sufficiant, posset Episcopus dispensare.

4 Ità etiam in casu grauissimæ necessitatis, puta pro bono pacis, vel simili potest Episcopus dispensare cum minoribus non habentibus ætatem requisitam ad matrimonium, quæ in masculo est quatuordecim annorum, & duodecim in femina, ut probatur ex c. 2. de Desponsat. Impub. vbi prohibetur, ne aliqui, quorum vterque vel alter ad ætatem legibus, vel Canonibus determinatam non peruenerit, coniungantur: nisi forte aliqua vrgentissima necessitate interueniente talis coniunctio toleretur; tunc enim procedit regula, quod quoties in aliquo textu permittitur dispensatio, & illam sibi Summus Pontifex non referuat, intelligitur concessa Episcopo Sylu. in verb. Dispensatio nu. 15. Bonacin. de matrim. quæst. 1. punct. 4. in fin. & communem dicit Sanchez, de matrim. lib. 7. disp. 104. num. 12. Barbof. de offic. & pot. Episc. par. 2. alleg. 33 n. 17. & alleg. 35. n. 20.

5 Obserua tamè, quod si potentia generandi acceleretur in masculo ante 14. annum, & masculus habeat sufficientem discretionem, & prudentiam, validè potest contrahere matrimonium, quia tunc malitia ætatè supplet cap. de illis & cap. ult. de Despons. Impub. cap. vn. §. 1. vbi glos. in ver. supplebat eod. tit. in 6. & dicit Sanchez. d. lib. 7. disp. 104. num. 5. quem refert Bonacin. loco cit. d. pen. 4. num. 2. & 10. vbi etiam notat, quod id colligi potest etiam ex habitu corporis & copula alias habita. Ad Episcopum verò spectat cognoscere, an malitia ætatem suppleat, ut d. Barbof. in cap. 2. num. 5. de Despons. Impub. & de offic. & pot. Episc. par. 2. all. 35. num. 20.

6 Obserua 2. quod matrimonium contractum vltima die anni decimi quarti in mare, & duodecimi in femina validum est fauore matrimonij, sicut dicimus in testamento h. qua ætate ff. de Testam. Abb. in cap. attestaciones n. 7. de Desponsat. Impub. Sylu. in ver. matrimonium §. num. 5. sufficit enim in tali casu, quod ætas sit completa moraliter, non autem metaphisicè; & ideo si duo, vel tres dies deficerent, adhuc valeret matrimonium, ut dicunt DD. quos refert, & sequitur Bonacin. loco cit. d. q. 1. pun. 4. nu. 11. quibus adde alios apud Dian. par. 3. tr. 4. ref. 277. immò validum esse matrimonium, etiam si decem dies defint, censet Martin. Ledesm. in 2. par. lib. 4. sent. q. 60. ar. 1. col. penul. ver. hastabis, quem

refert Dian. & Bonacin. locis cit.

7 Dico 3 posse etiam Episcopum dispensare in impedimentis dirimentibus post contractum matrimonium concurrentibus infrascriptis conditionibus, videlicet quod impedimentum sit occultum, & matrimonium sit publicum.

Secundò quod Coniuges non possint separari absque scandalo.

Tertiò quod ad summum Pontificem non pateat aditus, seu recursus propter paupertatem, vel locorum distantiam, vel ob incontinentiæ periculum, vel quia infecta sunt itinera latrocinij, vel ob alia legitima impedimenta cap. quia circa de Consang. & affin. Sylu. in ver. Dispensatio num. 15. Nau. in Man. cap. 22. nu. 85. verf. Tertio dicendum Leo in Thesfor. eccles. par. 2. cap. 3. nu. 47. Coninch. de Sacram. & Censur. disp. 33. dub. 3. num. 32 Sanch. de matrimon. lib. 2. disp. 40. num. 3. & seq. Bonacin. cod. tr. q. 3. pun. 15. n. 4 Gutier. de matrim. cap. 49. num. 6. 7. & seq. Vgolin. de offic. & potest. Episc. cap. 60. §. 1. Alzed. par. 2. c. 7. de matrimon. dispens. num. 9. Barbof. d. par. 2. all. 35. num. 3. & seq. Visuald. in Candelab. aur. de matrim. nu. 248. par. 1. Ricc. in Praxfor. eccles. par. 1. ref. 239. Dian. par. 2. tract. 16. ref. 17. & par. 8. tr. 3. ref. 96. vbi etiam dicit, quod potest Episcopus ex dictis causis tam cum paupere, quam cum diuite dispensare.

An verò Episcopo dispensare liceat, si pateat aditus ad Nūtiū,

vel Commissarium cruciatæ, aut alium, qui huiusmodi facultatem habeat? affirmatiuè respondet Henriq. lib. 6. de Pœnitent. cap. 10. num. 1. in Commen. litt. D. & lib. 12. de matrimon. cap. 3. numer. 1. in Commen. litt. H. Vbi dicit, quod eum ius soli Pontifici referuet dispensatione, & is consuli nequeat, potest tunc Episcopus tamquam pastor ordinarius dispensare, cuius sententiam probabilem dicit Barbof. de offic. & potest. Episcop. part. 2. allegat. 35. nu. 10. sed contraria sententia verior est, quia Episcopus solū potest in hoc casu dispensare ratione necessitatis: hæc autem cessat, quando recurri potest ad alium, qui facultatem habet, ita tenet Nau. in man. cap. 22. num. 85. Sanch. d. lib. 2. disput. 40. num. 8. Barbof. loc. cit. Gutier. d. cap. 49. num. 12. Alzed. part. 2. c. 7. n. 18. Dian. p. 8. tr. 3. ref. 79. & alij.

Obserua tamen, quod Commissarius Cruciatæ non habet facultatem dispensandi, nisi de detecta prioris matrimonij nullitate alteri coniugi: quare si ea nõ detecta expediret celebrari matrimonium in virgente necessitate, tunc posset recurri ad Episcopum pro dispensatione, vt d. Sanch. & Gutier. locis citat.

Obserua 3 eos, qui habent priuilegium dispensandi in casibus Episcopalibus etiam matrimonialibus, non posse dispensare in casibus, qui non iure ordinario, sed ratione virgentis necessitatis competunt Episcopo: quia hi nõ dicuntur casus Episcopales, sed verè

verè ad Pontificem pertinent, & ex quadam iuris interpretatione Episcopo censentur permitti *Henriq. lib. 6. de Pœnit. cap. 14. numer. 7. Sanch. de matrim. d. lib. 2. disp. 40. num. 9. Gutier. ubi supra num. 12. Barbos. d. p. 2. alleg. 35. numer. 12. Alzed. part. 2. d. capit. 7. n. 38.*

Quartò requiritur, quod matrimonium sit consummatum *Leo in Thes. for. Eccles. part. 2. cap. 8. n. 43. Garc. de Benef. p. 2. c. 5. nu. 356.*

Quintò, quod matrimonium contractum fuerit bona fide, idè *Leo loco cit. Gutier. de matrim. d. cap. 49. num. 9. Bonacin. d. quaest. 3. punct. 15. num. 4. ubi de communi Coninch. de Sacramen. disp. 33. dub. 3. n. 32. Barbos. part. 2. all. 35. num. 4. Alzed. de Præcell. Episc. Dignit. part. 2. d. cap. 7. num. 10. & alij apud Sanch. de matrim. libr. 2. disput. 40. num. 4. contra Henriq. lib. 12. de matrim. cap. 3. num. 2. in Commen. lit. K. & lit. O. qui putat, non requiri bonam fidem, cuius sententia refellitur ex Tridentino *sess. 24. de ref. matrim. cap. 5. ibi, si quis intra gradus prohibitos scienter matrimonium contrahere presumpserit, separetur, & spe dispensationis consequenda careat, idque in eo multo magis locum habeat, qui non tantum matrimonium contrahere sed etiam consummare ausus fuerit. Quare tales etiam cum iactura famæ separandi sunt, ut d. Coninch. d. disput. 33. dub. 3. num. 33. quia scientes impedimentum dirimens se in ea incommoda coniecerunt.**

Hinc potest etiam Episcopus cum illis dispensare, qui virtute

dispensationis subreptiæ à Summo Pontifice impetratæ bona fide cõtraxerint, si timeatur, quod si iterum dispensatio Pontificia impetretur, graue scâdalum oriri posset *cap. quia circa de Consang. & affin. Couar. de matr. 2. p. c. 6. §. 10. n. 15. Sâch. lib. 2. de matr. disp. 38. num. 12. Alzed. de Præcell. Dignit. Episcop. par. 2. cap. 7. num. 14. Barbos. part. 2. alleg. 35. nu. 9. vers. sextus casus.*

Sufficit autem bona fides vnus coniugis, quamuis alter mala fide contraxerit, *Sanch. d. lib. 2. disput. 40. Alzed. part. 2. d. cap. 7. Gutier. d. cap. 49. Dian. part. 8. tractat. 3. ref. 79. Barbos. part. 2. d. alleg. 35. nu. 4. contra Ludou. Lopez Instructor. Cõscien. tom. 2. par. 2. cap. 59. quem refert, & sequitur Garc. de Benef. part. 11. cap. 5. num. 357. qui tenet, requiri bonam fidem ex parte vtriusque ita vt ambo contrahentes probabiliter impedimentum ignorauerint.*

Huiusmodi tamen bona fides non excluditur per scientiam speculatiuam, qua Coniux nouit, se accessisse ad consanguineam eius, cum qua cõtrahere vult matrimonium, nisi coniungatur scientiæ practicæ, qua sciat, inde oriri impedimentum ad matrimoniâ contrahendum, ut d. *Sanch. d. lib. 2. disput. 40. numer. 4. vers. rogabis autem Gutier. loco cit. num. 9. ubi etiam notat, quod in hoc excusat lata culpa, & ignorantia crassa, dummodò nõ sit coniuncta cum ingenti temeritate, & ita etiam tenet Perez. de matrim. disput. 44. sect. 6. num. 9. quem refert Dian. par.*

part.8.tractat.3. resolution.79.

Sextò requiritur, quod seruata fuerint in contrahendo matrimonio solemnitates à Concilio requisita, quia si propria auctoritate negligantur, non posset Episcopus dispensare, quamuis ignoranter matrimonium contractū sit, vt constat ex Concil. Trident. dicto cap.5. ibi, quod si ignoranter id fecerit, siquidem solemnitates requisitas in contrahendo matrimonio neglexerit, eisdem subijciatur poenis: nō enim dignus est qui ecclesie benignitatem facile experiatur, cuius salubria praecepta temerè contempserit, ita Leo in Thes. for. Eccles. part.2. cap.8. num: 43. Garc. de Benef. part.11. cap.5. num.357: secus si ignoranter contractum sit matrimonium, & ex ordinarii licentia solemnitates illae denunciationum omisae sint: quia tunc neque negliguntur, nec temerè contemuntur; & ideo posset Episcopus dispensare Sanch. de matrim. d. lib.2. disput.40. n. 4. vers. Vnde idem Gutier. eod. tr. cap:49. num.9. Alzed. d. par:2. cap.7. num:10: Dian. part.8. tractat:3. ref.79.

3 Obserua tamen, quod potestas Episcopi, qua dispensare potest in impedimentis dirimentibus occultis, est pro solo conscientiae foro, vt d. Henric. lib.12 de matrim. cap.3. numer:2: Sanch. eod. tractat. lib.2. disput.40. numer:10: Gutier. d. cap.49. num:13. Bonacin. de matr. d. quæst.3. punct.15 num.4: Barbof. allegat:35: num:4. & 11.

9 Potest autem Episcopus hanc

facultatem dispensandi, in huiusmodi impedimentis delegare nō solum Vicario, sed etiā Parocho, vel aliis iuxta tex. in cap. fin. de offic. Ordin: quia id ad Ordinariā Episcopi iurisdictionem spectat, vt d. Sanch. d. disput:40. numer.14. Nau. in man. cap.27. num.45. Gutier. de matrim. d. cap:49: num.16. Alzed. de Præcell. Episcop: Dignit. part.2. cap:7. n.36. Barbof. d. alk:35. nu.14:

10 Quæres, an Episcopus Coniugū ad fidem Catholicam conuerso concedere possit licentiam ad secundas nuptias transeundi viuentē altero Coniuge infideli? Respondeo affirmatiuè, si post conuenientem admonitionem alter Coniux ad fidem se conuertere noluerit cap: Iudei 28. q. 1. Sanch. de matrim. tom.2. lib.7. disp.74. num.9. quem refert Dian. par.3. tractat.4. resol.252. & alij apud Layman. lib.5. tractat.10. cap:3. n.4. Bonacin. de matrim. quæst.3. punct.7. num:6 vbi dicit, hanc esse probabiliorē sententiam, quia hodie prohibita est cohabitatio fidelis coniugis cū infideli propter periculum peruersionis, vt in d. cap: Iudei & cap: sepe 28. q. 1. quamuis in primitiua Ecclesia ad fidē propagandam id permissum fuerit ab Apostolo ad Corinth. 7. quicquid in contrariū dicat Nau. in man. cap.22. numer.49 & alij, immò si infidelis adeò distat, vt commodè requiri nequeat, non esset opus monitione, vt dicunt DD. apud Dian. loco cit: resol. 264. idemque dicendum, vbi moraliter certa est alterius coniugis ob-

ri-

stinatio, ut d. Risc. in Prax. for.
eccles. par. 1. ref. 241.

S^V M. M. A. R. I. V. M.

1. Matrimonium inualidum ob occultum aliquod impedimentum non est iterum celebrandum coram Parocho, & testibus, sed id fieri potest secreto inter ipsos coniuges, per eorum mutuū consensum.
2. An in tali casu sufficeret copula affectu maritali sequuta post eam cognitionem.
3. An ad reuocandum matrimonium si cōtrahitū necesse sit, ut iterum coram Parocho, & testibus celebretur.
4. Occultum qualiter intelligatur.
5. An Parentes, consanguinei, & affines in causa matrimoniali plenē probent.
6. An ad probandum matrimonium admittantur testes inhabiles.
7. Ad impediendum matrimonium unicus testis sufficit.
8. An si matrimonium celebratum fuerit coram Parocho, vel testibus consensu illius impedimenti, sit iterum celebrandum coram Parocho, & testibus.
9. Quid si impedimentum dirimens esset publicum.
10. Omnis forma, & solemnitas, que debet intervenire in actu ut valeat, intervenire etiam debet in ratificatione.

CAP. IX.

An matrimonium inualidum ob occultum aliquod impedimentum iterum celebrandum sit coram Parocho, & testibus obtemperata dispensatione.



Firmant DD. quos refert, & sequitur Gutier. de matrim. cap. 47. nu. 6. & seq. & cap. 76. num. 32.

sed verior videtur sententia aliorum asserentium, id fieri posse secreto inter ipsos coniuges per eorum mutuū consensum ita, ut coniux, qui ignorabat, intelligat in genere impedimentum dirimens subesse, ita Nax. in man. cap. 12. nu. 47. & 70. ubi testatur, ita declarasse Pium V. & cons. 14. in fin. de sponsal. Possévin. de offic. Curat. cap. 10. nu. 25: etiā si prius matrimonium mala fide fuerit celebratum, ut d. Bonacin. de matrim. q. 2. pun. 9. num. 10. ubi etiam refert, ita Sacram Congreg. resoluisse. & alij apud Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 2. all. 32. num. 157. quia ratio finalis Concilij Tridentini requirentis presentiam Parochi, & testium ea fuit, ut tolleretur graue peccatum, & periculum contrahendi nouum matrimonium dissoluto primo: quibus incommodis satis occurritur, quando matrimonium semel fuit celebratum, quāuis inualidē, coram Parocho, & testibus; Vnde in tali casu sufficeret

ceret copula affectu maritali sequuta post eam cognitionem, ut d. Basil. Pont. apud Barbof. d. alk. 22. nu. 157: quia talis copula est signum consensus cap. veniens de sponsal.

3 Hinc inferitur, quod ad reuandandum matrimonium fictè contractu non est necesse, ut iterum coram Parocho, & testibus celebretur: sed satis est, si fictè, vel metu consentiens postea verè assensum præsterit quocunque temporis spatio interiecto, cum consensus alterius Coniugis, qui verè consensit, actu, & formaliter semper maneat, quia semper estimat, valere matrimonium. Dian. par. 3. tr. 4. ref. 292. ubi citat Gutier. de matrim. cap. 46. nu. 14. Sanch. tom. 1. lib. 2. disp. 22. nu. 12. & 13. quamuis contrariam tenent Nau. d. cap. 22. nu. 47.

4 Occultum autem hic accipitur, ut distinguitur contra plenè probabile; dicitur verò plenè probabile in foro externo impedimentum ad dissoluendum matrimonium publicè contractum, quando duobus testibus non tantum idoneis, sed omni exceptione maioribus probari potest cap. 1. de consanguin. & affin. Mascard. de Probat. conclus. 1022. n. 4. & seq. ubi dicit, hanc esse magis communem Sanch. de matrim. lib. 2. disp. 37. nu. 11. Quare si ex sola relatione Coniugis tres, vel quatuor scirent impedimentum, adhuc diceretur occultum, dummodò non adsit publica fama; quia testes illi non faciunt plenam fidem ad dissoluendum ma-

trimonium; deponerent enim solummodò de Coniugis confessione, quæ ad hoc sufficiens non est cap. in litteris de Testib.

5 Sed quæres, an Parentes, consanguinei, & affines in causa matrimoniali plenè probent? Resp. affirmatiuè, siue agatur de valore matrimonij, siue de eo dissoluendo; cum ipsi melius sciant, cap. videtur Qui matr. accus. poss. d. cap. in litteris de Testib. iatè Gutier. de matrim. cap. 44. nu. 82. & seq. & decisum refert. Ricc. in Collect. decis. 423. par. 2. & in Prax. for. eccles. par. 1. ref. 233. nisi esset disparitas inter coniuges: tunc enim Parentes non admittuntur cap. super eo 2. de Testib. Franc. Marc. decis. 750. par. 2. quæ refert Ricc. in Collect. dec. 564. p. 3. & ideo hoc relinquitur arbitrio Iudicis, qui cautè perpendere debet, quanta sit his testibus fides adhibenda ex causæ pendens qualitate, personarum conditione pari, vel dissimili, & alijs circumstantijs d. cap. super eo, & ibi Hostiens. num. 3. in fin. Conar. de matrim. 2. par. cap. 8. §. 12. num. 8. vers. nam in hac.

6 Addit Ricc. in Collect. dec. 564. par. 3. quod ad probandum matrimonium admittuntur mulieres, & alij testes inhabiles.

7 Ad illud verò impediendum, sufficit vnicus testis, ut in d. cap. super eo 2. de Testib. & ideo si quis secretò sciat aliquod impedimentum, tenetur illud denunciare, etiam si probare non possit: nisi id sciat sub sigillo confessionis sacramentalis: tunc enim

aim non teneretur denunciare
Sanch. de matrim. lib. 3. disp. 13. n. 2. quem refert, & sequitur Vulp. in Prax. iudic. cap. 15. num. 22.

- 8 Secus esset, si matrimonium celebratum fuerit coram Parocho, & testibus consocijs illius impeditenti; quia tunc celebrandum iterum esset coram Parocho & testibus, quamuis alter solus ex duobus testibus requisitis, vel solus Parochus impedimentum sciret, extra tamen sacramentum confessionis: in eo enim casu iudicium desunt necessaria ad valorem matrimonij, cum vel Parochus, vel alter testis requisitus non sit testis valoris matrimonij, sed eius nullitatis, ut dicit idem *Sanch. d. lib. 2. disp. 37. num. 10. & seq. Bonacin. de matrim. q. 3. pun. 15. in fin.*
- 9 Idem dicendum, quando impedimentum dirimens esset publicum, quia in hoc etiam casu requiretur presentia Parochi, & testium: ut pluries resoluit *Rota Romana teste Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 2. all. 32. nu. 157.* cum enim ratificatio actus inuvalidi nihil aliud sit, quam novus actus *l. affe. toto de Hæred. instit. l. obuenire solet ff. de verb. signif. propterea omnis forma, & solemnitas, quæ debet intervenire in actu, ut valeat, intervenire etiam debet in ratificatione* *Rota in Romana donationis 13. Junij 1586 coram Card. Seraphin: & coram Greg. XV. dec. 395. n. 9. & seq.* Unde minoris, & mulieris ratificatio requirit easdem solemnitates, quæ sunt necessariæ in celebrando contractu de nouo

Beltramin. ad Greg. loco cit. nu. 17. & alij communiter.

S V M M A R I V M.

- 1 Proprius Parochus intelligitur etiam ille, in cuius Parochia quis habitat maiore anni parte, etiam si non habeat animu perpetuo manendi.
- 2 An ad hunc effectum opus sit expectare, ut maiore anni parte quis in Parochia commoretur.
- 3 Quid sit data opera quis incipiat alibi habitare, ut effugiat proprium Parochum.
- 4 Parochus, cui commissum est suum Parochianum matrimonio coniungere, potest etiam alienum cum suo coniungere.
- 5 An validum sit matrimonium, cui assistit Parochus viri vel mulieris in aliena Parochia, vel Diocesi.
- 6 Matrimonio vagorum assistere potest quilibet Parochus, in cuius Parochia commorantur.
- 7 Vagus quis dicatur.
- 8 An validum sit matrimonium vagorum celebratum coram Parocho & testibus absque tamen licentia ordinarij.
- 9 Qui habet duo domicilia, coram alterutro Parocho matrimoniu validè contrahit: limitatur numero 10.
- 11 An validum sit matrimonium celebratum coram Parocho, vel Vicario Episcopi, qui nondum est sacerdos.
- 12 An Parochus possit licentiam matrimonio assistendi concedere alteri, qui non sit Sacerdos

13. *Huiusmodi licentia actum pre-
cedere debet.*
14. *An Vicecuratus amouibilis pos-
sit alteri talem licentiam con-
cedere.*
15. *An validum sit matrimonium
celebratum coram Parocho pu-
tatio.*
16. *An validum sit matrimonium,
cui assistit Parochus excommu-
nicatus vitandus.*
17. *An talis Parochus possit alteri
similiter excommunicato licen-
tiam concedere assistendi ma-
trimonio.*
18. *An valeat institutio Vicarij fa-
cta ab Episcopo excommunica-
to non tolerato.*

CAP. X.

Quis censetur proprius Paro-
chus, ut validè matrimo-
nium contrahatur.

Tatuit Sacra Tridē-
tina Synodus, ut
matrimonium co-
ram duobus, vel
tribus testibus, ac
proprio Parocho, vel alio Sacer-
dote de licentia Parochi, vel or-
dinarij celebretur, *ut in sess. 24:
de ref. matr. cap. 1.* alias est ipso
iure nullum ita, ut sola declara-
toria opus sit, *ut censuit Sac.
Congregatio, ac Rota Romana in
Toletana matrimonij 10 Decem-
bris 1625. corā Merlino Impress.
apud Barbof. de offic. & pot. Episc.
par. 2. all. 32. post num. 77.* neque
in hoc excusat ignorantia etiam

inuincibilis, aut vrgens necessi-
tas, quia matrimonium contra-
ctum sine forma substantiali est
inualidum in omni casu, *ut d.
Bonacin. de matrim. q. 2. pun. 8. n.
11 & alij communiter.*

Observant autem Doctores,
quod proprius Parochus ille etiā
dicitur, in cuius Parochia alter
ex contrahentibus habitat, seu
commoratur maiore anni parte,
siue sit vir, siue mulier *iuxta cap.
fin. de Paroch. ibi, cum ad inha-
bitandum in ea se quamplurimū
contulissent, & cap. in nostra de
Sepult. ibi soluta quarta parochia-
li Ecclesia, de cuius Parochia
mortuorum corpora assumuntur,
ita Nau. conf. 3. num. 1. de Clan-
dest. Despons. & in Man. cap. 25.
num. 144. Piafec. in Prax. par. 2.
cap. 4. num. 3. Vulp. in Prax. iudi-
cap. 15. nu. 16. Ricc. in Prax. for-
eccles. par. 1. ref. 225. & par. 4. ref.
292. & censuit etiam Sac. Cong-
reg. Bonacin. ubi supra nu. 1. &
ideò necessè non est, ut habeat
animum ibi perpetuò manendi,
dummodò habitatio brevis tem-
poris non sit, *ut d. Barbof. d. p.
2. all. 32. nu. 57. & seq. Ricc. d. p. 4.
ref. 292.* quia sicut eo casu con-
trahitur domicilium parochiale
ad suscipiendā sacramenta, ex-
cepto ordine, & tonsura: ita
etiam coram Parocho illius loci
matrimonium potest celebrari
*Bonacin. de matrim. q. 2. pun. 8. n.
2.* ex quo infert Ricc. d. ref. 292.
quod Parochia acquiritur ratio-
ne habitationis per scholares,
famulos, & mercenarios non ad
breuē tempus locantes operas
suas*

suas in domo heri, ac per eos, qui ex causa pestis, aut belli aliò confugiunt; neque opus est expectare, vt maiori anni parte quis in Parochia cõmoretur, sed statim, ac incipit habitare cum animo manendi maiore anni parte, seu cum intentione agendi aliquod negocium, quod maiorem anni partem expostulat, efficitur Parochianus, etiam si habeat animũ redeundi expedito negotio. *Sanch. lib. 3. disput. 23. num. 14. Vulp. in Prax. cap. 15. num. 16. quos refert, & sequitur Barbof. loco cit. n. 64.* quemadmodum domicilium acquiritur statim ac quis incipit habitare cum animo perpetuò manendi. *Idem glos. ff. ad municip. Ricc. d. par. 4. resol. 292.* quod procedit, etiam si data opera quis incipiat alibi habitare, vt effugiat proprium Parochum: quia in hoc vitatur iure suo. *Rot. in d. Toletana matrimon. coram Merlino Bonac. d. q. 2. punct. 8. n. 7. & alijs.*

4. Quare validum esset matrimonium, cui assistit Parochus habitationis femine, quando contrahitur in Parochia habitationis vxoris: & e contra sufficeret Parochus viri, quando contrahitur in Parochia habitationis viri: quia cum Parochus committatur suum Parochianum matrimonio coniungere, censetur etiam commissum, alienum cum suo coniungere. *Naud. conf. 3. de Clandest. despons. & in man. cap. 25. nu. 144. & ita etiam declarauit Sac. Congregatio, ac Rota Romana teste Barbof. de offic. & potest. Episcop.*

part. 2. allegat. 32. numer. 165: quod etiam ex eo probatur, quia Concilium Tridentinum solum statuit, matrimonium esse contrahendum coram Parocho, & non magis expressit Parochum viri, quam femina, vt obseruat Bonac: *de matrim. d. quest. 2. punct. 8. nu. 30.* Vnde vtriusvis Contrahentis Parochum nuptias benedicere, posse resoluit DD. apud Barbof. *ubi supra n. 185:*

5. Obseruant 2. quod ad validitatem matrimonii sufficit presentia Parochi viri, vel mulieris, etiam si in aliena Parochia; vel Diocesi contrahatur sine licentia Parochi illius loci: quia huiusmodi assistentia non pertinet ad iurisdictionem contentiosam, sed voluntariam, & ideo potest exerceri extra Parochiam. *arg. l. 2. ff. de offic. Procons. Dian. part. 3. tractat. 4. resol. 232. Bonacin. de matrim. quest. 2. punct. 8. num. 16. Barbof. d. part. 2. allegat. 32. num. 95. & 114. Ricc. in Prax. for. Eccles. par. 3. resol. 424. & censuit etiam Sac. Congregatio teste Nau: conf. 4. nu. 1. de Clandest. Despons. Piassec. in Prax. Episc. op. par. 2. cap. 4. num. 32: idem dicendum, si matrimonium celebretur coram Sacerdote de licentia Parochi viri in Parochia mulieris, etiam si in diuersis Diocesisibus ipse Parochia constituta sint, vt censuit etiam Sac. Congreg. apud Farinac. decis. 131. part. 4. Diuersi.*

6. Obseruant 3. matrimonio vtorum assistere posse quemlibet Parochum, in cuius Parochia cõmoranatur, etiam si non habeat a-

nimum ibi perpetuò manendi, obrenta tamen prius licentia ab ordinario loci *iuxta formam Concilij Tridentini sess. 24. de ref. matrim. cap. 7. Bonacin. d. quest. 2. punct. 8. nu. 9. & censuit Sac. Congregat. teste Barbof. d. part. 2. alleg. 32. num. 72. & seq.* Vbi etiam dicit, hoc procedere, etiamsi alter tantam alienigena, vel vagus sit, cum valeat matrimonium præsente Parocho, cuiusvis, ex contrahentibus.

7 Vagus verò dicitur, qui non habet certum domicilium, & habitationem, sed modò huc, modò illuc vagatur *Barb. in l. Prætor ait nu. 24. ff. de Dign. inf. Clar. f. fin. q. 39. vers. sed hic quæro, & idèò ubique conveniri potest tam civiliter, quam criminaliter, etiam si alibi delictum commiserit glo. in l. 1. C. ubi de crim. ag. Ricc. in Prax. for. Eccles. part. 4. resolut. 354 ubi ref. 356. & seq. dicit, dispositionem Concilij loco cit. non habere locum in Incolis, qui notè sunt in ijs locis ubi contrahunt: quia incola dicitur habere certum domicilium *l. pupillus f. incola ff. de Verb. signif. l. domicilium, ubi gloss. ad municip. l. si in Patria & l. ciues. C. de Incol. lib. 10. secus si essent ignoti: tunc enim Parochus eorum matrimonio interesse non potest absque licentia ordinarii, etiamsi habeant certum domicilium, ut d. Ricc. ubi supra d. p. 4. ref. 357.**

8 An verò valeat matrimonium vagorum celebratum à Parocho coram duobus, vel tribus testibus absque licentia ordinarii? affir-

mat Barbof. part. 2. allegat. 32. nu. 74. ubi citat *Basl. Pöbl. & Sacram. matrimon. lib. 5. cap. 14. numer. 8. Capcaul. de Admin. matrim. in ne cessitat. quest. 14. Föllinc. tract. 10. cap. 6. quest. 5. n. 2. 12. Homobon. de Bon. de Exam. Eccles. tract. 11. cap. 10. quest. 23. resolut. 1. & 2. & alios contra Ricc. in Prax. d. part. 4. resolut. 358.*

9 Observant quartò, quod si quis haberet duo domicilia ita, ut æqualiter ferè habitet in utroque loco, puta si hyeme habitet in uno loco, æstate verò in alio, coram alterutro Parocho matrimonium validè contraheret: quia uterque est proprius Parochus; sicut enim potest acquiri duplex domicilium, ita etiam duplex parochia *cap. 2. de Sepult. in 6: Rota in d. Follina na matrimonij coram Merlino & ita etiam tenent alij DD. apud Barbof. d. part. 2. allegat. 32. numer. 69.*

10 Si verò contrahentes Ruri, aliove loco recreationis causa, vel ad ruralia exercenda aliquot diebus, vel mensibus habitarent redituri deinde ad solitum domicilium, tunc matrimonium coram Parocho proprii Domicilii, non autem coram Parocho Ruris esset celebrandum *Nau. cons. 7. de Chrest. Despons. Ricc. in Prax. part. 1. ref. 225. & hanc veriorè dicit Gutier. de matrim. cap. 63. n. 20. & decisum refert Di in par. 3. tractat. 4. resolut. 231. & ita tenent alij communiter per tex. in capit. is qui de sepult. in 6.*

11 Observant quintò, validum esse matrimonium contractum coram

ram ipsomet Parocho, vel Vicario Episcopi, qui nondum est Sacerdos *Nau. cons. 19. c. 10. de Clādest. despons. Bonacin. de matrim. q. 2. pun. 8. n. 19. c. censuit Sac. Cong. apud Farinac. dec. 70. part. 4. Diuers. idemque quoad Cardinales in ecclesiis suorum titularum, ac de Abbate Ecclesiæ nulli Episcopo subiectæ, atque aliis habentibus iurisdictionem ordinariam, vel quasi Episcopalem dicunt a lli DD. apud Barbof. d. p. 2. allegat. 32. num. 120. c. seq. conuenientius tamen est, vt id committant alicui Presbytero, qui eorum loco interfit, vt d. *Nau. d. cons. 10. de Clād. despons. Piassec. in Prax. Episcop. part. 2. cap. 4. numer. 32.**

12 Alter verò, qui de licentia Parochoi assistit, debet esse Sacerdos, vt censuit Sac. Congreg. apud Farinac. dec. 70. part. 4. Diuers. Bonacin. loco cit. d. pun. 8. num. 19: quia ita præscribit Concilium d. sess. 24. de ref. matrim. cap. 1. ibi, qui aliter quam presente Parocho, vel alio Sacerdote de ipsis Parocho, vel ordinarij licentia &c.

13 Huiusmodi verò licentia actum præcedere debet ita, vt non sufficiat rati habitio post matrimonium celebratum: quia quæ de substantia sunt, in ipso actu adhiberi debent cap. auditis. c. eap. quia propter de Elect. glos. c. omnes in l. vniuersa. C. de Precib. Imper. offer. quamuis a testatio Parochoi de licentia suffragetur etiã post contractum matrimonium, vt decisum refert Barbof. d. alleg. 32. n. 136.

14 Addit Nau. cons. 13. numer. 3.

de Clādest. Despons. c. alij. quod Vicecuratus amouibilis ab ipso Parocho, seu Ordinario etiam verbaliter ad exercenda ea omnia, quæ ad curam pertinent, deputatus potest alteri Sacerdoti facultatem concedere assistendi matrimonio: quamuis enim delegatus ad vniuersam Parochiæ curam, alteri Sacerdoti totã curam delegare nequeat, aliquas tamen causas, seu certos actus potest subdelegare iuxta glos. communiter receptam in cap. cum causam verb. Delegatus ex. de Appell.

16 Observant sextò, validum etiã esse matrimonium celebratum coram Parocho putatiuo, dummodò habeat titulum coloratũ, & concurrat cõmunis error vulgi iuxta terminos l. Barbarius ff. de offic. Præt. quia tunc huiusmodi defectum supplet Ecclesia, nisi fortè adsit impedimentum iuris Diuini, aut naturalis: ecclesia enim supplet solum defectum iuris humani, vt docent DD. apud Bonacin. de matrim. d. q. 2. punct. 8. n. 27. c. 28.

16 Observant septimò, valere matrimonium, cui assistit Parocho excommunicatus etiam vitandus, vel suspensus, aut interdictus, vel irregularis, aut specialiter prohibitus ab Episcopo, nè aliquos matrimonio iugeret: quia non propterea definit esse Parocho, ita Dian. part. 5. tractat. 9. resolut. 78. c. 80. vbi cit. Hurtad. disput. 3. de matrim. diff. 8. nu. 26. Coninch. de Sacrament. disput. 27. dubit. 2. Pont. de

matrim. lib. 3. cap. 17. §. v. nu. 9. & alios, quibus adde Bonacin. d. pñ. 8. num. 24. Ricc. in Prax. senecoles. p. 3. ref. 424. qui putant, hoc etiam procedere in Vicario Parochi suspeso, vel excommunicato, & ita etiam censuit Sac. Congreg. apud Paninat. dec. 89. par. 4. Divers. idēque dicit Barbof. d. all. 32. nu. 90. & 103. si Parochus ipso iure, vel per sententiam esset beneficio priuatus, dummodo possessione spoliatus non sit.

17. Addit Bonacin. ubi supra n. 25. Parochum etiam excommunicatum vitandum posse licentiam matrimonio assistendi, concedere alteri Sacerdoti similiter excommunicato, vel suspeso, aut irregulari: tum quia sicut Parochus excommunicatus non est priuatus auctoritate assistendi, ita nec potestate dandi prædictam licentiam: tum etiam quia talis Sacerdos excommunicatus, vel irregularis, cui id Parochus committit, est adhuc Sacerdos, & ideo matrimonium coram eo celebratum est validum, ita etiam sentit S. syr. de Censur. lib. 5. cap. 22. nu. 26. quem refert Barbof. d. par. 2. all. 32. num. 111. quibus adde Hurtad. d. disp. 5. de matrim. diff. 8. nu. 27. & alios apud Dian. par. 5. tr. 9. ref. 80. ubi notat, quod Parochus huiusmodi licentiam concedens nullū actum iurisdictionis exercet, sed tantum designat personam, quæ matrimonio assistat iuxta ordinationem Concilij; & ideo facta huiusmodi designatione Sacerdos non a Parocho,

sed a Concilio accipit potestatem. Hæc tamen ratio non militat in Vicario, quem Episcopus suspensus, aut excommunicatus non toleratus in sua Diocesi insituit: quia talis institutio est manifestus actus Iurisdictionis, ac proinde facta a sic excommunicato nihil valet; Unde si ille assisteret matrimonio, vel alteri committeret, matrimonium nullum esset Mar. Aler. de Censur. to. 1. lib. 1. disp. 8. cap. 6. vers. ex dictis Sanch. lib. 3. disp. 30. num. 10. quos refert, & sequitur Barbof. d. par. 2. all. 32. num. 119.

SVM MARIVM.

- 1 Matrimonium contractum vigore dispensationis super impedimento consanguinitatis, vel affinitatis non expressa copula est nullum.
- 2 Copula incestuosa aperienda est, si habita fuit sub spe facilius obtinenda dispensationis, vel cum tractatu matrimonij vel cum scientia, vel ignorantia impedimenti.
- 3 An si quis post obtentam huiusmodi dispensationem iterum copulam habeat, noua indigeat dispensatione.
- 4 Quid si copula esse cœculta.
- 5 Et quid si copula cum affine, vel consanguinea non fuit cœpleta.
- 6 An copula incestuosa sit exprimenda, si incestus fuit occultus.
- 7 In huiusmodi dispensationibus gradus remotior attenditur, trahit que secum propinquorem.
- 8 An littera Apostolica, quibus datur

*datur facultas dispensandi in impedimentis matrimonij, re integra per mortem Papæ ex-
pirent.*

CAP. XI.

AN valida sit dispensatio matrimonialis obtenta à Sede Apostolica super impedimento consanguinitatis, vel affinitatis non expressa copula, seu incestu.

Dispensatione in tali causa esse subrepticam, & matrimonium postea contractum, esse nullum dicit Nau. in *Mun. cap. 22. num. 86. in fin. & censuit Sac. Congregatio teste Ricco. in Prax. for. sceles. par. 4. ref. 535. Vulp. in Prax. Iudic. d. 16. num. 2. & ideo in tali casu Commissarius dispensationem expedire non debet; quod procedit, siue incestus committatur ante obtentam à Summo Pontifice commissionem, siue post illam obtentam nondum per ordinarium expedita dispensatione. Rota decis. 2. num. 10. de fil. Presbyt. in nouissima refert Vulp. d. esp. 16. num. 1. & censuit eadem Sac. Congregatio teste Quarant. in ver. matrimoniales dispensationes vers. quibus exceptis, cuius rei ratio est, quia stylus Curie sic potest, ut incestus coniunctus cum impedimento affinitatis, vel consanguinitatis exprimat; quem admodum copula incestuosa asperienda est, si habita fuerit sub spe facilius obtinenda dispensa-*

tionis, vel cum etatara matrimonij, vel cum scientia, vel ignorantia, impedimenti, alias dispensatio esset inualida, sic enim seruat stylus eiusdem Curie. Portel. in *Respos. moral. to. 2. cas. 49. num. 11. quem refert Dian. par. 8. tr. 3. ref. 82. vers. Et tandem.* & hoc locum habet, etiam si alter contrahentium tantum tale animus habuerit secundum Ricco. in *Prax. par. 4. ref. 535.* alij tamen sentiunt, quod si vnus coniugum in copula incestuosa concipiat illam spem facilius impetranda dispensationis, impetratio erit valida, expressa copula, licet non exprimat; illa spes facilius impetrandi ab vno tantum concepta, ita Dian. loco cit. ubi citat Sanch. lib. 8. de *Matrim. disp. 25. num. 31.* & hæc videtur probabilior opinio.

3. Obserua tamen, quod si quis obtinuerit à Summo Pontifice commissionem super impedimento affinitatis, vel consanguinitatis expressa iam copula, & priusquam ab ordinario expediatur dispensatio, iterum copulam habeat cum eadem persona, vel let nihilominus dispensatio: quia non nouum inde oritur impedimentum, sed prius nondum sublatum continuatur; Verum si post dispensationem iterum copulam haberet nondum contracto matrimonio per verba de presenti, noua indigeret dispensatione: nam cum per dispensationem prius impedimentum sit sublatum, ex noua copula nouum consurgit impedimentum, ita

Megal.

Megal. in verb. Affinitas numer. 16.

- 4 *22.* Obserua secundò, quod si copula sit occulta, non esset necessariò exprimenda in dispensatione à Summo Pontifice obtinenda pro foro externo ad contrahendum matrimonium cum affine, vel consanguinea: sed satis est, ut illius dispensatio obtineatur à Sacra Pœnitentiaria, explicata simul consanguinitate, vel affinitate publica, in qua Summus Pontifex dispensationem vel concessit, vel est concessurus, *ut dicit Ricc. in Praxi for. Eccles. part. 4. d. resol. 535.*
- 5 Obserua tertio, quod si copula cum affine, vel consanguinea non fuit completa, non est necessariò exprimenda, quia cum simus in materia penali, requiritur copula completa cum feminis effusione *Ricc. d. part. 4. resol. 535.* ubi etiam addit, quod neque esset necessaria huiusmodi mentio, si incestus formaliter committatur tantù ex parte vnus eo quod alter nesciret, alterum esse affinem, seu consanguineum: quia tunc incestus non censetur completus.
- 6 Immo alij DD. putant, copulam incestuosam tunc esse de necessitate exprimendam, quando incestus fuit publicus: sedus quando est occultus; hoc enim casu non est subreptitia dispensatio, etiamsi dolosè occultetur incestus quamuis completus, *ita Dian. part. 8. tractat. 3. resol. 81. ubi citat Perez de matrimon. disp. 46. sect. 6. per tot. Præpos. in 3. part.*

quæst. 8. de Dispensat. matrimon. dub. 6. num. 41. Hurtad. de matrimon. disput. 26. diff. 5. num. 23. & alios.

7 Adde, quod si in dispensatione matrimonii narratum est Pœnitifici, coniuges tertio consanguinitatis gradu coniunctos esse, cum tamen sint in secundo cum tertio, aliæ litteræ à Sede Apostolica sunt impetrandæ, quæ appellantur declaratoris, ubi datur facultas exequendi priores litteras Apostolicas perinde ac si in dictis litteris de utroque gradu expressa mentio facta fuisset, *ex Constitutione Pij V. incip. Sanctissimus in Christo pater, quam refert Barbosa. post 3. part. tractat. de offic. & pot. Episc. fol. 77.*

Notandum est autem, quod licet Ordinarius dispensare nõ debeat, nisi post obtentas huiusmodi litteras declaratorias, tamen si absque illis dispensaret, valida esset dispensatio, quia Pius V. in dicta Constitutione declarauit, quod in huiusmodi dispensationibus gradus remotior attendatur, trahatque secum propinquo rem, ac propterea sufficiat remotiorem tantum gradum exprimere, *ut obseruat etiam Megal. in verb. affinitas n. 17. Vulp. in Prax. c. 16. n. 10.*

8 Queret, an litteræ Apostolicæ, in quibus datur facultas dispensandi in impedimentis matrimonii, re integra per mortem Papæ expirent? Respondeo affirmatiue, quia huiusmodi litteræ potius vicem gerunt mandati, quam gratiæ: mandatum autem morte

man-

mandantis expirat *l. mandatum. C. mandat. & idè decissum refert Ricc. in Prax: for. Eccles. par. 4. ref. 53. 1. quod etiam ex eo colligitur, quia Summus Pontifex in dictis litteris non dispensat, sed comittit Episcopo, seu eius Vicario, ut dispeset, si preces veritate niti repererit Nau: in manual. cap. 27. num. 253. Vulpus in Prax iudic. cap. 16. nu. 3. & seq. & in terminis decreti si in euidentem, vt non possit expediri à Commissario, decisum refert Genuens. in Prax. Archiep. c. 94. in fin. quamuis alij DD. apud Dian. part. 8. tractat. 3. nesp. 98. contrariè sentiant, quando exequuto rest necessarius, puta si ei precipitur, vt exequatur.*

Solent tamen Summi Pontifices in Regulis Cancellariæ litteras tam gratiæ, quam iustitiæ à prædecessoribus suis infra annu ante diem obitus eorum concessas, temporibus debitis eorum exequutoribus, seu iudicibus nõ presentatas reconualidare, & in statum pristinum, in quo antea fuerant, vel pro quibus erant obtentæ, plenariè restituere ita, vt exequutores, seu iudices prædicti, vel ab eis subdelegandi ad expeditionem negotiorum in eis contentorum procedere possint, & debeant iuxta iularum formã, vt notat Quarant. in ver. Regula Cancellariæ reg. 11. Vulp. in Prax: iudic. c. 48. n. 64.

S. V. M. M. A. R. I. V. M.

1 Numerantur casus, in quibus coniux debitum petere non potest, & n. 2. 3. & 4.

5 Episcopus super hoc impedimento petendi debitum dispensare potest.

An hæc dispensatio fieri possit extra Sacramentum Confessionis, ac per litteras. ibidem:

C A P. Vlt.

Quibus casibus coniuges iure petendi debitum priuentur, & an Episcopus possit dispensare.

1 **I**mpedimenta etiam alias dirimentia, quæ post matrimonium superueniunt, non tollunt matrimonium, sed tantum impediunt, nõ debitum exigatur cap. nõsse desideras ubi glos. in ver. nõ fraudentur 30. quest. 1. V. glos. in de offic. & potest. Episcop. cap. 60. §. 2. num. 1. Alzed. part. 2. cap. 7. nu. 21. Sylu. in Summ. in verb. Matrimonium 8. num. 7. Nau: in man. cap. 16. num. 34. vers. interrogatus autem Sanch. lib. 8. de matr. disp. 12. n. 13. & seq.

2 Plures autem à Doctoribus numerantur casus, in quibus coniux debitum petere nõ potest; quorum primus est, quando in-

T t t cç-

castum commisit cum consanguineis alterius Coniugis; tunc enim propter affinitatem contrahant priuatur iure petendi debitum, licet teneatur reddere *cap. qui dormierit in neta gl. ibi dem 27. quest. 2. cap. transmissio de eo qui cogn. consang. &c. & si petat, aut exigat, mortaliter peccat, ut d. Syhu. in verb. luxuria num. 4. dicto p. innocens tamen coniux non peccaret, si in castuoso petenti debitum reddat: cum enim ius coniugale plenissimè possideat, potest eo vti seu petendo, seu reddendo perinde ac si nulla affinitas subesset, ne ex aliena culpa innocens grauetur *cap. discretionem de eo qui cognou. consanguin.**

Obserua tamen, quod qui cognoscit consanguineam vxoris suæ in tertio, aut quarto gradu, non priuatur iure petendi debitum, quia hoc impedimentum oritur ex affinitate, quæ ex copula illicita non extenditur ultra secundum gradum *in xta Concil. Trident. sess. 24. de refor. matrim. cap. 4. & idè vt huiusmodi impedimentum contrahatur, requiritur copula cum consanguinea alterius Coniugis in primo, vel secundo gradu, vt notant etiã DD. apud Bonacín. de matrim. quest. 3. punct. 12. num. 6. & 20. Laym. in Theol. mor. lib. 3. tractat. 10. cap. 5. num. 3.*

Queres, an matrimonium contrahi possit inter eos, qui simul secundo, & tertio gradu huiusmodi affinitatis ex fornicatione inducte coniunguntur? Respond.

affirmatiuè *ex deen eto Sacri. Congregat. apud Farinac. dec. 282. p. 4. Diuersi.* quia attenditur gradus remotior *iuxta capit. fin. de Consang. & affin.* vbi dicitur, quod si vnus Coniugum distat à stipite quarto gradu, & alius quinto, licet possunt copulari.

Obserua secundò, quod ad contrahendam huiusmodi affinitatem requiritur seminis emissio intra vas femineum, seu sanguinis commixtio *cap. lex Diuine 27. q. 2. Bonacín. de matrim. quest. 3. d. punct. 12. num. 12. & seq. Lezan. in Summ. qq. reg. tom. 3. ver. affinitas, & alij communiter; & idè ex copula sodomitica, aut ex copula non consummata aliquorum, si ante seminationem separentur, nulla oritur affinitas *Ricc. in Prax. for. Eccles. part. 3. resol. 3. Barbos. de offic. & potest. Episc. par. 3. allegat. 51. num. 172. & seq.* vbi etiam dicit, quod neq. ex copula Eunuchorum vtroque testiculo carèrium oritur affinitas, quia eorum semen non est aptum ad generationem, vt notat etiam Bonacín. loc. cit.*

Sufficeret verò ad hanc affinitatem contrahendam sola seminatio viri, non tamen sola seminatio mulieris, quia semen mulieris non concurrat necessarìò ad generationem, vt d. Rice. in Prax. part. 2. resol. 3. vbi citat Sor. in 4. Senten. dist. 11. quest. 1. artic. 3. Panorm. in cap. fraternitatis de eo qui cogn. consang. vxor. suæ Fed. de Sen. conf. 301. & alios.

Contrariu tamen tenet S. Thomas in 4. dist. 4. questio. 1. artic. 1. que-

questiunc. 4. ad 2. Hurta. de ma-
trim. disput. 20. difficul. 1. nu. 4. &
alij quos refert, & sequitur Dian.
in Addit. Secund. ad 1. 2. & 3. part.
Suar. resol. ref. 21. qui putant, ad
contrahendam huiusmodi affini-
tatem non sufficere seminatione
viri, nisi etiam concurrat semina-
tio femine, quia in cap. Lex Diui.
na 27. quest. 2. ad id requiritur se-
minis commixtio: ex quo infert
idem Dian. loc. cit. eum, qui habuit
copulam cum consanguinea vxo-
ris, si illa non seminavit, nullam
contraxisse affinitatem, & ideo
posse sine vlla dispensatione ab
vxore petere debitum.

Hinc fit, vt ex matrimonio rã-
tum rato & non consummato nõ
oriatur proprie affinitas, quia ad
hãc requiritur copula, vt supra di-
ximus, sed oritur publica hone-
stas dirimens matrimonium vsq.
ad quartum gradum iuxta tex. in
cap. sponsam de sponsal. & c. non
debet de consang. & affin. etiam si
matrimonium ratum inualidè cõ-
tractum fuerit, modò non sit in-
ualidum defectu consensus, vt
sensuit Sac. Congregat. teste Bona-
cin. de matrim. quest. 3. punct. 11.
num. 11. quamuis enim Conci-
lium Tridentinum sess. 24. de ref.
matrim. cap. 3. impedimentũ pu-
blicæ honestatis ad primum gra-
dum restrinxerit, hoc tamen in-
telligendum est, ac procedit in
sponsalibus de futuro dumtaxat,
non autem in matrimonio rato,
vt declarauit Pius V. sua Cõstitu-
tion. qua incip. Ad Romanum spe-
ctat. & ita etiam docent DD. apud
Barbos. d. part. 3. all. 51. num. 174.

& seq. & alij communiter.

Obserua tertio, quod iura lo-
quuntur de eo, qui cognoscit cõ-
sanguineas vxoris, & ideo si quis
cognosceret proprias cõsanguineas,
hoc impedimentum non
contrahit, licet grauius peccet: hu-
iusmodi enim impedimẽtũ non
nascitur ex grauitate delicti, sed
ex affinitate, quam vir contrahit
cum vxore propter copulam ha-
bitam cum eius consanguinea:
nullam verò affinitatem contra-
hit vir suas consanguineas cogno-
scens, etiam si propriam sororem
polluat Sphu. in verb. matrimoniũ
7 in fin. vers. tertio Graff. parte 1.
decis. lib. 2. cap. 80. num. 3. Laym.
lib. 5. tractat. 10. cap. 5. num. 3. idẽ-
que dicendum est de mulieribus,
quæ se cognoscant propriis con-
sanguineis permittunt, vt dicunt
Doctores citati.

Vnde neque hoc impedime-
tum petendi debitum confurge-
ret ex copula, quam quis haberet
cum affinibus Coniugis, quia de
ea iura non loquuntur, vt d. Bo-
nacin. de matrim. quest. 3. punct. 11.
num. 20. quisquid dicat Barb. in
cap. 1. m. 3. de eo qui cogn. consangu-
vxor. sua.

Adde, quod nec impedimentũ
huiusmodi contrahitur, si vir eã,
cum qua copulam habuit, nesci-
uit esse suæ vxoris consanguineã,
vt in d. cap. 1. vbi DD. de eo qui co-
gn. consang. idem dicendum, si v-
xor à consanguineo viri per vio-
lentiam cognoscatur c. discretio-
nem eod. tit.

Secundus casus est, quando
quis cum voto simplicis continẽ-

T t t 2 t t z

tie matrimonium contraxit; tunc enim impeditur a petitione debiti, quamvis reddere possit; *Man. cons. 17. nu. 6. de Vet.*

Observa tamen, quod qui post votum religionem ingrediendi, ac proficendi matrimonium contraxit, ac consummavit, neque petere, neque reddere prohibetur, cum nondum habeat votum castitatis, sed votum de venenda castitate solum. Alter, a cuius voti expletione, impeditus est, donec matrimonium solvatur. *Navar. loco cit. Laym. in Theol. mor. lib. 5. tr. 10. cap. 3. num. 6.*

Adde, quod licet huiusmodi votum simplex continentie regulariter non dirimat matrimonium iam contractum, sed tantum impediatur contrahendum. *cap. meminimus cap. consuluit o. nunsus Qui Cler. vel vob. unus tamen casus communitur excipitur, si vxor in seculo continentiam vouens marito licentiam dedit sacros ordines suscipiendi, eo defuncto ne valide quidem ad secundas nuptias transire potest. *cap. quia sunt, ubi glos. ver. fuisse & cap. seq. dist. 22. c. seriatim dist. 32.**

Tertius casus est, si quis prolem propriam baptizauit, vel e sacro fonte, vel in confirmatione suscepit, quia tunc etiam priuatur iure petendi debitum propter spirituales cognationem, quam cum coniuge contrahit, quamvis reddere teneatur, *glos. & DD. in cap. si vir. de Cognat. spir.*

Sed notandum est, quod ad contrahendam hanc cognationem requiritur contactus phisicus, scientia, & animus. *cap. 2. ubi Barbof. & alij eod. tit. de Cognat. spir. Dian. par. 3. tr. 4. ref. 2. & ref. 16.*

Ex quo inferunt DD. 1. eum non contrahere cognationem spirituales, qui tantum assistit Baptizato, vel confirmato, ipsumque non tangit, vel ipsum tangit extremitate digiti: requiritur enim talis contactus, ut suscipiens seu tenens verè dicatur suscipere, seu tenere, *ut dicitur DD. apud Barbof. de offic. & pot. Episc. par. 2. alleg. num. 47. & ita declarauit Sac. Congregatio, ut refert Bonacin. de matrim. q. 3. pun. 5. §. 2. num. 14.* Unde aliqui sentiunt, nullam contrahi cognationem, quando quis tenet infantem nomine alterius; tunc enim procreator cognationem non contrahit, quia id non agit ut patrinus, cum non teneat infantem nomine proprio. *secundum veriorum sententiam, quam sequitur Sylu. in ver. matrimonium 819. 7. dicto 15. & alij communiter.* neque illam contrahit principalis, qui procreatorem constituit, quia ipse infantem non tangit. *Sanch. de matrim. to. 2. lib. 7. disp. 59. num. 4. Reginald. in Pract. to. 2. lib. 31. cap. 20. num. 156 & alij apud Dian. par. 3. tr. 4. ref. 2. vers. in d. ego.* sed contrarium videlicet quod Principalis, seu mandans in tali casu cognationem contrahat, declarauit Sac. Congregatio, *ut refert Ricc. in Pract. for.*

for. eccl. par. 1. ref. 890. Barbos. d. par. 2. all. 30. num. 50. ex quo arguit Bonacin. de matrim. q. 3. pun. 5. d. 2. num. 34. quod licet sufficit per alium suscipere, ita per alium tangere.

Inferunt 2. quod nec arceatur à debiti petitione qui ignorat, huiusmodi penam à iure impositam fuisse contra baptizantes proprium filium. d. cap. 2. ubi D. ctores de cognat. ff. r. Nauar. d. 3. num. 47. Bonacin. loco cit. q. 4. pun. 2. num. 6. Dian. par. 3. tr. 4. ref. 16. ubi dicunt, quod ab hac pena excusat quilibet ignorantia in iudicabilis iuris, vel facti.

Inferunt 3. coniuges nullam contrahere cognationem, si prolem offerant non ut Patrini, sed absque intentione faciendi officium Patrini, sed solo animo adiuvandi Sylu. in addit. ad 3. p. 9. 56. art. 3. ad p. quem referi Dian. d. par. 3. tr. 4. ref. 2. in fin. Possen. de offic. Curat. cap. 6. num. 34. & seq. Bonacin. ut supra q. 3. pun. 5. §. 2. num. 15. Hinc Nauar. d. cap. 16. num. 34. Bonacin. de matrim. q. 4. pun. 2. num. 3. & alij communitate sentiunt, coniugem, qui filium baptizat in necessitate, quando scilicet non aderat alius, qui illum baptizaret, & alioquin erat periculum, ut filius decederet sine baptismo, non priuari iure petendi, vel reddendi debitum, quia tunc non præsumitur, Coniugem id facere, ut exerceat officium Patrini, sed ut subueniat necessitati.

Addunt alij, Coniugem non confirmatum non contrahere,

huiusmodi cognationem, nisi suscipiat puerum in sacramento Confirmationis, ut probatur ex cap. in baptismo de consecr. dist. 4. ubi habetur, in baptismo vel Chrismate non potest alium suscipere in filium qui non est baptizatus, vel confirmatus, ubi ponderanda est illa particula, non, quæ posita ante verbum, potest, tollit potentiam, & efficit actum nullum, & ita tenet glos. ibidem. Coninch. de Sacram. q. 72. art. 10. num. 94. Nugn. in 3. par. q. 72. art. 10. quos refert, & sequitur Dian. par. 3. tr. 4. ref. 21. & 26. & alij apud Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 2. all. 30. num. 34. & hanc sententiam probabiliorē esse dicit Layman. in Theol. mor. lib. 150. tr. 2. cap. 9. num. 2. contra Sylu. in ver. matrimonium 8. nu. 7. not. 12. Nau. conf. 1. de cognat. spir. & alios. & quodammodo similes inuenerunt. Addit Bonacin. de matrim. q. 3. pun. 3. d. 2. num. 28. quod huiusmodi cognatio neque contrahitur à coniuge, vel alijs, contra Parochi voluntatem suscipientibus puerum, si illis ex iusta causa Parochus reiecerit.

Alij tamen asserunt, Parentes propriam prolem in sacramento baptismi, vel confirmationis etiam extra casum necessitatis, ac scilicet suscipientes non priuari iure petendi, vel reddendi debitum, cum hoc clarè non cõstat ex vilo iure, idque probant ex textu in cap. 2. ubi ita tenet glos. in ver. debitum debet subtrahere de cognat. spir. & hanc sententiam esse valde probabilem dicit Bonacin. loco

loco cit: q. 4. pun. 2. num. 4. Laymā.
lib. 5. tr. 10. cap. 8. num. 8. peccant
tamen mortaliter in tali casu,
quia seuerè id prohibetur in
cap. 1. & 2. 30. q. 1.

5 Potest autem Episcopus super
hoc impedimento petendi debi-
tum iure ordinario per consue-
tudinem acquisito dispensare,
Silu. in ver. luxuria num. 4. dict.
5. Grass. par. 1. Decis. lib. 2. cap. 81.
num. 2. & alij apud Layman. lib.
5. tr. 10. cap. 1. num. 14. & est com-
munis opinio, ut d. Bonacin. de
matrim. q. 3. pun. 15. num. 5. Nau.
in man. cap. 16. num. 34. vers. in-
terrogatus autem Dian. par. 1. tr.
11. ref. 66. quod procedit, etiamsi
ad Nuntium, seu alios, qui fa-
cultatem habent dispensandi in
huiusmodi impedimento sit fa-
cilis aditus, quia hæc potestas
ex consuetudine præscripta con-
uenit absolutè Episcopis, late
Sanch. de Matrim. lib. 8. disp. 12.
num. 13. & seq. Barbos. de offic. &
pot. Episc. par. 2. all. 35. num. 8. &
seq. & all. 37. num. 12. Alzed. de

Præcoll. Episc. Dignit. par. 2. cap. 7.
num. 20. & alij communiter.

Addunt alij, quod hæc dispē-
satio fieri potest extræ sacramē-
tum Confessionis, & urgente
necessitate etiam per litteras; ita
Dian. par. 3. tr. 2. ref. 14. ubi citat
Portel. in addit. ad Dub. Regul.
ver. Confessor dispensans nu. 13. &
14.

Obserua tamen, quod qui fe-
cit simplex votum castitatis mor-
tua vxore non potest matrimo-
nium licitè contrahere, etiamsi
Episcopus cum eo dispensauerit,
ut possit petere debitum: nam
in tali casu Episcopus non rela-
xat simpliciter votum, sed solū
ex parte, & secundū quid, nē-
pè ad solum petendum debitum
& ita mortua coniuge tota voti
obligatio reuiuiscit Bonacin. in
tract. de legib. disp. 4. q. 2. pun. 7. §.
4. num. 15. Dian. par. 1. tr. 11. ref. 66
Barbos. d. par. 2. all. 37. num. 10.

SOLI DEO HONOR,
ET GLORIA.

FINIS LIBRI OCTAVI:



IN-

INDEX
RERVM NOTABILIVM.

Index Primus et Secunda pars huius Tractatus
comprehendit.

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]

FINIS LIBRI OCTAVI

